IOANNIS YAÑEZ PARLADORII IN REGIO VALLISOLETANO PRÆTORIO

Aduocati, rerum quotidianarum Liber alter, siue Secundus, Priori quidem qui iam multos floret annos: & rerum pondere & sermonis elegantia non inferior, volumine vero longè auctior: Vtere ergo beneuole Lector ac fruere: quid enim iucundius quàm alienis frui laboribus?

Ad Philippum II. Regem Maximum, Catholicum, Hispaniarum, & Indiarum in Oriente & Occidente Dominatorem.

06131

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA BILBAO

CVM PRIVILEGIO.

SALMANTICAE,
Apud Ioannem & Andream Renaut fratres.

M. D. XCI.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Licenciado Parladorio Abogado en la nuestra Chancilleria de Valladolid, nos fue fecha relacion diziendo que vos auiades compuesto vn libro intitulado, Rerum quotidianarum, en que continuaua la primera que andaua impressa deste mismo titulo, en el qual auiades puesto mucho estudio y trabajo, y era muy vtil y prouechoso, assi para los juyzios forenses, como para escuelas, suplicandonos os mandassemos dar licencia para imprimirle y priuilegio por diez años, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nro cõsejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la Prematica por nos sobre ello fecha dispone: fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razõ y nos tuuimos lo por bien: por la qual vos damos licencia y facultad, para que por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante vos, o la persona que para ello vuestro poder ouiere, y no otra persona podays imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mencion: y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros Reynos que vos nombraredes, para que por esta vez le pueda imprimir, con que despues de impresso antes que se venda, lo trayga al nuestro consejo juntamente con el original que en el fue visto, que va rubricado cada plana y firmado al fin del de Lucas de Camargo nuestro Escriuano de camara, para que se vea si la dicha impresion esta cõforme al original, y traygays fe en publica forma en como por Corrector por nos nombrado se vio y corrigio la dicha impresion por el original y se imprimio conforme a el, y que quedan assi mismo impressas las erratas por el apuntadas, para cada vn libro de los que assi fueren impressos, y se os tasse el precio que por cada volumen ouieredes de auer: y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licẽcia no lo pueda imprimir, ni vender, so pena q̃ el q̃ lo imprimiere y vendiere, aya perdido y pierda qualesquier libros, moldes y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cincuenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena sea la tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para nra camara, y la otra tercia parte para el que lo denũciare: y mandamos a los del nuestro consejo Presidente y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa y corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Assistente, Gouernadores, Alcaldes mayores y Ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios a cada vno dellos en su jurisdicion, assi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que assi vos hazemos, y contra ella no os vayan, ni passen, ni consientan yr, ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en Sant Lorenço a siete dias del mes de Octubre de mil y quinientos y ochẽta y siete años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Iuan Vazquez.

MAGNO PHILIPPO HISPANIARVM REGI MVLTARUMQUE aliarum prouinciarum, regnorumque monarchæ, Ioannes Yañez Parlodorius in Regio Vallisoletano Prætorio Aduocatus. S. D.

PERMVLTI fuere Reges, Principesque (Philippe Regum potentissime prudentumique nominum prudentissime) qui virtutem pro merito æstimantes magno fauorem literariam viросque doctos prosecuti sunt. Dionysius Iunior Siciliæ Rex (vt inde exordiar) Platoni ad sua littora appulso obuiam exijt, albisque illum excipiens quadrigis in Regiam introduxit lauteque & mirificè tractauit: & demum donis muneribusque onustum domum remisit. Philippus quoque Macedo quanti Aristotelem fecerit, significauit satis literis illis, quas recens nato Alexandro ad eum dedit: magnas (inquiens) dijs gratias ago, non tam quòd natus est mihi filius familiæ meæ hæres, quam pro eo quòd tuo natus sit tempore à quo imbui rectè possit. Iam Alexander ipse quantum literis literatisque tribuerit viris, declaranit cum alias sæpè, tum quando Darium Persarum Regem deuicit, inuento enim inter Darij immensas exuuias scriniolo quodam quo nihil inter ipsas Darij opes pretiosius, aut pulcherius erat quicquam, disceptantibusque familiaribus Alexandri cui potissimum vsui supellex illa conueniret, alijsque aliud suadentibus: minimè inquit Alexander, sed huic melius nostrum commendabimus Homerum, cuius tam familiarem constat esse & amicum, vt etiam noctu in lecto sub puluino haberet illum, sed mittamus et hinicos. Sigismundus Imperator vir spectatæ probitatis & prudentiæ tanto studio viros doctrina præstantes ornare, & honestare curauit, vt id illi Germanici principes probro darent, dicentes vem esse ab imperatoria maiestate abhorrentem ita in viros obscuro genere natos indulgentem imperatorem esse. Quibus ille. Quid ni? eos amem & diligam, quos natura ipsa exteros antecellere voluit? Alphonsus quoque Neapolis, Aragoniæque Rex, vir bello clarus & pace, inter varias virtutes quibus totum repleuit orbem, hac etiam excelluit maximè, magno enim pretio viros doctos habuit semper, vtpote qui vnus esset ex eis, interrogatusque is aliquando ab amicis viri rei deberet magis libris ne an armis: libris inquit, nam hi & vt literas scirem & arma mouere fecère. Regalis sanè sententia & viro tuæ familiæ principe digna. Sed quid ago? si omnes qui hac in re excelluere viros persequi vellem, alterius mihi velut Illiados prætexendum foret opus. Illud igitur tantum dicam, hos & alios quotquot hac in parte hactenus præcelluere Principes te illos omnes (Rex inuictissime) vt exteris virtutibus & rebus gestis ita hac parte longè vicisse. Credo enim quis vnquam viros doctos tanto fauore aut auxit, aut prouexit, quàm celsitudo tua? quis illos vnquam maiore in pretio habuit? cernere datur, alios episcopatibus, alios magistratibus, insignibus alios honoribus à te honestos, ceu in cælo sidera, ita in orbe fulgere. Quid ni illos sideribus comparem? sicuti enim hæc per se nihil habentia luminis quicquid habent, a sole mutuantur: ita illi tenuioris alioqui fortunæ, quicquid habent, tibi pleno ore referunt acceptum. Atque vt vna (quod multis poteram) dicam verbo, quantum in literas propensus sis, quantumque doctrinæ & eruditionis tribuas, testatur, testabiturque omnia per secula, refertissima illa amplissimaque bibliotheca, quam ingenti sumptu & impensa congerendam curasti in celeberrimo illo Diui Laurentij Cœnobio nuper à te ad Guadarramæ radices constructo:

Esto: etenim (vt summatim dicam) sicut ædificium illud omnes vniuersi orbis fabricas exuperat, & ædificia tum maiestate, tum mole, tum censu, ornatuque, quin prisca illa Ammonis Iouis & Ephesiæ Dianæ famigerata templa anteire credendum est: ita, & bibliotheca ipsa omnes quotquot hactenus fuere, longè exuberat, & antecellit, siue ea Ptolomæi fuerit, siue Alphonsi, siue Amuleassis, siue qua alia, quas fama celebrat per orbem. Quando igitur docti viri te tam beneficum experiuntur, & propitium, iamque alterum in te reperere Mœcenatem, consulto fecerint ij, si gratum testantes animum (quando aliter non possunt) suas tanto patrono nuncupauerint vigilias & monumenta. Me sanè hæc ratio vicit (magne Philippe) atque impulit, vt hasce meas vigilias & lucubrationes immortali tuo, & Christianissimo nomini dicare ausus fuerim. Suscipiat igitur illas tua maiestas pro sua singulari humanitate ac moderatione, solitoque illas fauore prosequitor, audaciamque nostram boni consulito: Regum enim non minor est virtus superbos retundere, quàm humilibus se benignum præstare & humanum. Vale.

PROLOGVS.

QVM ante annos sex (amice atque candide Lector) librum singularem rerum quotidianarum edidissem, miris modis (vt coram & absentes accepimus) iuris studiosis placuit opus: laudare omnes ingenium, dictionis sermonisque elegantiam, miramque in refellendis falsis verisque reponendis legum intellectibus acutiam magni facere: nihilque prorsus in eo reperire se dicebant, quod non plurimi fieri valeret, nisi sola voluminis paruitas & exiguitas: qui cum tam paruus esset, tanta tamen doctrinæ & eruditionis emolumenta contineret. Dicentes igitur leonem se ex vnguibus æstimare, instabant, exhortabanturque, vt cui diuino munere tam pleni doctrinæ contigissent, fontes arescere non sinerem: sed illorum altius obtrusas aperirem venas, & in publicos vsus patefacerem, vt late patentes iuris prudentiæ agros sitientesque studiosorum segetes irrigarent, lætasque facerent. Horum ego animi candori tantoque in nos nostraque amori si non pro mea virili responderem, *tum me* (vt Nasonis carmina vsurpem.) *de Vigride natum, tum ferrum & scopulos in corde gestare fateret.* Eoque magis quoniam non defuere nonnulli spectatæ probitatis & doctrinæ viri, qui Reipublicæ zelo æstuantes dolentesque tam pauca à nobis edita fuisse inijciebant conscientiæ scrupulum, dicentes aduersus Aganotheræ, seu Saluatoris nostri monita nos agere, qui lucernam incensam sub modio reponeremus non super candelabrum: videremque, addebant, ne dum inertiæ vacamus, contingeret nobis (id quod ominis auertat omnipotens) quod ignauo seruo, cui propter socordiam commissa mina fuerit ablata: vel infructuosæ arbori quæ quoniam fructus non daret, abscissa esset. His ego motus eram dictis, & quanquàm ingenij mei indoles ad hoc scribendi genus sicipsa per se alioqui prona ac procliuis, vt quidam à principio ætatis huic rei deditus fuerim, verissimumque putem quod Plinius Iunior scribit beatos esse quibus de munere datum est, aut facere scribenda, aut scribere legenda, beatissimos vero quibus vtrunque. Obstabant tamen multæ variæque difficultates, multaque obstrepebant incommoda, quæ hanc scribendi aleam aggredientibus solent cõinuo obuersari. Quis enim hanc suscepturus prouinciam non reformidet? si cogitet quot hominum, quot creticorum seu censorum subiturus sit ille iudicia: & vt Christianus Cicero (id est Diuus scribit Hieronymus) pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandum: quanta tum securitate & ocio, tum librorum copia & supellectili opus sit illi si aliquid quod quidem laude sit dignum, post tot scriptorum opera, post totius interpretum monumenta velit depromere: difficile enim in saltu consusso reperire licebit aucupium. Quot vigilias & labores suscepturus sit, si in tanta quanta in iuris prudentiæ disciplina opinionum extat varietas, certi aliquid velit definire: hodie enim autorum librorumque in iure adeo creuit aceruus, vt tute hunc alterum velut quintum ingressus labyrinthum, non nisi astu & arte regrediyaleas. Sed te præmiorum, scilicet, irritauerit exhortatio: iam non sunt Mœcenates, sed virtus laudatur, & alget, quæ res in causa est vt bonorum autorum monumenta rarescant, sicut elegans illud Martialis demonstrat Epigramma.

Sint Mœcenates, non deerunt Flacce Maroues:
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.

HIS me ergo difficultatibus fluctuante tandem vicit honestum, prævaluitque amicorum & studiosorum votum: præruptisque impedimentorum omnium causis moras soluentes manum iniecimus stylo, melius esse iudicantes omnia quæ diximus su-

bire pericula: quam amicorum recta suadentium non parere consilijs. Toto itaq; biennio successiuis horis inter rei familiaris sitiumque strepitum, tumultuario itaque studio quanta tamen maxima potuimus cura & diligentia, hunc alterum rerum quotidianarum elucubrauimus librum: priori quidem arte & ingenio non minus (ni fallor) elegantem & vtilem, volumine vero longe auctiorem locupletioremque, vt amicorum studiosorumq; (quos diximus) plenius possemus satisfacere desiderio. Superest ergo, vt quando vestro suasu & impulsu iterum in scenam prodimus, atq; vestra causa hunc denuo alterum edimus partum, illum toris vestris protegere viribus, illum vestra ope & autoritate fouere velitis: & vt in priori fecistis (quæ vestra est virtus & humanitas) illum singulari prosequamini amore, & tanquam proprium diligatis, & ametis, vestra enim sunt, quæ vestra causa damus. Ita enim fiet, vt dum beneficij memores, gratiam rependere studemus: vltro nouos subeamus labores, Deoque vouis nostris annuente in posterum vobis maiora demus. Anno à partu Virgineo sesquimillesimo octogesimo primo, quo autor absoluit opus, sed propter Regiæ recognitionis, & typographorum impedimenta, tam tarde exijt in lucem.

Ioannis Yañez Parladorij, in paterni operis laudem Epigramma.

NAsonis (genitor) in te bellè congruit illud:
Conueniunt rebus nomina sæpe suis.
Nam Parladoro est tibi prisca ab origine nomen,
Quod vulgo nostris aurea verba sonat.
Conuenit in te istud mirè, nanque aurea cuncta
Sunt: quæ diuino das pater ingenio.
Hesperias aurum vt defert Tagus amnis in vndas:
Sic stylo profluunt aurea cuncta tuo.
Quas Cressus possedit opes, vel quicquid in arua
Fuluis Pactolus Lidia voluit aquis:
Quasque tulit gazas victo arte dracone Iason,
Non tanti sanè, quàm tua dicta valent.
Quid mirum? perit aurum, agrique domusque peribunt:
At nomen semper gloria fama manent.

Hieronymi Scobaris in paternas laudes Epigramma.

IVRE tuas (genitor) conabar pangere laudes,
Ast operis moles sistere fecit iter.
Nanque animi ingenijque tui comprendere dotes:
Mæonidis neque stamina posse puto.

Eiusdem ad paternas fores Emblemma.

Ambiguas quisquis cupias dissoluere lites:
Ingredere, hic magnus Papinianus adest.

Elenchus Capitum quæ in hoc secundo rerum quotidianarum libro continentur.

IVrisdictione aduersus Regem præscripta, an intelligatur priuatiuè, an accumulatiuè præscripta. Cap. I. fol. 2.
Vtrùm in coeunda societate fieri aliquibus pactionibus possit, vt is qui pecuniam confert, absque vllo suo periculo, siue rei, siue animæ certam aliquam lucrifacere summam valeat. Cap. II. fol. 12.
Vtrùm olim stipulatio, atque hodie pactum non existente causa factũ valeat? ad interpretationem l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. Cap. III. fol. 26.
Breuis explicatio Authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi tionem, & legum Regiarũ quibus prohibetur, ne contractibus iusiurandum adijciatur. Cap. IIII. fol. 58.
De adipiscenda hæreditatis possessione, ad intelligentiam legis finalis. C. de edict. Diui Adr. toll. atque legis Regiæ quæ Soriana vulgo nuncupatur. Cap. V. fol. 82.
Possessio non citato possessore data an cõfirmari debeat. Cap. VI. 97.
An certi condictio detur ei, qui ludenti mutuam pecuniam dedit. Cap. VII. fol. 100.
An donatio omnium bonorum mortis causa facta valeat ad interpretationem l. 69. Tauri. Cap. VIII. fol. 110.
Actorum fieri debeat quando accumulatio. Cap. IX. fol. 111.
Solennium defectus quando vitiet hodie iudicium. Cap. X. fol. 113.
Intra quantum temporis spatium in integrum postulanda sit restitutio. Cap. XI. fol. 116.
Fideiussor tutoris rem pupilli malè gerentis sibi quemadmodum prospicere valeat. Cap. XII. fol. 118.
Quis sit maioris dignationis titulus, Ducis ne Comitis an Marchionis. Cap. XIII. fol. 118.
Confessio de recepto facta à patre in contractu venditionis, an illius noceat liberis. Cap. XIIII. fol. 120.
Frater patruelis an succedat cum patruo consobrino ab intestato defuncto. Cap. XV. fol. 121.
De emphyteusi finita atque ex integro à domino instaurata, an fiat communis viri & vxoris. Cap. XVI. fol. 122.
Cum instrumentum post causæ conclusionem producitur, aduersarius autem falsi ciuiliter arguit: an partes sint ad probandum admittendæ.

tendæ. Cap. XVII. fol. 125.
Quando probatum est pecuniam mutuo acceptam fuisse, testes vero non recordari se aiunt, quanta illius summa fuerit, quid ius dicens sequi debeat. Cap. XVIII. fol. 126.
Regiæ leges de leucis mentionem facientes, an intelligendæ sint de leucis ciuilibus, an de vulgaribus. Cap. XIX. fol. 129.
Quæ solennia nostrati Regio iure interuenire debeant, vt instrumentum publicam fidem faciat. Cap. XX. fol. 136.
An Portugalliæ, seu Lusitaniæ regnum subsit Imperatori, ad intelligentiam cap. grandi. de supplenda negligentia prælatorum. libro. 6. Cap. XXI. fol. 145.
De executione instrumenti publici, seu guarentigij, omniumque ferè quæ paratam executionem habent. Cap. XXII. fol. 148.
Accessit ad hæc epistola de ratione iurisdicendi ad filios, quam & vt cæteris scholaribus ex vsu esse possit, publicam esse voluit. fol. 415.

ERRATA.

Pagina 9. col. 1. lin. 16. dicemus. leg. dicimus. p. 35. col. 1. lin. 37. furioso. l. furiosi. p. 48. col. 2. lin. vlt. C. l. ea. pag. 55. col. 1. lin. 9. ab. l. ob. p. 57. col. 1. lin. 34. collit. l. tollit. lin. 55. siue curatores. l. sine curatoris. pag. 62. col. 2. lin. 21. patratu. l. patrato. p. 63. col. 2. lin. 10. paganoruus. l. paganorum. p. 71. col. 2. lin. 37. cõmunem opinionem. l. cõmuniũ opinionũ. p. 74. col. 2. lin. 33. & p. 75. col. 1. lin. 1. Boectus. l. Baccius p. 80. col. 1. lin. 1. diffinitione. l. diffinitionem. p. 87. col. 1. lin. 19. autore. l. autor q. lin. 34. recept. l. recup. p. 97. col. 1. lin. 11. proclausa. l. proclama. lin. 33. decreatm. l. decretam. col. 2. lin. 3. deictũ. l. edictũ. pap. 107. col. 1. lin. 14. competer, e glossa. l. cõpetere, glossa. p. 108. col. 2. lin. 1. foete. l. forte lin. 14. actiore. l. actionem. p. 121. col. 2. lin. 19. 41. le. 4. 1. p. 167. col. 1. lin. 33. numine. l. minimè. p. 175. col. 1. lin. 22. urare. l. iurare. p. 178. col. 2. lin. 26. Hæc. lege Hoc. p. 179. col. 1. lin. 27. carhis. l. chartis. p. 185. col. 2. lin. 20. fug. l. frig. p. 189. col. 1. lin. 15. repugneri, illus. l. repugnet, illtus. p. 199. col. 1. lin. 34. cõmunale. cõmunis. p. 214. col. 2. lin. 26. instrumentem. l. instrumentũ. p. 217. col. 1. lin. 28. loquidatione. l. liquidatione. p. 227. col. 1. lin. 30. tenui. l. teneri. p. 238. col. 2. lin. 5. inuidus l. inuitus. p. 287. col. 1. lin. 30. cõductum. l. conductioni. p. 291. col. 2. lin. 25. ventus. l. ventris. p. 298. col. 1. lin. 5. totius. l. toties. p. 302. col. 1. lin. 3. nõ veniebatur mente. l. cũ veniebat ex mente. p. 305. col. 1. lin. 12. indulgẽ rer. l. indulgẽtur. p. 313. col. 1. lin. 25. pootorio. l. portorio. p. 331. col. 2. lin. 12. sententiã. l. sentiam. p. 346. col. 2. lin. 23. ex chiro. l. chiro. p. 368. col. 1. lin. 36. exceptione. l. exceptio ne. p. 390. col. 2. lin. 11. ventis. l. ventris. p. 393. col. 2. lin. 8. iudicis. l. iudices. p. 416. lin. 5. versemur. l. versemus. p. 418. lin. 12. satiz. l. adeatis.

Con estas Erratas esta correcto este libro (Ioannis Yañez Parladorij rerum quotidianarum liber alter.) conforme a su original. En fe de lo qual lo firme en Salamanca oy nueue de Março. 1591.

El Corrector, &c. Manuel Correa de Montenegro.

IOANNIS YAÑEZ PARLADORII IN REGIO VALLISOLETANO PRÆTORIO

Aduocati, rerum quotidianarum Liber alter, siue Secundus, Priori quidem qui iam multos floret annos: & rerum pondere & sermonis elegantia non inferior, volumine vero longè auctior. Vtere ergo benevole Lector, ac fruere: quid enim iucundius quàm alienis frui laboribus.

SVMMARIVM.

1 IVRISDICTIO à iure dicũdo dicitur, ideoq; cũ C. litera. scribi debet.
2 Iudicis dãdi licẽtia misti imperij est, nõ iurisdictionis.
3 *L. imperium. ff. de iurisdict. omn. iudicũ explanatur.*
4 *Merum imperium mistum, atque simplex iurisdictio quid sit.*
5 *Iurisdictionis origo primum à populo processit.*
6 *Iurisdictio iurisgentium introductione extat apud Reges.*
7 *Iurisdictiones omnes emanant à Rege, ceu riuuli à fonte.*
8 *Mortuo Præside, seu Correctore, interea dum superior dat iudicem, populus sufficit, qui demortui vices gerat.*
9 *Deficiente Regia progenie populus Regem eligit.*
10 *Assessoris, seu Vicarij iurisdictio ordinaria est.*
11 *Mortuo Præside continuò illius Vicarij expirat iurisdictio.*
12 *Præses, seu Corrector decedens non potest sibi successorem deligere.*
13 *Vicarium semel electum an præses incon sulto Principe amouere valeat.*
14 *Præscripta iurisdictione per Archidiaconum aliumve prælatum inferiorem intra Episcopi diœcesim, nõ videtur præscripta priuatiuè an accumulatiuè.*
15 *Præscripta aduersus Regem iurisdictione priuatiuè, videtur præscripta non accumulatiuè.*
16 *Suprema Regia potestas Regis ossibus ita adhæret: vt à Regis solio auelli nullo modo possit.*
17 *Casus curiæ, qui sint.*
18 *Maiores causæ ad Regis notionẽ pertinẽt.*
19 *Magnatum filijs ætate minoribus tutor curatorue dari iniussu Regis non potest.*
20 *Non possunt præsides quenquam principem hominem ciuitatisue decurionem capite damnare, atque plectere, nisi prius ad Regem referant.*
21 *Cum lis super damnatione aliqua versatur, vltima non est ferenda sententia: nisi Rege prius consulto.*
22 *Ex suprema potestate põt Rex mittere perquæsitorem iudicẽ in territoria magnatũ.*
23 *Per quæsitores iudices demãdari lege prohibitũ est, nisi in grauissimis criminibus.*
24 *Neque clementiæ, aut seueritatis gloria affectãda est, sed perpenso iudicio prout quæque res expostulat statuendum.*

25 *Concessum est Regi id necessitate suadente assumere sibi arcem magnatis.*

26 *Regiæ potestatis proprium est, vt vbicũq; magnates eorumq; iudices in iure reddendo negligentes fuerint, Rex ipse partes suas interponat.*

Iurisdictione aduersus Regẽ præscripta an intelligatur præscripta priuatiuè an accumulatiuè? CAP. I.

Si forsan dubitas quẽadmodũ hæc verba priuatiuè & accumulatiuè accipiãtur consulito Abb. in c. pastoralis. nu. 7 d offic. ordi. & l. 1. tit. 2. lib. 9. Recopil.

DE IVRISDICTIÓE dicturi (ne illotis vt aiũt manibus rem aggrediamur) prius dicamus oportet, quid sit iurisdictio, atque vnde sit dicta. Iurisdictio vt opinatur Accursius in l. Imperium. ff. de iurisdict. omn. iud. quo cum veteres reliqui consentiunt interpretes, dicitur à iuris & ditione, quasi sit iuris potestas. Sed verius est, quod pleriq; recentiorum existimarunt, iurisdictionẽ à iuris & dictione dici, hoc est à iure dicundo †, idq; vel ex eo intelligere licet, quòd cum c. litera inscribitur: at nomẽ dictionis quãdo potestatem significat sine ea inscribi certum est, veluti omnia pleraq; exemplaria vbiq; demonstrant, atque inde etiam dicitur ius dicens siue iudex. l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. l. fin. ff. de iusti. & iur. & eodem libro in titulo, si quis ius dicenti non obtemperauerit. Verum in his crepundijs non amplius, maiora enim nos expectant. De iurisdictionis ergo definitione dicamus: principio autem quoniam putauerit forsan aliquis hanc iurisdictionis definitionem exponi apud Iurisconsultum in. l. Imperium. ff. de iurisd. omn. iud. in illis verbis, *Iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia.* illius minuẽda erit opinio. Siquidem illic Iurisconsultus (vt nostris etiam placet) nec iurisdictionis definitionem, ne descriptionem quidem exponit: sed dũtaxat simplicis iurisdictionis exemplum subijcit, sicuti ibi dem tradit Accursius & cõcors cæterorum scriptorum caterua, in quibus & noster quoque Oroscius vir sane quam doctissimus idemq; disertissimus. Ij autem quod aiunt illic iurisdictionis definitionẽ non tradi me rectè suæ possunt annumerare sententiæ. Cæterùm quòd iudicis dandi licentiam ad simplicis iurisdictionis exemplum spectare aiunt, nõ possum illis non aduersum esse, qui persuasum mihi habeam Iurisconsultum in illis verbis misti imperij non simplicis iurisdictionis exemplũ subijcere: id quod cum ex alijs legibus apparet, tũq; iudicis dandi licentiam misti imperij † esse manifesto ostendunt. 2 vt. l. 1. ff. de iurisd. omn. iudi. & l. cum prætor. & l. qui neque. ff. de iudicis. tum ipsamet † lex Imperium (si attentius illius verba põdere-

1

2

3

deremus) id non difficulter demonstrat: cum enim Iurisconsultus dixisset, mistum imperium esse, cui etiam iurisdictio inest: continuò eius rei exempla duo subiunxit, alterum quod in danda bonorum possessione, alterũ quod in iudicis dandi licentia cõsistit: id porro si verum amamus, ostendit liquido dicto illa *etiam* cadẽ interverba reiecta, ita enim inquit, *Iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia.* Verum quia ex integro ipsius legis contextu id facilius apparebit, non inuitus faciam, vt illius verba subiungam. *Imperium inquit, aut merum, aut mistum est, merum imperium est habere gladij potestatem ad animaduertẽdum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur: mistum imperiũ est, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit. Iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia.* Hactenus legis verba. Vides ergo, vt Iurisconsultus illic tantum modo de mero atque misto imperio agat, atque vt apertè significet iudicis dandi licentiam misti imperij esse? id quod (vt paulò ante diximus) & alijs legibus demonstratur. Vides, vt nihil illic de simplice iurisdictione Iurisconsultus agere instituat? Vides dictionem illam *etiam* vt superiora connectat? Veluti si apertius Iurisconsultus diceret: iudicis dandi licentia non solum est imperij, sed etiam iurisdictionis (idest misti imperij est) quod nihil aliud esse ante prædixerat, quàm imperium cui iurisdictio inest: quia enim Iurisconsultus dubitandũ non putauerat, quin iudicis dandi licentia imperij esset, dubitari vero poterat an iurisdictionis esset, id propterea sufficere existimauit dicere iurisdictionis etiã esse: huius etiam rei fortissimum præstat argumẽtum licentiæ nomẽ, quod potestatem significat, vt ostendit. §. 1. Instit. de lege falcid. & l. potestatis. ff. de verb. signific. & tradit Innoc. in c. cum ad monasterium. de statu monacho. Et sanè cum ex ephœbis excedẽs inter priuata relectionum studia in illam legem inciderem, hic mihi miris modis intellectus arrisit. Postea vero venerunt in manus doctissimi Alciati commentaria, & comperi, hoc idem illi placuisse in Paradoxis libr. 2. cap. 6. ex quo iam tum lętum ingeniolo meo omen auspicatus sum, quod viderem illud adhuc rude, tanti viri acumini respondisse. Ab hoc tamen nostro (siue maius Alciati interpretamento) dissentit Longouallius in repetitione illius legis 2. parte intellectu secũdo. Sed nihil planè in medium affert, quod nos à superiori sententia dimoueat: tantũmodo enim mutatis quibusdam periodis atque clausularum commatibus inuertit legis verba, & ad suam sententiam (inuita etiã

quod aiunt Minerua) inflectit, & scripturam trahit repugnantem : eiusmodi vero inuersiones ego nauci facio, neque plus quoque pensi apud reliquos eruditos eas habituras esse puto. Merum autem atque mistum imperium quamobrem ita dicatur, res est quæ nostros interpretes & veteres & recentiores tum hic tum alibi misere torquet. Ego vero omissis eorum opinionibus (quas longum esset recensere) atque ipsius potius Iurisconsulti sententiam secutus, existimo merum imperium dici, quia
4 sit purum siue separatum † à simplici iurisdictione, mistum vero dicatur, quia cum simplici iurisdictione mistum sit. Iurisdictio autem simplex sit ciuiliũ causarum cognitio absque imperio, ideſt, sine aliqua coercionis potestate. Hanc enim distinctionem Iurisc̃osultus ipse aperte tradere videtur in dicta.l. Imperium. & sensere ex veteribus Azo in summa titul. de iurisdict. omnium iudicum numero septimo. & Specula. eodem titul. §. 1. numero decimo. atque ex recentioribus Corrasius Miscell. libro quarto. capit. 22. Et Longouallus in repetitio. illius legis. 3. part. hoc autem & ipsorum verborũ propria natura demonstrat, merum enim dicitur quod purum est, ideſt, nihil habens misturæ, vt docet Festus Pompeius, & apparet ex Plinio naturalis historia. libro. 33. cap. 1. ostendit etiam Martialis Epigramma libro. 5. in hæc verba.

Sit cisterna mihi quàm Vinea malo Rauennæ,
Cum possim multo vendere pluris aquam:
Callidus imposuit nuper mihi caupo Rauẽnæ,
Cum peterem mistum, præbuit ille merum.

Quanuis autem mandata iurisdictione imperium quod non est merum, ideſt mistum transferri intelligatur, vt in.l. final. ff. de officio eius cui manda. est iurisdict. atque in. l. Magistratibus. ff. de iurisdi. omn. iudicum. Verum hoc non prohibet, quin possit superior, consuetudovè (quam alicubi vigere scio) simplicem iurisdictionem tantum sine misto imperio (ideſt sine coercendi potestate) demandare, vt in. l. solet. & in. l. si quid erit ff. de officio procõs. & leg. & ca. super quæstion. de offic. deleg. Quando igitur ostendimus Iurisconsultum in illa. l. imperium iurisdictionem non definire, veram definitionem exponamus, oportet. Sciẽdum est ergo iurisdictionẽ dupliciter accipi in genere atque in specie: tale quoque & in adoptione accidere videmus, vt eadẽ genus sit & species, vt in. l. 1. & 2. ff. de adoptio. in genere, iurisdictio merũ atque mistum imperium atque simplicem etiam iurisdictionem comprehẽdit: in specie vero simplicem tantum iurisdictionem. Simplex autem

tẽ iurisdictio quid sit, ex ijs quæ modo diximus facilè intelligi potest. In genere vero communiter à doctoribus definitur, vt sit potestas de publico introducta cũ necessitate iurisdicendi, atque æquitatis statuẽdæ, gloss. Bart. & reliqui in. l. prima. & in. l. Imperium. ff. de iurisdictione omniũ iudicum. vbi effuse rem tractãt, proinde superuacuum foret nos serio hic de illius intelligentia agere. Illud tamen obiter (quoniam ad nostrum rerum quotidianarum institutum, cuius præcipua nobis cura est, egregiè pertinet) tractare non omiserim, quòd superior definitio significare videtur iurisdictionem
5 originem † à populo habere, atque proinde penes populum residere, non apud Reges : id ergo quale sit exemplis ostendamus, oportet. Et breuiter res ita se habet. Principio rerum (auctor est Cicero libro secundo Officiorum) cum premeretur multitudo ab ijs, qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem confugiebant virtute præstantem : qui cum prohiberet iniuria tenuiores, æquitate constituendà summos cũ infimis pari iure retinebat, seruanda itaque iustitiæ causa benè morati constituti sunt reges. Hæc autem creandorum Regum origo cum communi omnium gentium consensu inceperit, ex iure gentium processisse dicitur, vt tradunt post Accursium, Bartolus, Baldus, Paulus, & reliqui classici in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. & testatur communem esse opinionem Corsetus de potestate Regia, prima parte, capit. primo. Iure igitur gentium † iu- 6
risdictio, atque imperium penes Reges, atque Principes extat, vt superiores tradunt auctores, & Oldrardus consilio 69. & Ancharran. consilio 341. Ostendit etiam Iustinus historicus libro primo, qui ita exorditur. *Principio rerum gentium nationumq; imperium penes reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat.* Quin apud Romanos speciali lege lata populus omne imperium omnemque potestatem in reges Imperatoresque transtulit, vt appareat ex. l. prima. ff. de constitutio. principum. & in. §. sed & quod principi placuit. Instit. de iure naturali gentium & ciuili, ea lex Regia vocabatur, id autem cur ita appelletur, exquirunt accuratè cum alias alij: tum Corasius libro septimo. Miscella. cap. octauo. & Oroscius, & Anto. Vacca in dicta l. prima. ff. de constitutio. principum. Couarru. quoque Practica. quæstio. capit. primo. numero tertio. à Rege ergo ceu riuuli à fonte iurisdictiones
† emanant omnes, vt inquit Bal- 7

dus in titulo de pace constit. numer. 231. & Petrus Paulus Parisius alios referens consilio primo. libro secundo. nume. duodecimo. & Auend. in cap. Correctorum, prima parte, capit. primo. Didacus Perez in l. prima. tit. primo. libro tertio ordinament. Porrò cum Rex caput Reipublicæ sit, Reipublicæque imaginem ipse gerat, non immerito dicitur in definitione iurisdictionem esse potestatem de publico introductam.

ILLVD tamen pristinæ potestatis vestigium in populo remansit, quod mortuo præside, aut correctore interea dum Rex aut superior dat iudicem, solet
8 populus, seu ordo † decurionum sufficere quemquam, qui demortui vices gerat: eumque morem iuri consonum esse apparet ex capit. cum olim. de maior. & obedien. & in capit. si episcopus. de suppl. negligent. prælat. libro 6. ac tradunt doctores, Felinus præsertim numero 13. in capit. cum omnes. de constit. apparet etiam ex ijs quæ affert Paulus de Castro in Rubrica. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & Abb. in cap. primo. ne sede vacante. Sic etenim deficiente Regia progenie, siue prosapia potestas eligendi † Regis spectat ad populum
9 sicuti de nostris Hispaniæ Regibus memorans scribit Baldus in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. & probat Minchaca controuers. libr. primo. cap. 22. numer. tertio. Hoc autem quod de præside à populo in demortui locũ substituendo diximus, locum habet etsi præses defunctus assessorem, seu Vicarium † habuerit, 10
quanuis enim assessor is ordinariam habeat iurisdictionem, vti scribit Paulus de Castro in Rubrica, de officio assessoris, & Longouallius in repeti. l. imperium. 1. parte. & Couarru. libro 3. Variarum resolutio. capit. fin. nu. 4. Auilesius in cap. Correctorum. capit. 4. verbo, *Iusticia*. Corsetus de potestate Regia quæst. 96. & probat. l. 1. C. si quacũque præditus potestate. Atqui mortuo præside cõtinuò expirat assessoris iurisdictio. cap. 1. de officio † vicarij in. 6. quippe quæ cum præsidis iurisdictione cõiuncta sit, ab eaque pendeat: Abb. in ca. extirpandæ. §. qui vero. nu. 14. de præbendis. Marantha in speculo. 4. parte, distinct. 5. nu. 10. tradit Couar. loco superiori ab Auendaño merito dissentiens. Ex quo intelligere facilè erit non posse præsidem decedentem successorem sibi substituere, qui scilicet, iurisdictionem exerceat, donec † successor à Rege mittatur, id quod item satis abundèque constat ex l. more. & l. eum qui. ff. de iurisdictione omnium iudic. & quæ illic Doctores effuse commẽtantur: probat etiam glossa in capit. 11 12

Apo-

Apostolicæ. 8. quæst. 1. quam cum laudis prædicatione communẽ affirmat Abbas in capit. accepimus. de Pactis. An vero viuus hunc assessorem semel electum
13 † possit ipse corrector inconsulto principe amouere: vide textum, & illic glossam & interpretes in l. solet. ff. de officio procõsulis & legati. Romanum consil. 116. vbi ait officialem electum à rege non posse illum proregem amouere. Hæc igitur quasi præfati ad propositam initio quæstionem descendamus. Videamus itaque præscripta aduersus regẽ iurisdictiõe, an videatur præscripta priuatiuè, an accumulatiuè (vt intelligar non grauabor interdum non tã elegãtibus quàm communibus verbis vti:) Quod autem accumulatiuè iurisdictio præscripta videatur, suaderi videtur, ex Hostiensis opinione in cap. Pastoralis. de officio ordin. quem illic sequitur Ioannes Andre. & Innocen. in cap. cum ecclesiarum. eodem titulo, qui bellissime tradunt præscripta iuris-
14 dictione per † Archidiaconum aliumve prælatum inferiorẽ intra Episcopi diœcesin, accumulatiuè videri præscriptam nõ priuatiuè: & in eadem sentẽtia fuit Bartol. in l. 1. ff. de offic. præfect. vrbe. & Baldus in Authentica habita. C. ne filius pro patre. & Thom. gramma. voto. 28. & alij apud Felinum, qui accuratè ad vtramque partem rem examinat in dicto cap. Pastoralis. vbi regulam cum exceptionibus constituit, cum Felino vero per omnia trãsit Balbus de præscript. 2. par. 5. principalis quæst. 3. numer. 11. Sed quoniam apud nos quæstio hæc Regia est definitione decisa, frustra me facturum existimarui si in ea examinanda amplius tempus tererem: atque (vt est in prouerbio) aquam inaniter consumerem. Extat siquidẽ res hæc definita in l. 1. titulo. 15. lib. 4. Recopil. quæ de hac aduersus Regẽ iurisdictione præscribenda agẽs apertè definit, temporis præscriptionem † omnem omnino iu- 15
risdictionem comprehẽdere, & ciuilem & criminalem, excepta duntaxat regia illa suprema potestate, quæ regibus regio iure competit, vulgo apud nos appellatur *mayoria e poderio Real*. Hæc etenim ita Regis ossibus inhærer, imo ita ipsi Regio diademati infixa est, vt à Rege ipso, atque ab ipso regali solio nullo pacto, nulloque iure auelli queat: sicuti tradit Ioan. Andr. apud Specul. titul. de iurisdictione omnium iudicum, in glossa magna, Decius consil. 307. colum. tertia. atque idcirco nemo hoc ius supremæ potestatis vlla temporis præscriptione nanciscì potest: imo ne Rex ipse quidem vltro à se illud abalienare potest secundum Baldum in l. prima. §. in initio.

ff. de officio præfecti vrbis. & Lucas de Penna in. l. prima. C. de priuileg. scholarium. libro duodecimo. Paulus consilio 70. volumine primo. Corset. de potestate Regia, prima parte, quæstione quarta. Boerius decisione 50. numero duodecimo. Couarruuias in Regula possessor malæ fidei, secunda parte. §. secundo. numer. septimo. & probatur in capit. cum ex officij. & capit. cum non liceat. de præscript. & vtrobique tradunt Romanus & Felinus, & hanc scribit magis communem esse opinionem Socinus consilio. 275. libro secundo. Et quanuis contrariam dicat quoque magis communem Aymon Crauette de antiqui. temporum. §. materia ista. numero 72. Verum superior opinio nostrati Regio iure probata est in. l. quinta. titul. decimoquinto. & l. prima. titul. decimooctauo. & l. vigesimasecunda. & vigesimatertia. titul. decimotertio. Parti. secunda. & itidem in. l. nona. titu. quarto. Parti. quinta. & in. l. prima. titul. decimo. libr. quinto Recopilationis. quæ adeo apertè superiorem sententiam probant: vt miror Minchacam perdoctum alioqui virum contrarium scripsisse controuers. illustr. capit. 82. numero octauo. Quando igitur lex ipsamet Regia definit præscripta aduersus Regem iurisdictione supremam illam duntaxat potestatem Regi remanere, manifesto significat iurisdictionem priuatiuè non accumulatiuè præscriptam esse: nam vt vulgò dicitur exceptio firmat regulam in contrarium. l. quæsitum. §. denique. Neratius. ff. de fundo instructo. opinio igitur Hostien. & reliquorum in dicto capit. Pastoralis. (vt concedamus veram esse) in iurisdictione Ecclesiastica non in sæculari locum habet, neque mirum si diuersum hic ius inter eas constituamus, nam & alias in nó dissimili specie differre solent, vt est videre apud Panormita. in capit. cum contingat. & capit. si quis contra. de foro competenti. & hanc etiam opinionem amplectitur Auenda. in capit. Correctorum, prima parte, capit. 19. numer. primo. licet aliud sensisse videarur in capit. primo. eiusdem voluminis nu. 25. quin (& quod ad ius commune attinet) ipse Felinus scribit in dict. c. Pastoralis. (alios plures in eandem sententiam referens) iurisdictione per præscriptionem acquisita videri præscriptam priuatiuè non accumulatiuè, quam sententiam ibidem, non obscurè amplexa est glossa. Hæc tamen ita vera sunt, dummodo sciamus ex suprema illa Regia potestate † Imperioq; 16
summo, quæ Regi semper salua integraque manent, nō modicā illi in inferiorū iurisdictionibus potestatem remanere: latissimè enim

enim Regia illa potestas patet, nā (vt omittā) ea ratione iura appellationum & credendarū monetarum facultatem illi vni competere, vt superiores illæ Regiæ leges declarant: alij permulti sunt casus, in quibus Rex ipse ratione illius supremæ potestatis potest in magnatum dominationibus ius dicere, partesque suas interponere. Ex multis vero paucos tantum exempli gratia referemus. Igitur in primis ad supremam illam Regiam potestatem pertinēt species causarum (quas vulgo, *de corte* dicemus) vt appareat ex l. 5. titul. 3. Parti. 3. quæ relatis aliquot casibus ad Regiam
17 † curiam pertinentibus, rationē subiecit his verbis, *Porque estos pleytos tañen al Rey principalmēte por razon de señorio.* Qui nam vero ij sint præter expressos in dicta lege Partitæ, num nouissimè referuntur alij in. l. 8. titul. 3. lib. 4. Recopil. & explicat latè Couar. practic. quæst. cap. 6. & 7. Deinde illius supremæ maiestatis ratione
18 maiores causæ † maximique ponderis ad ipsius notionē spectant, vt in cap. vt debitus. de appel. & in capit. maiores. de baptismo. & l. 19. tit. 23. Parti. 3. & Deuteronomij cap. 7. & tradit Specul. tit. de legato. §. nunc ostendendum est. Atque proinde iure meritoque lege Regia cautum est, ne quis magistratus magnatum filijs ætate minoribus † tutorem aut curatorem det iniussu Regis, & est
19 comprehensum in. l. 14. tit. 5. lib. 2. Recopil. cui addito. l. 1. C. de tuto. & cura. illustrium personarū. Hinc etiam iure sancitum est, ne quenquā cuiusque ciuitatis principem hominem decurionemve † præsides capite damnent, plectantque minus, priusquā ad Regem ipsum referant, vt in. l. Diui fratres. ff. de pœnis. & in. l. 1. ff. quando prouocandū sit. Eadem quoque de causa more maiorū, apud nos comparatū est, vt cum super dominatione † aliqua (*vulgo, estado ab stando appellamus*) lis in
21 ter magnates vertitur, non aliter vltima sententia feratur: quàm si prius Rex ipse consulatur, vt scilicet, in re tanti momenti: Rege ipso auctore statuatur, quod magis iustitiæ simulque Reipublicæ conueniens fuerit, sicuti huius vsus dat testimoniū testis occulatus. Gregor. Lopides in. l. 19. titu. 23. Parti. 3. verb. *acuerdo con el Rey.* Præterea ex iure huius supremæ potestatis datum est Regi, vt ad atrociora facinora vindicanda in territoria magnatum. † demandet perquisitores iudices (*vulgo, Pesquisidores appellamus*) de quibus
22 nominatim agitur in titu. 17. Parti. 3. & in titu. 1. lib. 8. Recopil. Illud tamen tum iustissimè, tum consultissimè à Carolo maximo Imperatore Regeque nostro statutum est, ne huiusmodi iudices demandentur nisi in grauissi

23 mis † criminibus, & vbi compertum fuerit ordinarios iudices ad commissa facinora vindicanda pares non esse, vt est videre in.l.octaua, titul. primo, libro octauo Recopilationis. Id quod non perpetuo obseruatum fuisse fuit in causa, vt non pauca incommoda Rempublicam laesierunt: ij etenim per quæsitores iudices humanum sanguinem veluti sitientes, dum inanibus titulis gloriam captant, nihil se agere putant, nisi quo iure quaque iniuria hominum stragem bonorumque proscriptionem fecerint, non animaduertentes multo cõsultius esse quod Marcellus Iurisconsultus monet in.l. respiciendum. ff. de pœnis.

24 Neque, aut clementiæ †, aut seueritatis gloriam affectãdam esse, sed perpenso iudicio, prout quæque res postulat statuẽdum. Meritò igitur in hoc iudicum genus commouetur Decius consilio 175. columna finali. & Neruzanis in Sylua nuptiali libro primo, nume. 67. Proinde non minus sanctissime quàm prouidentissimè facturos esse Regios Senatores existimarim, si in huiusmodi iudicibus dandis tardiores fuerunt: quàmquàm enim in tempore necessarios eos esse constet, veluti quando flagitium, ita graue est, vt illius animaduersio præstantissimum seueriſsimumque iudicem exposcat. Verum enim vero non desunt plerumque sycophantæ, qui rem alioqui leuem ementitis (ne dicam falsis testimonijs) ita criminentur, vt ex Aquilia Pompeiam Corneliamve, aut etiam Iuliam legem (hoc est) ex comœdia tragœdiam, ex musca elephantum faciant. Impetrant ergo etiam lege Regia repugnante per quæsitorem iudicem, qui plerumque non modo sontes, sed quandoque insontes, atque non modo insontes, sed fermè totam ciuitatem, & non modo totam ciuitatem: sed cunctam fermè prouinciam immerentem conturbet, expertus dico. Sed quid ego sanctissimum, atque iuxta sapientissimum illum Senatum iuris iustitiæque fontem commonefacere? nisi forsan, vt illud in me meritò vetus iactetur dicterium, sus Mineruam, vel illud alterum Græcum.

ὦ τ μοὶ καὶ τίκτων μὴ γ' ἀπέχθεται ὅστις ἑταιρῶ. ἶσον ὄμνυ κεφαλῇ τελέσαι δέμεν ὡρομέδοντα.

Cuius meminit Erasmus Chiliade 5. Centuria prima. Adagio 50. aliud ergo agamus. Itidem ex suprema illa Regia potestate factum est iam olim, vt magnatum dominationibus præficerentur præsides illi, qui vulgò appellantur *Alcaldes de los adelantamientos*, vt magnatum illorumque iudicum iniurijs occurrant, præscripto tamen in eam rem certo legitimoque notionis modo, ita vt

ita vt neque magnates ipsi eo nomine exhaustam suam sibi esse iurisdictionem, neq; contra vasalles (*permitte mihi verbis publicis vti*) Regis auxilio destitutos se esse meritò quæri valeant: sicuti intelligere facilè est ex mandatis principalibus ad eos iudices datis, quæ recensentur hodie in titulo quarto, libro 3. Recopilatio. Ex eo quoque fonte procedit, vt si res ita popoſcerit, posit Rex

25 † assumere sibi arcem magnatis, puta ad propugnandos hostes, vel ad Rempublicam pacificandam: vt tradit Martinus Laudensis in tractatu de Castellanis concl. 6. & Cœpola de seruit. vrba. prædiorum. capit. 39. numer. nono. & probatur in.l.1. &.2. C. de nauibus non excusandis libr. 11. & apertius in. l. 63. titul. primo. libr. tertio. Recopil. Et generaliter supremæ illius Regiæ potestatis proprium est, vt vbicũque

26 magnates † eorumque iudices in iure reddẽdo negligentes fuerint, Rex ipse partes suas interponat, & iniuriam passo opem ferat: vt ostendit. l. 22. titul. 13. partita. 2. & l. 1. titul. 15. libr. 4. Recopilationis. &. l. prima. titul. 15. libro quinto eiusdem volumi. & probatur etiam põtificio iure in capit. irrefragabili. de officio ordinar. & in capit. cæterum. de iudicijs. & vtrobique tradunt interpretes, & Ioannes Garcia vir imprimis doctus in tract. de expensis, capit. duodecimo. numero 56. Et vt semel dicam, quoties iusta legitimaque causa popoſcerit ius est Regi in territorijs inferiorum ius dicere: sicuti annotat Gregor. Lopides in. l. 18. titulo. 23. Partita tertia. non enim suprema illa Regia potestas (in qua proculdubio vniuersæ Reipublicæ summa cardoque vertitur) cõtrahenda est: sed latissimè potius propaganda: cum iam nonnullis placuerit posse Regem ex causa (id est si res ita moneat, atque tulerit) omnes inferiorum iurisdictiones ad se reuocare, vt est videre apud Matthæum de Afflictis in constit. Neapol. libro 1. Rubrica 47. numer. 2. & Rubrica 1. num. 106. quod tamen hic non disputo, quoniam de potestate principis disputare sacrilegij instar habetur, vt in.l. secunda. C. de crimine sacrilegij.

SVMMARIVM.

1 VSVRA est vsus improprius, atq; ita dicitur de his rebus quibus vti non possumus salua rerum substantia.

2 Vsuræ crimen locum duntaxat sortitur in contractibus, quibus mutuum aut expressum, aut tacitum contrahitur.

3 Vsuræ definitio.

4 Ratio vera quare vsura locum magis habeat in contractu mutui quàm in cæteris contractibus. & nu. 5.

6 Vsuræ etymologia.

7 Nauarri opinio refellitur.

8 Molinæum perperam minusque religiose de vsura sensisse

9 Osten-

9 *Ostenditur falsam esse opinionẽ Nauarri dicentis in coeunda societate fieri quibusdã pactionibus posse, vt qui pecuniam confert absque sui periculo, siue rei, siue animæ lucrum faciat. nu. 9. cum sequen.*

10 *Vocabula non saluant conscientiam.*

11 *Dominij definitio.*

12 *Is qui earum rerum quæ vsu consumuntur vsum habet dominus est, non simplex vsuarius.*

13 *Qui pecuniam in societatem confert iniquè agit si ad sui indemnitatem faciat, vt scriptura de mutuo soner.*

14 *Celeritate actuum vnus contractus occultari solet.*

15 *Cap. nauiganti. de vsuris exponitur.*

16 *Conuentio illa vt Titius accipiat à me pecunias in certos annos ea lege, vt censum mihi quotannis pendat, iniqua est.*

17 *Obligatio ad tempus constitui ipso quidem iure non potest.*

18 *Census ad vitam an rectè constituatur.*

19 *Pœnæ in vsurarios stabilitæ non comprehendunt contractum, qui etsi reuera vsuram sapiat, luctus tamen reputabatur.*

Vtrùm in coeunda societate fieri aliquibus pactionibus possit, vt is qui pecuniam cõfert, absque vllo suo periculo, siue rei siue animæ certã aliquam summam lucriface re valeat. CAP. II.

QVoniam de vsura sermo habendus est nobis è re erit, vt prius de ipsius nominis significatione, ac natura pauca dicamus. Vsura dicitur de ijs rebus, in quibus vsus propriè non cadit: veluti de tempore, de vita, & cæteris id genus. Cicero Tusculanarum quæstionum libro primo. *Natura dedit vsuram vitæ sicut pecuniæ nulla præstituta die.* Idem in Verrem. *Cur piratis lucis vsuram tam diuturnam dedisti.* Et rursus in eundem. *Huic latroni vnius diei vsuram non dedissem:* ipse idem epistola prima, libro tertio. *Quod cum ita sit perficiam profectò vt vsuram longi temporis qua caruimus intermissa nostræ consuetudine & gratia celebritate & magnitudine officiorum meorum sarciam.* Seneca in declama. *Si mihi vnius dieculæ vsuram permisisset.* Ex quibus locis intelligere facilè est vsuram esse vsum improprium, siue abusiuum, atque dici de ijs tantum rebus, in quibus vsus propriè non cadit. Vsura igitur dicetur de ijs tantum re bus quibus vti non possumus, salua earum substantia: † cum vsus 1
propriè dicatur de ijs rebus quibus vti possumus, earum salua substantia, sicuti paulò pòst dicẽdum nobis est. Ex his vero nonnulla, eaque non triuialia inferre nobis licebit, quibus apparebit simul verisimũ esse, id quod diximus, ac simul quàm planissima aperietur via ad hanc vsurarum materiam intelligẽdam. Et primum apparet lapsum esse doctissimum alioqui Sotum qui libro sexto de iustitia & iure. quæ-

quæstione prima. articulo primo, ait: vsuram si primæuam illius significationem spectemus, idem prorsus esse quod vsum, citans in eam sententiam aliquos ex superioribus Ciceronis locos. Sed eos (tanti viri pace dixerim) non satis intellexit, cum illi potius repugnent, sequatur quanuis eum Nauarrus in comment. de vsuris. numero secundo. Et rogo si idem vsus, atque vsura esset cur diuersis appellaretur nominibus? l. si idem. C. de codicillis. Deinde apparet verum esse illud, quod communiter tã inter iurisperitos quàm inter sacræ Theologiæ professores magno omnium consensu probatum est, vsuræ crimen
2 locum duntaxat † sortiri in contractu mutui, non in cæteris con tractibus in quibus mutuum aut expressum, aut tacitum non contrahitur: huius sententiæ fuit glossa in summa 14. quæstione tertia. Innocent. Abb. & reliq. in Rubrica, de vsuris. Ioannes Andre. in regula peccatum. de regulis iuris. in mercuria. Sanctus Thomas secunda secundæ. quæstione decima octaua. articulo tertio, & quarto. Abulensis super Matth. cap. 25. quæstione. 181. Ioan. Gerson de contractibus, secunda parte. propositione tertia. Dominicus à Soto de iustitia & iure. libro sexto. quæstione prima. Syluester verbo, vsura. 1. Conradus de contractibus, quæstione 22. Laurentius de Rodulphis, de vsuris, prima parte. §. ad tertium. numer. octauo. testatur communem opinionẽ, Ambrosius de Bignate in tracta. de vsuris. quæstione prima. numer. sexto. & Carolus Molinæus de con tractibus in principio, nume. no no. Et hoc quidem & ipsius nominis definitio ostendit: à plerisque enim vsura definitur † vt sit 3
lucrum ex mutuo per pactum debitum, aut exactum. Innocen. & Ioan. Andr. in capitul. primo. de vsuris. & Panormit. in Rubrica eiusdem tituli. & Laurentius de Rodulphis in repetitione capit. consuluit. de vsuris. numer. primo. Sed huius rei rationem videamus, & quamobrem vsura magis in mutuo quàm cæteris in contractibus locum sortiatur, & multas quidem huius rei rationes scriptores, tam iurisperiti, quàm Theologi tradunt: illa tamen inter eos crebrior est, quòd in mutuo vsus non separetur à dominio, hanc, vt cæteris omittam tradunt Innocent. & Abb. in Rubri. de vsuris. & Bald. in l. secunda. §. in mutui. ff. si certum petatur. Laurentius de Rodulphis in repetitione capit. consuluit. de vsuris. quæstione. 32. & 33. Couar. Variarum Resolutio. lib. 3. capit. 1. nume. quinto. atque eam tam iurisperitorum, quàm Theologorum communem esse

literis

literis prodidit Purpuratus in. l. secunda. §. creditum. nume. primo. ff. si certum petatur. Et sanè quãuis ipsi rectè sensisse videantur, non tamen prorsus huius rei rationem caluisse mihi videntur. Huius enim rei illa verissima ratio est † quòd in mutuo (idest in 4
his rebus quæ pondere numero mensurave constant, vt in principio. Inst. quibus modis re contrahit. obligatio.) vsus propriè non cadit: nimirum quia vsu (vt ita appellem) res illæ consumuntur. vt in. l. 2. &. l. si tibi. ff. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consumuntur: nam si animaduertis sicuti vinum & frumentum vtendo absumis, ita & pecuniam quãdo nõ aliter ea vti poteris quàm dominium eius in alium transferendo, id quod docet Aristoteles Polyticorum primo. Qui potest ergo in illis vsus cadere, cum vsus nihil aliud sit quàm ius vtendi salua rerum substantia? vt definit glossa in. l. prima. ff. de vsu & habita. & expressim Romanus Pontifex in extrauagan. ad conditorem. de verborum significatione. Proin illarum rerum quæ pondere numero mensurave cõstant, non tam dicitur vsus quàm abusus, vt apparet liquido ex. l. hoc Senatusconsultum. §. primo. ff. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consumuntur. vbi in hæc verba Iurisconsultus, inquit, *Si pecuniæ sit vsusfructus legatus, vel aliarum rerum quæ in abusu consistunt.* Et paulò post. *Quæ in vsufructu pecuniæ diximus vel cæterarum rerum quæ sunt in abusu, eadem & in vsufructu dicenda sunt.* Et rursum idem Vlpianus in. l. sed etsi possessori. §. Item si iurauero. ff. de iure iurando. *Sed etsi rerum in quibus vsusfructus propter abusum constitui non potest.* Cum igitur in mutuo, id est, his rebus quæ pondere numero mensurave constant vsus propriè non cadat, istarum rerum vsum, seu potius abusum vsuram appellamus, quoniam, vt principio diximus, vsura dicitur, de his rebus in quibus vsus propriè non cadit, id est, quibus haud vti possumus salua rerum substantia: porrò in cæteris contractibus cum rebus vtamur salua rerum substantia in his vsuræ nomen non cadit. Hanc vero vsus, ac vsuræ differentiam nec veteres (absit arrogantia verbis) neque recentiores (acerrimi alioqui ingenij viri) caluere.

Et gratias ago tibi summe Deus Pater cæli & terræ qui abscondisti hæc à prudentibus & sapientibus & reuelasti ea paruulis, ita Pater, quia ita placitum est ante te, vt Christi Domini nostri quã quàm indignus, verba vsurpem, apud Matth. cap. 11. Ex hoc intelligere item licet cur vsuræ appellatio crimen præ se ferat, atque cur in mutuo lucrum † nõ mer- 5
ces dicatur, sed vsura, & illicitũ fœnus.

fœnus. Etenim cum in mutuo, idest his rebus quæ pondere numero mensurave cõstant, vsus minimè cadat. Is vero qui mutuo accipit dominus rei mutuatæ fiat idcirco etenim appellatum est mutuum quia ex meo tuum fiat, vt in. l. 2. §. appellata. ff. si certum petatur. Atque insuper qui rem mutuo accipit non eandem sed aliam æquè bonam reddere teneatur: quoniã res illę in genere suo functionem recipiunt per solutionem magis quàm per speciẽ vt declarat Iurisconsultus in dicta. l. 2. §. mutui. &. l. cum quid. ff. si cert. peta. qui ex eo quod suum non est neque illius vsum habet, & est pro illo æquè bonum accepturus: lucrum captat ex nihilo alio profecto illum lucrũ captare apparet quàm ex aliena industria siue mutus ex temporis dilatione. l. vsura pecuniæ. ff. de verborum significatione. quod iuri etiam naturali aduersum esse liquet, quo iubemur nequis ex aliena iactura lucrũ quoquo modo captet, vt in. l. iure naturæ. ff. de regul iuris. & in regula locupletari. eodem titul. in. 6. Adde q; mutuum ex officio & amicitia originem trahit, contrariũ porro est officio merces. l. 1. ff. mandati. Non idem in cæteris contractibus vel qui mutuo affines sunt puta locato & conducto, in quibus merces non vtique est fœnus aut vsura, sed legitimum lucrum: etenim cum in his contractibus vsus propriè cadat, vtitur enim quis salua rerum substãtia, rectè quis mercedem recipit propter vsum rei suæ, ex qua alius emolumentum capit & quã non æque bonam sed deteriorẽ etiam vsu factam recipere debet. §. itẽ is cui. inst. quibus modis re contrahitur obligatio. c. eijciens. 83. dist. Atque ex his illud quoque deducitur veram non esse † etymologiam quam nonnulli ex nostris confingũt huic nomini: sunt etenim qui dicãt vsuram dici ab vsu æris. Hostiensis in summa de vsuris, alij ab vsu rei Cardinal. in summa. 14. quæst. 3. Abbas autem in Rubrica de vsuris, putat dici à raptu vsus: noster item Didacus Perez in titulo de las vsuras scribit dici ab vtendo, verùm neniæ hæc sunt: non enim dicitur nisi ab vsu perinde ac à fœtu fœtura à cultu cultura: vt nostros carpens rectè notat Dominicus à Soto de Iustitia & iure lib. 6. quæst. 1. articulo 1. Hic me quoque admonebat locus vt tractarem de dicto quodã Nauarri † quod ipse iam 7
pridem inter legendum obeliſco notaueram & opportunum erat hic dicere: sed deterret me quidem, doctissimi viri autoritas. nãque vt est in prouerbio leonem stimulare periculosum est, dicam tamen ne forsan opinio quã omnes de illo iure meritoq; habent quemquam in errorem inducat,

nam

nam quod ad eũ attinet sat scio quæ illius est humanitas & candor animi, id boni consulturum esse. Quid quod ego postquã animum ad scribendum appuli sic mecum statui id potissimũ mei esse officij, vt nihil omitterem quod ad veritatem asserendã necessarium putarem, etsi scirẽ omnes mundi homines habiturum me inimicos mihi. Is ergo Nauarrus in Commentario de cambijs. §. 12. num. 14. scribit vsurariã esse conuentionem, illam si conueniat inter nos vt accipias à me mulam ea lege, vt ab hinc sex mẽses reddas aliam mihi tanto meliorẽ. Hoc enim Nauarri dictum longe à iuris regulis atque communibus omnium interpretum præceptis abhorrens est: omnes enim & diuini & humani iuris interpretes communiter docent vsuræ crimen in mutuo solummodo non in cæteris contractibus locum habere. Cũ ergo species hæc in qua mula pro mula datur mutuum non sit, nec quicquàm cum mutuo commune habeat, sequitur manifesto in ea vsuræ crimen locum minime habere: est enim genus hoc conuẽtionis contractus innominatus: do vt des, qui vtiq; in hac specie de qua agimus nõ magis ad mutuũ pertinet quam cupressus ad naufragium apud Horatium. l. naturalis. §. 1. ff. de præscript. verbis. glossa & reliqui in. l. 1. C. de rerũ permut. Denique si superiora nobis constãt vsuræ nomen hic quadrare nõ potest: cum vt diximus & sæpè dicendum est, vsura tantũ cadat in rebus in quibus vsus propriè nõ cadit: at in mula vsum propriè cadere nemo non videt, atque si in re aperta testibus opus est docet glossa in summa & in cap. 1. 14. quæst. 3. neque ad rẽ pertinet q̃ contractus iniustam habere conuentionem videatur: nã etsi donaremus eum iniustũ esse, non continuo tamen sequeretur vsuræ damnandum esse. cap. in ciuitate. de vsuris. capit. illo vos de pign. quãquàm quis prohibet vt ea conuẽtio iusta sit, cum possit is qui mulam accepit ex vectu ris decidere damnum eius quod plus redditurus est, atque forsan insuper commodum reportare: itaque à Nauarri sentẽtia procul ipse dissentio, nec mirum quãdo & ipse non satis in ea re secũ consentiat qui in illo Commentario de vsuris num. 4. scribat vsuram non committi nisi in mutuo aut expresso aut tacito, putemus ergo eum incogitanter locutũ: quã doque enim bonus dormitat Homerus. Hæc mihi scribenti venit in mẽtem Molinei opinio quam de hac re literis prodidit in tract. de commercijs nu. 5. & 9. & 515. atque non potui non in virũ alio qui doctum excandescere qui diuina & humana iura corrumpẽs ausus sit scribere etiã hodie vsuras

Post h... nostras ... cubratio... hic Mo... nei cõm... tarius ... creto s... me cu... d. sanct... me Aug...

Sitiõis ablegat°, est vt est vide rẽ catalogo librorũ prohibitorum nuper edito: vnde appareat non iniuria nos in illũ excanduisse verũ si vir tamen appellandus est, qui vel tantillum à fide Catholica desciscat.

ras esse permissas, tam iure diuino, quam Pontificio, dummodo legitimum modum legis & charitatis non excedãt: manifestum sanè deliramentum, & ab hæresi non alienum, eoque magis, quòd in suam citat sententiam etiam cũ laudis prædicatione impium illum Philippum Melanæthonthem Lutheranæ perfidiæ pertinacissimum defensorem. Illius autem rationes audire operæpretium est. Scopus, inquit, diuinæ legis est charitas, quid tum? non est igitur prohibita lege diuina vsura, nisi quatenus est contra charitatem. Emoriar, si is quid est charitas satis intellexit.

8 Charitas Molinæe sit† Paulum audis, patiens est, benigna est, nõ æmulatur nõ quærit quæ sua sunt, Corinthiorum. 1. capit. 13. charitas ergo secundum Paulum non quærit quæ sua sunt, & tu charitatem vocas quæ proximo emolumenta sectatur? egregia sanè charitas, & quid rogo aliud est charitas, nisi proximi calamitatem miserari, illius subleuare inopiam, & quacunque possis ratione opem illi ferre? atque, vt verbo dicam, sicuti nobis satagentibus subueniri optaremus: ita & illi subuenire curemus, vt latius habetur in capit. charitas est. de pœnitentia distinct. secũda. Nam si nihil in illum beneficij confers si nihil aduersus eum disperdis, sed damnum damno, & lucrum lucro cõpensas, quam rogo gratiam mereris? an nõ hoc, & ethnici faciunt, & publicani? Non est ergo hęc charitas quam Christus nobis in Euangelio commendauit, vt mutuum dãtes nihil inde spectemus, sed vt potius mutuemus gratis proximo, nullũ inde commodum sperantes: quem locum sic semper sacrosancta intellexit ecclesia, sic semper sacri Canones acceperunt. capit. quid dicam. 14. quæst. 4. & Clemen. 1. de vsuris. vt alia plura omittã. Quid ergo, ò vos? (ad hęreticos loquor) ecclesiam Dei Iesu Christi Domini nostri sanguine fundatam, & stabilitam ipsiusq; Spiritus sancti afflatu erectam, & gubernatam, & pro qua Christus semper orat ad patrem ne deficiat fides eius, vestris argutijs, & fallacibus tropis conuellere tentatis? ò insensati, ò: sed hæc non ad nos: sunt etenim ab alijs, & doctioribus, & eruditioribus viris perdocte, & sancte tractata. Ad propositam ergo quæstionem descendamus. Atque videamus an in coeunda societate fieri † aliquibus 9 pactionibus possit, vt is qui pecuniam confert absque vllo suo periculo, siue rei, siue animæ certã aliquam summam lucrifacere valeat, & Nauarrus quidem in Manuali cap. 17. nu. 254. tribus id fieri posse contractibus existimat: hoc pacto, conuenit mihi cum Titio vti societatem contraha-

Lucæ. capite 6.

mus ego pecuniam ille operam, & diligentiam offert, atque vt commoda nectron incommoda ex æquo inter nos communicemus, qui primus est contractus. Post deinde placuit inter nos, vt Titius accepta à me certa pecuniæ summa omne in se periculũ prioris pecuniæ suscipiat, qui secundus est contractus. His igitur transactis statim pacisc imur, vt Titius ipse accepta à me alia pecunię summa promittat lucri nomine daturum se mihi in singulos annos, quandiu societas dura uerit, certam annuam quantitatem. Hos igitur tres contractus inter ipsosmet socios rectè fieri Nauarrus ipse contendit, & quã quàm Dominicus à Soto libr. 6. de iustitia & iure. quæstione sexta. articulo secundo. ab illius opinione dissentiat, adhuc tamen ipse Nauarrus pergit eam defendere, idem rursus affirmans in cõmentario quem postea edidit de vsuris. §. decimoquarto. num. 32. Videamus igitur vtrius potior sit opinio. Et sanè quamquam iurisperitus ipse iurisperiti partes sequi mallem ægrèque à meis desciscam, vis tamen ipsa veri transfugam me facit, ac in Theologi partes, vel inuitum me propellit: videre enim videor hanc Nauarri opinionem (tanti viri pace dixerim) certam quandam in vsurarum labem viam munire, cum ex ea is qui pecuniam confert, absque vllo suo periculo certum faciat lucrum. At vt Diuus scribit Ambrosius *quodcunq; accedit sorti vsura est*: rectè quoque Baldus in l. secunda. §. in mutui datione. ff. si certum petatur. de hac eadem vsurarum materia† agens. *Vocabula*, inquit, *non saluant conscientiam, nec enim mutant esse rei*. Præterea vsura non solum in mutuo expresso committitur, sed etiam in tacito. cap. ad nostram. de emptione & venditione. capit. illo vos. de pigno. capit. in ciuitate. & capitu. nauiganti. de vsuris. Abb. in cap. Rubrica de vsuris. Syluester verbo, vsura. 1. Couarruuias libro tertio Variarum resolut. cap. primo. nume. secũdo. idem ipse Nauarrus in illo commentario de vsuris. numer. 4. Estque ea, vt verbo dicam communis omnium sententia: hic autem etsi non expressim tacitè tamen in mutuũ imus quando periculũ pecuniæ in accipientem trãsfertur omne, iamque deinceps liberũ illius nancisc itur vsum, quippe cum, siue benè, siue malè vtatur, tota ea res proculdubio in illum recidat, illius ergo dominus efficitur. l. si vt certo. §. primo. ff. commo. Cedo enim? quid est esse dominum quàm ius habere † & facultatem de re corporali perfectè disponẽdi? si credimus Bart. in. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poss. Cedo? vnde mutuum eo nomine vtitur? nisi quia ex meo fiat tuum. §. 1. Inst. quib. mod. re contrahitur obligatio. l. 2. §. appellatio. ff. si cert. peta. Cedo? si hunc dominum pecuniæ inficiamur, quem tandem illius dominum esse fatebimur? illum ne qui dedit: fateamur igitur si ita tibi placet hunc qui pecuniam dedit & dominiũ ab se abdicauit, & quia tantundem refert pecunia salua sit an pereat, & qui deinceps in pecunia potestatem habet nullam hunc pecuniæ dominum esse accipientem: porro cuius periculo pecunia, aut stat, aut perit, quique posthac liberum illius habet vsum hunc non dominum, sed simplicem vsuarium esse. Sanè pol hæc & rerum naturæ, & iuris rationi vehementer repugnant. Denique ne quod iam re iudicata transactum est in litigium reuocem, atque ne argumentis illic agam, vbi legis definitio extat: hanc sententiam apertissimè, vt nihil apertius sumus idemque Romanus probat Pontifex in extrauaganti ad conditorem, de verborum significa. quid enim illic Ioannes XXII. nisi multis iuxtaque acutissimis argumentis, ac rationibus ostendere eum qui earum † rerũ quæ vsu consumuntur vsum habeat, dominum esse non simplicem vsuarium: illius enim verba quatenus ad hunc locum attinet illa sunt. *Quod autem quoad res quæ vsu consumuntur, non sint censendi vsuarij fratres ipsi ex sequentibus liquet satis, dicere siquidem quòd in talibus rebus vsus iuris, aut sulti separatus à proprietate rei, seu dominio possit constitui, repugnat iuri, & obuiat rationi*. Hæc Romani Pontificis verba, & adhuc dubitamus, an is socius, qui ita in se periculum pecuniæ transtulit omne, mutuo accepisse videatur? Et enim continuò, ac is socius periculum pecuniæ suscepit, pecuniæ dominus effectus est, si pecuniæ dominus effectus est mutuum inter socios contractum est, si mutuũ inter socios contractũ est, quodcunq; lucrum ex eo accedat vsura est, si vsura est ergo is contractus iniquus est, itaque Nauarri opinionem veram non esse proculdubio existimo. Vt interim omittam, & illi alias non paucas iuris regulas refragari veluti illa, cum quid vna via prohibetur ad id alia quis non debet admitti, vt habetur de regulis iuris in sexto. Atque illam alteram non dubium est in legem committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. l. non dubium. C. de legibus. Accedit ad hæc, quòd in huiusmodi contractibus non modo cauendum est nequid proteruè fiat, sed etiam ne ex cõmercij genere quid quam scandali, aut offendiculi emanet in vulgus, quod in illa

ſpecie Doctores probe probant.
Cum pecuniã Titio in ſocietatẽ
13 darem, illius † autẽ fides ſuſpecta
mihi eſſet, ne ſi quid fraudis forſan cogitaret mihi palpũ (quod dicitur) obtruderet, egi cũ eo, vt inſtrumento confiteretur ſe mutuo pecuniam accepiſſe, & ſanè animus meus erga ſocium ſyncerus eſt: ſic enim me comparaui, vt nihil contra ſocietatem nihil contra conſcientiam agere velim, ſed potius commoda cum incommodis lucra lucris iuxta ponerem. Adhuc tamen Doctores hoc conuentionis genus non probant quaſi mali exempli, & ſcandali res ſit, doctiſſimus Syluester verbo, ſocietas. numero quarto. cui reliqui conſentiunt. Hanc vero ſpeciem, de qua agimus magnum in populum offendiculum protendere nemo eſt, qui non videat. Cæterùm, quia noſtram opinionem ſatis comprobaſſe videmur, argumentis contrarijs ſatisfaciamus oportet. Ipſe igitur Nauarrus ita argumentatur, illiuſque argumentationis caput illud eſt. Hæ tres cõuentiones per ſe cum tribus perſonis ſeparatim rectè contrahuntur, quid ergo vetat quominus cum vna eademque perſona non rectè fiant. Et ego ſanè hoſce tres cõtractus ſi cum tribus perſonis ſeparatim fiant, haud quaquam legitimos eſſe negauerim. Cęterùm conſequentiã illam, quòd idcirco cum eadem perſona rectè fieri queant, nullo vnquam modo iuri conſentaneam eſſe conceſſerim: longè enim diuerſa res eſt, ſanè quando ij tres contractus cum tribus perſonis fiunt, cum quilibet contractus per ſe ſtet in mutuum, nullo modo transfundi poſſunt ceſſatque omnino omnis fraudis dolique ſuſpicio. At longè diuerſum eſt quando cum vna perſona contrahitur: ibi namque ex adiectis modo pactionibus ſocietatis contractus transformatur, & in mutuum ſaltem tacitum transfunditur, ſicuti ex ſuperioribus patet, & apparet ex Bald. in. l. prima. columna tertia. C. de fructibus, & litium expenſis. Etenim (vt exemplis etiam rem demonſtremus) ceu elementa in elementa varijs de cauſis (vt Phyſici ediſſerunt) transformantur, ita contractus in contractus diuerſis adiectis pactionibus, alij in alios conuerti ſolent. l. dedi. ff. de condictione cauſa data. l. cum manu ſata. §. final. ff. de contrahenda emptio. l. certi condictio. §. depoſui. ff. ſi cert. pet. ita vt celeritate actuum
vnus † contractus occultari ſo- 14
leat. l. tertia. §. ſed ſi debitorem. ff. de donatio. inter. l. ſingularia. ff. ſi certum petatur. Andreas de Iſernia in. §. præterea ducatus. nume. quarto. de prohibi. alienatione feudi per Fredericum. Cæterùm

rum quod ipſe Nauarrus negare pergit ex eo, quod is ſocius in ſe periculum ſuſcepit dominium in illum non transferri, vtens in ea re argumento text. in capitul. primo. commod. & capitu. fina. depoſiti. vbi probatur non propterea in commodatarium, aut depoſitarium dominium transferri quòd periculum in ſe ſuſceperit, non benè, meo quidem iudicio, colligit, cum conſter inter mutuum, atque commodatum depoſitumque magnam eſſe differentiam in hac præſertim vſurarum materia: ſiquidem in mutuo (vt diximus) non eſt vſus, ſed potius abuſus, iſque à dominio non ſeparatur: non idem in commodato & depoſito: propterea, qui vſus periculum in ſe ſuſcepit non idcirco dominij periculum ſuſcepiſſe videtur, nec propterea illarum rerum dominus efficitur. Deinde in mutuo vſura committitur in commodato & depoſito non committitur, ex rebus igitur diuerſis, & re nedum nomine diſtantibus argumentatur Nauarrus: eamvero nõ congruentem eſſe argumentationem nemo non videt. Vt omittam nec aliàs illud argumentum ſatis procedere conuentio hæc fieri rectè cum tribus perſonis ſeparatim poteſt: ergo, & cũ vna rectè quoq; fieri poteſt, cum
exploratiſ iuris ſit cum qui nauí- 15
gantí † aut cunctí ad nundinas certam mutuat pecuniæ quantitatem, eo quòd ſuſcipiat in ſe periculum recepturus aliquid vltra ſortem vſurarium eſſe cenſendum, vti expreſsim definitum extat in capit. nauiganti. de vſuris. & tamen id contractus genus cum alia percuſſius perſona extra crimen eſſe in confeſſo eſt. l. periculi. ff. de nautico fœnore. & l. in naue Sauphei. C. locati. Alexan. in. l. à Titio. ff. de verborum obligationibus. Ananias in dicto capit. nauiganti. Sotus de iuſti. & iure. libr. quarto. quæſtione quinta. articulo ſecundo. concluſione. 4. vbi teſtatur eam communem eſſe, idem ipſe Couarruuias libr. 3. Variarum reſol. capit. ſecundo. numero quinto. Idem ipſe Nauarrus in commentario de cambijs, numer. quinto. Denique conuentionem, quam cum quadam perſona rectè facias nõ item cum alia poſsis multis legum docemur exemplis. l. Ariſto. ff. quæ res pignori obligari poterunt vbi Accurſius quam plures leges in eandem citat ſententiam. probat etiam. l. ſi cum vno. ff. de exceptione rei iudica. & apud nos. l. 22. titu. vndecimo. libro quinto Recopilationis. & alijs quoque exemplis docet in hac eadem quæſtione de vſuris. Caietanus in ſumma verbo, vſura, implicite. Poſtremo quod ipſe ſcribit Nauarrus hanc ſuam opinionẽ probari in c. per veſtras. de

donatio inter. longè à vero alienum est, contrarius enim intellectus, & verior & crebrior est sicuti eodem loci tradit Palacios Rubii. §. vndecimo. vbi multis probat nullo modo societatem inter socios coiri ita posse, vt qui pecuniam confert ea salua, lucrum aliquod percipere valeat, eamq; communem esse scribit, idem quoque affirmat Couarruuias libr. 3. Variarum resol. capit. tertio. numer. tertio. Ex quo intelligere licet aduersus communem interpretum sententiã Nauarri pugnare opinionẽ, & eam quoque, etsi non tam validis argumẽtis, cõfutat Bartholomæus Albornoz in libr. qui, arte de cõtractos, inscribitur vulgari edito sermone, libro. 1. titul. 14. cap. 16. apparet itaq; non tantum legum rationibus, sed etiam interpretum autoritati contrariam esse Nauarri opinionem: de qua, quia satis dictum est transgrediamur alio. Et iam quidem ab hac vsurarum labe (seu vt Aristophanes appellat) bellua fera, extricare me vellem, sed non sinunt mea quæ hoc loco notanda sueccurrunt. Nam illud quis rogo ferat? quod etiam à doctissimis, & eisdem Christianæ pietatis colentissimis viris probatum video, le-
16 gitimam esse conuentionem † illam, & ab vsuræ crimine alienã, si pacisear cum Titio, vt accipiat ille à me tot nummos, puta centum, vt teneatur ad certum tempus fortè ad duodecim annos certum redditum: pone dena annua mihi persoluere: hoc enim placuit Conrado de contractibus, quæst. 79. conclu. 35. & Medinæ de restitu. cap. de censu ad tempus determinatum, nollem Nauarrum, & Couarruuias illo in commentario de vsura. §. 22. nu. 78. hic libro 3. Variar. cap. 7. nu. tertio. Proh diuum hominumq; fidem, quid est si hæc vsura non est? & quid quæso hic agitur nisi vt Titio pecuniam credam solutione eius in plures annos dilata? Dispeream si non isthic, aut nullibi vnquam vsuræ crimen admittitur. Vt enim Diuus edocet Ambrosius: *quicquid sorti accedit vsura est, & quodcunque ei nomen imponas, vsura est*, capitu. plerique. 14. quæst. 3. At dixeris hic emptionem & venditionem contrahi: quia nempe annuus redditus pretio certo emitur. Minimè, nam si vim iuris spectamus obligatio ad tẽpus constitui ipso quidem iure non potest: nam quod alicui deberi cœpit: certis modis deberi desinet: tempus † enim nõ 17
est modus tollẽdæ, aut inducẽdæ obligatiõis. l. eũ qui ita. §. qui ita stipulatus, ff. de verb. oblig. l. obligatio fer. ff. de actio. & obliga. l. 4. ff. de serui. hoc igitur casu imaginarius est census: re autem mutuum est. At non reddit iste quã accepit sortem: fabulæ. Imo red- 21
dit

dit etiam cum accessione seu vsura, vt ego quidem interpretor. Et quid enim rogo ad excusationem vsuræ proficit minutatim ne an simul sorti fœnus accedat? Sed fac emptionem & venditionem hoc loco contrahi, an non hic ex aperto fraus legi cogitata videtur: an non nomine emimus re autem in creditum imus? Cur ergo tale cõuentionis genus vsuræ crimine nõ damnabimus. Nisi fortè nomina rei substantiam mutant? aut verba saluant conscientiam, aut legi fraus fieri lege aliqua conceditur? aut forsan minus valere debet, quod agitur quàm quod simulatè concipitur? Sed longè secus est. Nec enim nomina mutant contractus naturam. l. si insulam. ff. de præscriptis verbis. nec verba saluant cõscientiam, vt eleganter Baldus inquit in dicta l. 2. §. in mutui. ff. si certum petatur. Nec vsquam lege aliqua fraus legi fieri permittitur. l. non dubium. C. de legibus. & iam certissima est iuris regula: plus valere, quod agitur quã quod simulatè concipitur: vt codicis Rubrica demonstrat. Denique nummarius iste census, vt legitimè cõstituatur perpetuus esse debet, ideſt, donec redimatur nõ ad certum tempus iuxta constitutiones Martini & Calixti inter extrauagantes cõmunes, titul. de emptio. & vendi. Atq; iuxta leges Regias, præsertim iuxta. l. fin. tit. 15. libr. 5. Recopil. Postremo pro hac nostra opinione habemus testem satis idoneum & locupletem Panormit. Abbatem disputatione. 5. columna antepenulti. vbi expressim scribit huiusmodi conuentionem vsuræ vitio laborare. Atque ego sanè autorum iudicium hoc loco demiror, qui alias vsuræ materiam adeo scrupulosè pertractant, vt vel tantillum lucelli etiam gratiæ vel officij, quod pecunia mutuata præraheret vsuræ nomine damnẽt: rursus aliorum ita habenas laxant, vt apertum ex pecunia fœnus legitimum fore quæstum contendant: vt in his quos modo casus notauimus: quamquàm in hoc superiore, & ipsi quidem autores, siue dictante conscientia, siue veritatis vi (quæ superari nequit) victi ab huiusmodi pactione abstinendum esse præcipiãt. Ore itaque hanc conuentionẽ probant, mente vero (quæ potior est) reprobant. Sed & antequam hinc discedam continere me non potui: quin illud quod ad præsentium morum emendationem cõgruit hoc loco animaduerterem. Ex constitutione illa † census 18
temporarij (quem nos vulgò ad vitam appellamus) amplam hodie ad vsurarum labem viam prosterni. Quamquàm enim istiusmodi contractus genus pleriq; Doctorum probent, ac licitos esse propter humanæ vitæ

imbecillitatem affirment, vt est videre apud Abb. disputatiõe 5. columna antepenult. Innocẽ. & reliquos in cap. in ciuitate. de vsuris. Boerium complures eius rei assertores referentem decisione 44. num. 36. Couar. libr. 3. Variarum. cap. 7. nu. 3. Iason in l. 1. C. de summa Trinitate & fide cath. numer. 63. Nauar. in commentario de vsuris. num. 78. & testatur communem opinionem Ambrosius de Bignate in repet. cap. salubriter. de vsuris. nume. 244. Verum in pretio definiendo non satis Doctores ipsi inter se consentiunt, sed alijs placet dena pro singulis, alij octona, alij pauciora iustum huius census pretium esse, vt videre est, cum apud superiores autores, tum apud ipsum Couarru. libr. 3. Variarum resolu. capit. 9. numer. 7. Plerisque tamen magis sedet pro ætate eius ad cuius vitam census constituitur pretium demetiendum esse Cynus, Baldus, Paulus & Iaſ. in l. si pater puellæ. C. de inoffic. testamento. & in l. si ea. C. de vsuris. Ambrosius de Bignate loco superiore. Cum igitur pretium huiusmodi census, nec lege, nec Doctorum traditione certũ sit, venditor autem rerum suarum satagens, & in Diomedea (quod dicitur) necessitate forsan positus bene secum actum putet si quoquo modo necessitati suæ succurratur euenit, vt emptoris ferè libidine, & pretium census, & conditiones illius constituuntur. Contigit igitur eo pacto, vt non solum vnum annuum ad vitam pro octo, sed etiam pro sex, aut quinque, vel etiam (si diuis placet) pro quatuor constituatur, nec id ad vitam emptoris tantum, sed etiã ad vnius vel duorum filiorum vitam. Quo quid impius? quid deterius & Christiana pietate indignius dici potest? Quid malũ? nunquid nos Gangis ripas accolimus vbi perhibent esse gentem quæ octauum vitæ annum non protrahant? breuis sanè & apud nos hominum vita est caducaq; nimis: verum me herclè nõ tam parum viuaces sumus, vt non sit verisimile huiusmodi census emptores incertissimo versari lucro: cum etiam diuinus psaltes hominis vitam septuaginta annis definiat in Psalmo 89. Imperator quoque centum annorum spem det. l. fin. C. de sacrosanct. eccles. & Iurisconsultus pro modo ætatum alia, atque alia non tamen ita breuia, vt isti viuendi spatia partiatur in l. hæreditatum. ff. ad legem Falcid. quòd autem isti in certo lucro versentur, vel ex eo apparet, quòd non desunt qui statim minimo indemnitatem repræsentent illis saluam fore pecuniam promittentes. Proinde ego è republica fore putauerim, si aut istiusmodi census contractus à Republica prorsus relegaretur aut certè certum illi pretiũ lege præscriberetur, quod impune transilire nemo nequiret alio qui vt res cœpit metuo ne γεφολέγοι illi, seu fœneratores inopum sanguinem exugentes quę illos quo quomodo possint ditiscendi pecuniasque eruscandi rabies incesit, breui totam deglubant plebem, atque expilẽt, & vt Diuus scribit Ambrosius multorum vitæ subsidia obtineant soli. cap. sicut. 47. distin. aut eueniat quod propheta vaticinat° est. *Ecce dies venient in quibus apprehendentur qui habitant terram in censu multo & abscondetur veritatis via.* Esdræ 4. c. 5. Interea tamen quàmquàm census, qui ita paululo cõflantur tanquam iniqui rescindendi sint: cõtrahentes tamen pœnis in vsurarios† scriptis plectendi non sunt ex sententia Bartoli in. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de edilitio edicto. vbi ait pœnas in vsurarios stabilitas non comprehendere contractum, qui etsi reuera vsuram sapiat populariter tamen reputabatur licitus. Bartoli autem sententiam amplectitur Alexã. consil. 93. volumi. 6. nu. 9. & Cœpola de simula. cõtractuũ. §. 1. numer. 4. & Socinus Nepos. consil. 83. lib. 2.

nam huic grassanti malo consultissima cõstitutione Regis nostri suiq; prouidẽtissimi Senat° obuiã itũ est, vt est videre in comitijs Madritijs editis anno 1583.

19

SVMMARIVM.

1 OBligationes ex contractu descendentes quatuor modis contrahuntur.
2 *Stipulationis definitio.*

3 *Pacti definitio.*
4 *Pollicitationis definitio.*
5 *Pactum à pollicitatione quid distet.*
6 *Donatio quid à pacto stipulatione, atque pollicitatione distet.*
7 *Donationis definitio.*
8 *Constituta pecunia quid sit.*
9 *Vt fiat donatio etiam hodie oportet verba in præsenti sonent.*
10 *Dictum seu nudus consensus longè differt à pacto seu pollicitatione.*
11 *Simplex dictum seu nudus consensus veteri iure neque ad agendum nec ad excipiendum valebat.*
12 *Hodie pario iure omnia pacto nudo simpliciq; consensu transiguntur.*
13 *Regis Alphonsi lex recenseur & copiose illustratur.*
14 *Hodie ex simplici consensu modo vẽiret quem se obligare voluisse actio nascetur.*
15 *Non solum Rex, ac Papa, sed etiam Deus ipse optimus maximus quod promisit seruare tenetur.*
16 *Iure Pontificio etiam ex nudo pacto oritur actio.*
17 *Hodie ex lege Regia pactum nudũ actionem parit & exceptionem.*
18 *In pactis hodie perinde ac olim in stipulationibus ius versatur non factum.*
19 *Ratio quare olim in stipulationibus ius versaretur in pactis factum.*
20 *Naturalis obligatio non est proprie obligatio sed abusiuè.*
21 *Per pactũ de non petendo à principali factũ fideiussores hodie ipso iure liberãtur.*
22 *Hodie fideiussor nudo pacto obligatur.*
23 *Hodie nutu contrahitur obligatio.*
24 *Mutus hodie obligatur si per signa de eius consensu constet.*
25 *Hodie etiam inter absentes verborum oritur obligatio.*
26 *Lege Regia obligatur qui respondeat aliter quàm interrogatus fuerit.*
27 *Alter alteri hodie stipulari seu paciscì recte potest.*
28 *Hodie in contractibus perinde ac in vltimis voluntatibus, ius accrescendi locum*

cum habeat.
29 *Procurator hodie parat actionem directã domino sine cessione.*
30 *Facti alieni promissio valet hodie.*
31 *Valet hodie pactum etiam quid incerti continens.*
32 *Hodie in contractibus innominatis locus non est pœnitentiæ.*
33 *Pollicitatio ex lege Regia actionem producit.*
34 *Ex voto & iureiurando hodie actio indistinctè paratur.*
35 *Contractus qui consensu contrahuntur hodie in absentia rectè sint.*
36 *Donatio in absentia facta hodie statim vim sortitur.*
37 *Pactum adiectum à donatore in fauorem tertij reuocari non potest.*
38 *Fideiussoris obligatio de alia re quam de qua principalis est obligatus valet hodie.*
39 *Authen. si quando. C. de constituta pecunia hodie cessat ex Regiæ legis decisione.*
40 *Lex Regia locum non habet quando consensus ad obligandum deficeret.*
41 *Etiam hodie simplex dictum nõ obligat.*
42 *Donatio in re dubia nunquã præsumi ar.*
43 *Pupillus maioratum facere non potest.*
44 *Princeps concedere nõ potest facultatem testandi pupillo.*
45 *Rex si pupillus sit testamentum facere nõ potest.*
46 *Impossibilis conditio etiam hodie vitiat obligationem.*
47 *Quando conuenit inter partes, vt scriptura de contractu fieret ante rogatã scripturam pœnitere licebit.*
48 *Quãdo dicatur cõtractus in scriptis fieri.*
49 *Etiam hodie verborum obligatio non contrahitur ab ijs personis quæ veteri iure inhabiles erant ad contrahendum.*
50 *Res sacra etiam hodie in obligationem nõ cadit.*
51 *Si quis rem maioratus promittat nõ obligatur ne ad æstimationem quidem.*
52 *Omnes exceptiones quæ olim admittebantur aduersus stipulationem, seu pacta valida etiam hodie debent admitti.*
53 *Fideiussor etiam hodie non obligatur in duriorem causam quàm principalis.*
54 *Ex verbis impersonalibus etiã hodie verborum non contrahitur obligatio.*
54 *In donatione nulla causa est necessaria.*
55 *In cautione priuata necessaria causa est.*
55 *In contractibus qui re vel consensu contrahuntur necessaria causa non est.*
55 *In pollicitatione necessaria causa est ad obligandum.*
56 *In verborum obligatione hodie causa necessaria non est.*
57 *Stipulatio est contractus specialis.*
58 *Nullum est maius mentis nostræ testimonium quàm qualitas inspecta verborum.*
59 *Textus in. l. 2. §. circa ff. de doli exceptione latè & acute explanatur.*
60 *In instrumento publico causa necessaria non est.*

Vtrùm olim stipulatio, atque hodie pactum non existente causa factum valeat? ad interpretationem legis. 2. titul. 16. libr. 5. Recopilationis. CAP. III.

VT ijs quę dicenda sunt fundamenta iaciamus, aliquid nos præfari oportet. Imprimis autem in memoriam reuocare debemus, obligationes ex contractu descendentes in quatuor genera deduci: aut enim re † contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu. §. fin. Instit. de obligatio. l. 1. ff. de actio. & oblig. re obligatio contrahitur in mutuo commodato ac deposito pignoreque, vt latius est expositũ apud insti-

tutiones ciuiles in titulo, quibus modis re contrahitur obligatio. Consensu vero obligationes fiunt in emptionibus, venditionibus, locationibus, cõductionib⁹, societate, mandato, vti latius eædem demonstrant institutiones in titulo qui inscribitur, de obligationibus ex consensu. Literis autem obligamur trãsacto biennio, posteaquàm scripsimus debere nos quod numeratum nõ est, vt apparet ex titulo. Instit. de literarum obligatione. Verborũ vero obligatio nascitur ex interrogatione & responsione, quæ stipulatio in iure dicitur. vt in dicta l. 1. ff. de actio. & oblig. & in principio Inst. de verborum obligat.
2 *Est autem stipulatio † verborum conceptio quibus is qui interrogatur daturum factumve se id quod interrogatus est. Respondet,* sicut definit Iurisconsultus in. l. 5. §. stipulatio, ff. de verborum obligat. Olim igitur conuentio, quæ supradictis modis non fieret, sed in puris nudisque conuentionis finibus staret pactum nudum dicebatur. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. l. si tibi. C. de locat. l. solent. ff. de præscrip. verb. nisi forsan contractus accessione seu cohærentia, vt vocãt, pactum vestiretur aut rũ interuentu, aliisq; modis à lege introductis, vt in dicta. l. iurisgentium. §. quidam. ff. de pactis. vbi Bartol. & reliqui classici exactè rem tractant. Soti obuia

nus quoque regula. 9. & Iaso in. l. lecta. ff. si certum petat. Abarca de pactis. in Rubrica. 3. l. 9. num. 273. & quãuis Corasius Miscellanearum lib. 1. cap. 1. hanc pacti nudi & vestiti differentiam irrideat, docendi tamẽ gratia magis eam probãdam puto. Est autem pactũ duorum pluriumve in idẽ placitum & consensus, vt definit Iurisconsultus in. l. 1. ff. de pactis. Atque ita placitum consensum pro pacto † accepit Iustinus lib. 6. 3
Quo audito, inquit, *his ex dolore cruentus, & illis ex gaudio stupor iniectus, atq; ita veluti ex placito consensu à prælio discedituꝛ.* Proin in aliquibus codicibus placitus consensus in illa lege prima sine cõnunctione legitur, quæ verior sanè mihi lectio videtur. Differt autem pactum ab stipulatione, quia stipulatio ex interrogatione & responsione fit, pactum verò ex conuentione seu consensu vtriusque, vt declarant Accursius & cæteri in dicta. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. & in. l. 1. ff. de pactis. atq; item in Rubrica. ff. de verborum obligat. Differt etiam pactum à pollicitatione quia secundum Iurisconsultum, pactum est duorum consensus atq; cõuentio. † Pollicitatio solius offerentis promissio. l. 3. ff. de pollicit. Quocirca plerisque placuit pollicitationẽ inter absentes tantum fictionem fieri, si fieret, aiunt, inter præsentes non pollicitatio, sed pactum diceretur 2

ceretur, quia consentire intelligatur is etsi taceat, in cuius gratiam atque commodum pollicitatio fit, sicuti latius explicat Iaso. in Rubrica. ff. de verbor. obligat. num. 6. & Castellus. in. l. 22. Tauri. Sed verius est & inter prę sentes pollicitationē dici, vt placuit Decio in Rubrica. C. de pactis. & consilio. 245. vol. 2. nu. 9. & Alciato in Rubrica. ff. de verborum oblig. col. 1. & alijs quos referens sequitur Anto. Gomez in Cōmentarijs de contractibus cap. 9. nume. 1. Quæ sententia & apud nos probatur in. l. 10. tit. 11. part. 4. Quemadmodū igitur pactū à pollicitatione distermina-
bimus? & non satis scriptores declarāt, mihi autem hoc discrimi-
5 nis esse videtur quòd ad † pactū necessarius est tractatus & partiū vltro citroque cōuentio: nam vt Iurisconsultus significat in. l. 1. §. 1. ff. de pactis. pactum est quando contrahendi gratia partes in vnū conueniunt, & tāquàm ex diuersis animi motibus in eādem sententiam decurrūt. Porrò ad pollicitationem tractatus seu conuentio necessaria nō est: quippe quę nihil aliud sit quàm solius offerentis promissio, nec refert an inter prǫsentes absentesve fiant. Vt declarat Iurisconsultus in dict. l. 3. ff. de pollicit. & illa lex Regia septem Partit. iuris quam modo citauimus. Quid inter stipulationē pactum atq; pollicitationem intersit, dictum est: quid autem ab his donatio distet conueniēs est vt dicamus. Illud autem differt quòd stipulationis pacti atque † 6
pollicitationis obligatio etsi præsens sit in futurum, tamen suum protēdit effectum, promitto, paciscor, polliceor me daturum facturumve aut pecuniam non petiturum. At donationis verba in prǫsenti concipiuntur præsentēque præseferunt effectum: puta, dono do tibi sicuti apparet, cum aliàs sępè, tum in. l. 1. & l. absenti. ff. de dona. & l. obligationū substantia. ff. de actio. & obligat. & ipsiusmet verbi etymologia demonstrat, quid est enim rogo donatio? nisi doni datio, vt inquit Iurisconsl. in. l. senatus. ff. de dona. causa mortis, & significat lex Regia prima, titul. 4. part. 5. Insuper & in obligando stipulationis pacti pollicitationis † donatio- 7
nisque diuersa causa diuersusq; extat effectus: siquidem ex stipulatione proprie verborum obligatio contrahitur, vt vel eius declarat definitio. Pactum vero nudum veteri quidem iure (ciuili scilicet) de quo nunc agimus, ad excipiendum valet, ad agendum non valet. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pactis. l. si tibi. C. de locato. l. si superstite. C. de dolo. l. 2. C. de euictio. l. in bonæ fidei. C. de pactis. l. pacta conuentio. C. de contrahen. emptio. & alias passim. Adeo vt ne iureiurando

rando quidem confirmatum nudum pactum obligationem pareret, excepto liberto operas promittente, vt in. l. iurisiurandi. ff. de operis libertorum. & illic tradit Bart. & Iaſ. in Rubrica de iureiu. nu. 1. glossa verbo, exorta in authen. sacramēta puberum. C. si aduer. vendi. & illic reliqui: pollicitatio vero non aliter obligationem inducit quàm si ob honorem decretum aut decernendum, vel aliam ob causam polliceatur quis reipublicæ alijve piæ causæ. l. nuda. C. de contrah. emptiō. dicta. l. 1. ff. de pollicit. & tradit latius Couarru. in Rubrica de testam. 3. par. num. 12. hæc autem idcirco veteres legislatores introducebant ne nimia facilitate homines temere obligarētur. Atq; dum effuso sermone se iactant in promptum sui periculum incide-
rent. l. sciēdum. ff. de edilitio edicto. l. fin. ff. de dotis promiss. tradunt Alexan. & Paulus in Rubrica. ff. de verbor. oblig. Proinde si mel debitum etiam pacto nudo constitui poterat, vt in. §. de constituta. Instit. de actio. & in toto titul. ff. de constitu. pecunia. Do-
8 natio † vero etsi vetustissimo iure non aliter vim haberet quàm si in præsentia res traderetur, vt in. l. 1. & l. absenti. & l. qui faxum. ff. de donat. l. inter. ff. de donat. causa mortis. & inter dilectos. ad finem. de fide instrument. recentiore vero iure Codicis etiam rebus non traditis, nec stipulatione interposita, sed nudo tantum pacto rata erat ex constitutione Iustiniani in. l. si quis argentum. §. fin. C. de donat. Quàmquàm adhuc eam legem accipiendam existimo, vt necessarium putem donationis verba in præsenti † so- 9
nent sicuti veteri iure cautum diximus, alioqui si in futurū verba sonarent non donatio esset, sed aut stipulatio, aut pactū pollicitatione, sicuti acutè sentit Franciscus de Ramponilus, quem refert sequiturque Imola in. l. in ædibus. §. primo. ff. de donat. & Alexan. in. l. iurisgentium. in principio. ff. de pactis. & Angel. in. §. in personam. nu. 3. Instit. de actionibus. Quare labitur Accursius in §. perficiuntur. Instit. de donatio. qui in ea fuit opinione, vt existimaret illa verba dabo, donabo, donationē efficere: non enim magis donationem efficiunt quàm venditionem, aut mutuum, illa promitto me venditurum, aut mutuo daturum, sicuti eodem loci tradunt Faber & Angel. & reliqui ab Accursio merito dissentientes: dissentit etiam Manuel Acosta in. l. si ex cautione. C. de non nume. pecunia. & aduersus glossam communem esse opinionem affirmat Alciatus in. l. si pacto quo pœnam. C. de pactis. & apparet ex Tiraquel. de retract. conuentio. ad finem tituli, num. 477. Itaque nec per l. si quis argen-

gentũ.ex verbis illis:dabo,donabo, olim oriebatur obligatio cũ donationis vim nõ haberent,essentq; tantũ pactũ nudum,sicuti etiã sentit Decius cõsil. 280. vol. 2.nu. 2. & cõsil.627. nu.15. vol.5. Et hoc mihi verius quidem videtur,licet Couarruuias cõtrarium scriptũ reliquerit in cap. quanuis pactum.21.§.4.nu.14.& Pinel. in l.2.C.de resc.vend. part.2. cap.3. nu.30. Nudus igitur consensus, idest,qui non in contractum pactum aut pollicitationem caderet in tãtum inefficax erat,vt ne exceptionem quidẽ ne dũ actionem, aut obligationem pareret. l.nuda.ff.de dona.l.nunquã nuda.ff.de acquirẽdo rerum dominio:hunc autem nudum consensum dictum appellat Iurisconsultus in. l. sciendum.ff. de edilitio edicto. *Dictum*,inquit, *à promissõ sic discernitur,dictum accipimus,quod*
10 *verbo tenus † pronuntiatum est nudoq; sermone finitur,promissum autem potest referri & ad nudam promissionem siue pollicitationem vel ad sponsionem.* Quid ergo de renuntiatione, siue iuris sui remissione, & promissõ magis quã dicto eam accedere scribit Baldus in.l. 1. C. qui bonis cedere possunt, colum. 3. Adeo vero simplex dictũ nudusque consensus veteri † iure ine-
11 ficax erat,vt ne cautio quidẽ seu apocha de recepto à creditore præstita debitori liberationẽ pareret,nisi re vera pecunia numerata esset, aut forsan in formã donationis liberatio conciperetur, prout non pauca,eademq; apertissima legũ documenta demonstrãt,quarum omnium verba hic referre longum nimis esset: aliquarum tamen recensebimus ne rei nouitas quemquã forsan deterreat. Atque in primis veniat in medium.l.si accepto latũ. §. 1. ff. de accepti.vbi Iurisconsultus in hæc verba inquit. *Inter acceptilationem & apocham hoc interest, q̃ acceptilatione omnino liberatio contingit licet pecunia soluta non sit apocha, non aliàs quàm si pecunia soluta sit.* Idem ostendit Imperator in. l. si obligatum.C. de soluto. his verbis. *Si obligatum hominem ex causa mandati non per stipulationem nouatione facta post acceptilatione liberasti, sed tantum receptam ex eadem causa debitã quantitatẽ falso scripsisti,figmẽto veritatis extingui non potuit obligatio.* ipsissimũ est quod idẽ Imperator scripsit.in.l.si inter eod.tit.de solutio. *Si inter patrem tuũ*, inquit, *eosq; quos debitores esse ducebas, non de dubia lite transactio facta,sed parte tantũmodo recuperata vniuersum se recepisse cauit,nec de superfluo eos quos verbis obligauit per acceptilationẽ liberauit,nec donationis causa id factũ est exuberãtis debiti integra ei repetitio cõpetit.* Idẽ etiã nõ difficulter colligitur ex.l.1.C. de solut. & libera.lib.10.atq; ex.l.si ex maiore.C. đ excep.& in.l.siquidẽ.C.de trãs. Quocirca debiti soluti cautio, etsi

etsi nonnunquàm apud veteres pacto fieret.vt in.l. tale pactũ. ff. de pactis.interdum acceptilatione,vt in.§.1.Instit. quibus modis tollitur obligatio: vsitatius tamẽ erat vt quibusdam instrumentorũ securitatibus firmaretur. Erãt porro hæ securitates actorũ, monumenta quæ apud iudicem solemni quadam gestorũ fide transigebãtur, sicuti intelligere licet ex.l.2.C.de apochis publicis.lib. 10.atque ex.l.2.§.final.C.de quadriennij præscript.atque ex.l.testium.C.de testibus.atque ex textu in.l. in contractibus. §. 1. & 2. C.de non numera.pecunia.Hæc autem cum legum tam apertissimis definitionibus constent, iuris tamen interpretes,& veteres, & recentiores,quàm longissime fugere.Et hæc quidem in contrahendo,& obligando, liberandoque veteris iurisprudentiæ subtilitas nimia introducebat, & sequebantur etiam apud nos septẽ Partiti iuris volumina,vt apparet ex titulo.11.partita.5.Hodie vero apud nos his de rebus maxima facta est immutatio:omnia enim
12 hodie patrio iure † pacto nudo simpliciq; transiguntur consensu lege Principali à Rege Alphõso, eius nominis vndecimo lata, quæ veterum legum scrupulositatem (& penè superstitionẽ dixerim)prouidentissime sustulit. Extat ea hodie in volumine Recopilationis libro.5.titul.16.lege 2.qua cautum est, omnem omni no consensum, per quẽ quoquo modo appareat, quem se obligare voluisse obligationem parere. Sed ipsius legis verba (quoniam de ea aliquantisper sermo nobis faciendus est)audiamus.

Pareciendo que alguno se quiso obligar a otro por promission, o por algun contracto, † o en otra manera, sea te- 13
nudo de complir aquello que se obligo, y no pueda poner excepcion que no fue hecha estipulacõ, que quiere dezir prometimiento con cierta solennidad de derecho,o que fue hecho el contracto, o obligacion entre absentes, o que no fue hecho ante escriuano publico,o que fue hecha a otra persona priuada en nombre de otros entre absentes, o que se obligo alguno que daria otro, o haria alguna cosa:mandamos que toda via vala la dicha obligacion y contracto que fuere hecho en qualquier manera q̃ parezca, q̃ vno se quiso obligar a otro.

Ecce igitur vt apertissimè vult lex ex pacto nudo obligationem oriri,quinimo,nõ tantum ex pacto nudo † sed etiam ex simplici 14
consensu,vtcumque tamen appareat quem se obligare voluisse euidentissime vult lex obligationem nasci.Id autẽ naturali æquitati congruentissimũ esse liquet. Quid enim tam congruum est humanæ fidei, vt Iurisconsultus inquit,quàm ea quę inter eos placuerit seruari:l.1.ff. de pactis. l.1. ff.de const.pecunia.Cui cõuenit quod à Cicerone scriptum est,

Officio-

Officiorum libro. 1. *Fides est*, inquit, *dictorum conuentorumq; constantia & veritas*. Cum igitur ex naturali æquitate huius legis procedat definitio, & Regem † quoq;
15 obligare dicendum est, vt scribit Baldus in.l.1.ff. de pactis. & illic Iaſ.& Decius cõſi.151.vol.1.Mirachaca controuerſ. illuſtrium. capit.45.nu.13.& 15.Quanuis enim Rex humanis ſit ſolutus legibus, non tamen diuinis, aut naturalibus, ſecundum Bald.in.l.2. C.de ſerui.& aqua.colũ.8. Iaſ.in.l.1. ff. de pactis.Idem quoque & de Romano dicemus Põtifice, textus, & illic Abb.& reliqui.in capit.1. de probatio.Barba.conſi.1.& 62. libro. 1. & tradit latius Didacus Perez in.l.3.titul.8.lib.3. ordina. verbo, *no pueda*. Sed quid ego Papam, Regeſve promiſſa ſeruare debere dico? etiã Deus ipſe optimus maximus, quod promiſerit ſeruare tenetur, vti ſcriptum reliquit Baldus in.l.1.in principio.ff. de pactis.& ſequitur illic Iaſ. nu. 1.& Decius conſil.689.volumi.1.
Matthæi capit. 9. Et probat illud Euangelij: quæ procedunt de labijs non faciam irrita, &? cælum & terra (inquit ille) tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Quamquam de Deo hanc agitare quæſtionem ſuperuacuum videtur & ocioſum, quid enim illud ſummũ bonum promiſit vnquam, quod non accumulatè reddiderit? *Fidelis Deus* (inquit propheta) *in verbis ſuis &*
Pſalmo 144. *ſanctus in operibus ſuis, vt notam faciat filijs hominum potentiam ſuam & gloriam magnificentiæ regni ſui*. Hãc item naturalem æquitatem ſacri Canones amplectentes æquè pacto † nudo actionem polli:entur 16
vt apparet ex cap.1.de pactis. nu. 4. iuxta interpretationem communem magiſq; probabilem, vt eſt videre apud Iaſonem in.l. iuriſgentium. §.ſed cum nulla. nu. 4.ff.de pactis. & noſtratem Oroſcium ibidem num. 11. & Fortunium in dicto cap.1. de pactis. & Couarru.in cap. Quanuis pactũ. 2.part.§.4.nu.13.& Didac. Perez in.l.3.titul.8.lib.3.ordin.gloſſa.1. Conuenit igitur ius noſtrum perinde ac Pontificiũ cum iure gentium iuxta quod omnis conſenſus obligationẽ parit.l.Stichum. §.naturalis. & l. in ijs. §. Imperator.ff.de ſolutio.l. cum amplius. ff.de regu.iuris.l.ſi ita ſtipulatur. §.ſupereſt.ff.de verb.ſignifi.Hoc autem quàm conſultiſsimè ſtatutum fuerit & re ipſa lucet, & ſignificauit quondam Ioannes Neruzanis in Sylua nuptiali libr. 4. nu.41. vbi ardenter deſiderabat, vt hoc lege rogaretur, quoniam foret, inquit, vt per hoc ceſſarent tot difficultates, quantæ alioqui ex illis verborum aucupijs in iure ſcaturire ſolent. Et reuera quã plurimæ ex hac lege exoleuere. Ná tametſi Iuſtinianus ſi multas vetuſtiſsimi iuris ambages, multoſque ſtipulationum ſcrupulos cor-

correxerit, vt in.l. ſcrupuloſam. C.de contrah. emptione. & in.l. 4.§.fin.ff.de recept. arbitris. multæ tamen adhuc remanſere. Has vero omnes difficultates quę hac conſultiſsima lege ſublatæ ſunt, ſi mihi perſequendi animus eſſet importunus meritòviderer, cum id infiniti penè eſſet operis, atq; non tam ingenij quàm operæ: doctrinæ tamen cauſa, & vt intelligi poſsit quantum lex noſtra vtilitatis attulerit, nonnulla ad quotidianum vſum cum primis attinentia breuiter, atque extremis (quod dicitur) digitis attingam. Principio igitur aliquas ex noſtrati lege illationes deducã, quibus monſtrauero quanta immutatio veteribus contigerit legibus. Rurſuſque ne ipſa penitus à iuris regulis defeciſſe videatur aliquot ei exceptiones ſubiungam. Moxque propoſitam initio quæſtionem abſoluam: quibus ſanè contractuum, ac præcipuè verborum obligationis materia ad hodiernum vſum belliſsimè iuxtaq; breuiſsimè elucidabitur. De illationibus igitur, ſeu veteris iuris correctionibus, quæ legis Regiæ ampliationes erunt.

Iuris communis correctiones, atque Regiæ legis ampliationes.

Prima ampliatio legis regiæ. PRimũ igitur ex hac noua noſtræ legis definitione infertur licet veteri iure (ciuili dico) pactum nudũ actionem non pareret, ſed duntaxat exceptionem.l. iuris gẽtium.§. igitur nudo.ff.de pactis.itaq; verborum † obligatio 17
ſola ſtipulatione contrahebatur, vt in principio.Inſt.de verb. obligat.&.l.1.§.ſtipulatio. ff.de verb. oblig.l.2.§.ſeptimus. C.de veteri iure enuclean. & ſuperius latius expoſitum eſt à nobis. Cæterùm noſtrati Regio iure pactum nudum nunc & actionem producit & exceptionem parat ex noua egregiaq; huius Regiæ legis deciſione. Nam vt Iuriſconſulti verba vſurpem *legitima cõuentio ea eſt quæ ex aliqua lege cõfirmatur, & ideo interdum ex pacto actio oritur vel tollitur quoties lege vel Senatuſconſulto adiuuatur*. l. legitima.ff.de pactis. vbi interpretes effuſe tractant de iſtiuſmodi pacto nudo, quod nũ primum lege aliqua cõfirmetur quæ per te ſi vacat iuuatq; perſpicere poteris. Hodie igitur verborũ obligatio abſq; ſtipulatione ſolo pacto nudo vel ſolo cõſenſu tenet, tantũq; hodie placitus cõſenſus ſeu pactũ nudũ efficit quantũ olim ſtipulatio, vt lex ipſa Regia demõſtrat & animaduertit Ant. Gomez in cõm.tom.2.c.9. nu.3. Sed quæ nam hæc erit obligatio? ciuilis ne an naturalis? Et vtraq; hodie ex pacto nudo oriri videtur ducto à iure Põtificio exẽplo, ſecundũ quod ex pacto nudo ciuilis & naturalis oritur obligatio, vt placuit Baldo in.c.1. de pactis.

& in.l.cũ quis. C.de iuris & facti igno.col.antepen. Id tamen ego nũc non diſputo: partim,quia id ad rem non multũ conducit partim,quia res eſt quę ab ſcriptoribus diuerſe trahitur, altioremq; indaginem,ac longiorem ſermonem expoſcit quàm noſtri inſtituti breuitas patiatur. Atque id propterea dicere itẽ omitto quæ nam hodie ex pacto nudo oriatur actio,an condictio ex lege an præſcriptis verbis, an potius incerti condictio vel ex ſtipulatione aliave: quàmquã ſi hoc,aut illud ſcire te iuuat de hoc legito Bart.in.l.prima.ff.de condict. ex lege Albericum & Iaſ.in dicta.l. legitima.ff.de pactis. de illo vero legito Fabrum in principio. Inſt. de obligationibus. Alexan. in.l. prima.§.primo.ff.de pactis. Claudium & Fortunium in.l. ex hoc iure.ff.de iuſtitia & iure. necnon eundem Bartol.in.l. ſi vnus.§.pactus ne peteret. ff. de pact.q.1.

Ampliatio 2. Deinde illud ex noſtrati lege Regia notandum erit. Quòd tametſi quãtum ad leges antiquas pertinet inter ſtipulationem, & pactum illud intereſſet,quòd per ſtipulationem ipſo iure tollebatur obligatio: † per pactum vero ope exceptionis tantũ. l. ſi vnus. §.pactus ne peteret. ff. de pactis. &.§.præterea.de except.&.§. primo.de replicationibus inſti. Hodie vero diuerſum erit, vt enim olim per ſtipulationem æquè etiam, & hodie per pactum ipſo iure tollitur obligatio : iamque nunc in pactis ſic ac in ſtipulationibus non factum, ſed ius verſatur.Id quod non obſcurè colligitur ex gloſſa in dicto.§.pactus ne peteret. verbo, in pactis. ſub finem:ait enim quoties pactũ producit obligationẽ : ipſo iure per contrarium pactum tolli: in eam que ſententiam conueniunt reliqui omnes, & probatur in dicta l.legitima.ff.de pactis.& in.l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolutionibus. nam vt Iuriſconſultus ſcribit. *Nihil tam naturale eſt quàm eo genere quodq; diſſolui quo colligatum eſt, ideoq; verborum obligatio verbis tollitur,nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur*. l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. cui connenit regula prima, de regulis iuris in decretalibus. Cur autem in ſtipulationibus ius, in pactis vero † factum olim verſaretur:res eſt quæ ab ſcriptoribus ſimul latè ſimulque diuerſe trahi ſolet, vt eſt videre apud gloſſam & reliquos in dicto. §. pactus ne peteret.Et Alciat.libr.primo Paradoxon capit. 21. Zazium in libro,qui inſcribitur de intellectibus ſingularibus.cap. 13. Coraſ.libro.2.Miſcell. cap.16. Charondã libr. 1.Veriſimilium. capit. quarto. Non propterea tamen erit ingratum ſi illis noſtram addiderimus ſententiam: fortaſsis enim, aut verius, aut certè planius rem alioqui

18

19

alioqui obſcurã explanabimus. Ego vero ita ſentio. Romanus populus partim ſuo proprio, id eſt, ciuili,partim communi omnium gentium iure vtebatur, vt in.§.primo.Inſtit.de iure gentiũ. *Ius autem ciuile* (Vlpiano autore) *eſt,quod neque in totum à naturali vel gentium recedit neque per omnia ei ſeruit:itaque cum aliquid additur vel detrahitur iuri communi,id eſt, naturali ius proprium, id eſt, ciuile efficitur*. l. ius ciuile.ff.de iuſti.& iure.Cum autem ius gentiũ (id eſt naturalis ratio)dictet, vt ſolo nudo pacto obligemur.l.1.ff.de pactis.Ius ciuile dum proſpicit ne homines nimia facilitate in obligationes temere inciderent ſtipulationum ſolennitatem introduxit, illique omnem vim ad obligandum arrogauit. Iuri itaque gentium detraxit ſanxitq;, vt pactũ ad agendum non valeret, ſed ad excipiẽdum tantum:ſicuti ex ſuperioribus ſatis ſuperque conſtat. Proin naturalis obligatio non eſt propriè obligatio,ſed abuſiuè textus in principio. Inſtit. de obligatio. & illic Eguinarius,& probat etiã l.fideiuſſor.§.fideiuſſor.ff.de fide

20 iuſſoribus. ſtipulatio ergo † iuris ciuilis eſt, pactum vero cum iuris ciuilis non ſit, imo quodam modo illi ius ciuile aduerſetur, vt res facti ſit neceſſe eſt l. conſilio.§.fi.ff.de curatore furioſo, ſtipulatio vero cum iuris ſit ipſo iure vim ſuam habet, atque proinde ſtipulatio per contrariam ſtipulationem ipſo iure perimitur, at pactum cum facti nõ iuris res ſit non ipſo iure effectum ſuum habet,ſed excipiendo tantum.§. præterea.Inſtituta, de exceptio. &.§. primo. de replicationibus. eodem volumine. Igitur, vt ad noſtrum ius Regium interpretationem accõmodemus, cum lex Regia antiquatis ſtipulationum ſolemnibus iuris gentium æquitatem amplexetur, iamque verborum obligatio, vt olim ſtipulando,ita hodie paciſcendo contrahatur,fit, vt iam in pactis perinde, ac in ſtipulationibus, ius non factum verſetur, atque, vt obligatio non ſolum naturalis, ſed etiam ciuilis,quæ pacto contrahitur contrario quoque pacto ipſo iure perimatur:quoniam,vt Iuriſcõſultus in dict. l. Stichum. §.naturalis. ff.de ſolutionib. ſcribit vinculum æquitatis quo ſolo ſuſtinetur,conuentionis æquitate diſſoluitur.

Ampliatio 3. Superiori autem rationi, & illud conueniens eſt dicere,quanuis veteri iure pactum de non petẽdo cum principali reo factum fideiuſſoribus non prodeſſet, ſi rurſus ab eodem debitore pactum de petendo † factum ſit, 21 vt expreſsim definitur in dicta l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Verum hodie cum prius pactum de non petendo ipſo iure obligationem perimat,

incipiet pactũ fideiussoribus prodesse omninoque liberabuntur, ex ratione illius legis Stichum. §. naturalis. ff. de solutionibus. Minimè itaq; eis nocebit si reus denuo paciscatur, vt ab eo peti possit, cum prior obligatio omnino extincta sit, atque ita semel acquisitam fideiussori exceptionẽ pacti, vlterius ei inuito extorqueri non potest. l. fin. ff. de pactis. semel enim extincta obligatio amplius reuiuiſci non potuit, vt Iurisconsultus inquit, in dicto. §. pactus ne peteret.

Ampliatio 4. Ex hac item nostrati Regia lege, & illud annotandũ erit, quanuis olim fideiussor non nisi stipulatione obligaretur, nõ pacto nudo, vt in. l. blanditus. C. de fideiuss. Verum hodie pacto nudo fideiussorem † obligari dicendum 22
est, sicuti placuit Gregorio Lopidi in. l. 6. titul. 12. Partì. quinta. & Padilla in. l. promissis. num. 5. C. de transact. & Villalobos in ærario litera A. nu. 21. Olanoque in concordia Iuris. litera F. nu. 40. Quibus magis accedo quàm Didaco Perez contrarium scribenti ad Seguram in. l. si filius. ff. de verbo. obliga. cuius opinionem, & vsu moribusq; explosam esse nemo est qui ignoret: nunquam enim hodie in obligando fideiussore stipulatione vtimur. Atqui ita Didacus ipse à se ipso desciscere videtur in. l. 3. titul. 8. libr. 3. ordina. glossa finali.

Præterea infertur, tametsi, qđ *Ampliatio 5.* ad veteres leges attinet, inutilis esset stipulatio cum quis stipulanti nutu non verbis respondisset, vt in. l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo. obligat. l. 2. tit. 11. Parti. 5. Verum hodie apud nos † qui ita annue- 23
rit obligabitur, cũ satis appareat eum obligãdi animum habuisse, consensus enim nutu satis ostenditur. l. si stipuler. §. fin. ff. de verbor. obligat. l. nutu. ff. de legat. 3. Nec me mouet quod Iurisconsultus in dicto. §. si quis ita. inquit, eo casu non modo ciuilem, sed ne naturalem quidem obligationem oriri. Id enim in causa est, quoniam qui ita nutu respondebat cum non ignoraret inutilem stipulationem esse, nec in pactũ consensum præstitisse videbatur, vt expressim, inquit Iurisconsultus in. l. an inutilis. ff. de acceptilatio. quæ sanè ratio hodie cessat cum solennitas illa stipulationis apud nos penitus exoleuerit. Secundum hæc igitur facilè intelligi potest, quid nos de muto sentiamus, licet enim olim † mutus 24
verbis obligari non poterat, vt in l. prima. §. finali. ff. de actionib. & obligationib. & l. 22. titul. 11. Partita quinta. At hodie rectè cum obligari dicendum est, si in id de quo interrogatus fuerit signis consentiat, nam & olim rectè paciscebatur, vt apparet ex. l. item quia. ff. de pactis. & hoc quidem etiã nostrates probãt interpretes.

Gregor. Lopides in. l. 2. titulo. 11. Parti. 5. Villalobos in Antinomia litera A. nu. 19. Olanus in cõcordia iuris, litera S. nu. 38. Mincha ca de succes. creat. lib. 3. §. 21.

Ampliatio 6. Propterea ex hac Regia lege illud inferre licet, quanuis veteri
25 iure stipulatio inter absentes † nõ valeret, etiam interueniẽte nuntio vel epistola. l. 1. §. primo. ff. de verbor. oblig. §. item verborum. Instit. de inutilibus stipulatio. l. 2. titul. 11. Parti. 5. Atqui hodie verborum obligatio, & inter absentes perinde ac inter præsentes valet tenetq;, sicuti nominatim ist hac Regia lege continetur. Inter absentes vero sic accipiendũ puto, non solum quando per nuntium, aut epistolam conuenerit, vt alias accipitur in. l. consensu. ff. de actio. & obliga. & in. §. primo. Instit. de oblig. ex consensu. Sed quomodocunque in absentia pactum fuerit modo obligandi appareat animus, hunc enim vnum dũtaxat eleuatis antiquis stipulationis ambagibus lex ipsa Regia desiderat quæ generaliter loquitur, atque generaliter est intelligenda, atque ita illam accipiendam esse scribit Anto. Gomez in comment. tomo. 2. capit. 4. nume. tertio. Cui magis accedo quàm Soloni de Paz contrarium scribenti quæstione 10. nume. 32. Hodie itaque literis bene obligamur, verumq; omnino est, quod Iurisconsultus scribit in. l.

figurã. ff. de actio. & obliga. non minus valere, quod scriptum est, quàm quod vocibus lingua figuratis significatum est.

Illud quoque rectè dicemus licet veteri iure emptę hæreditatis conueniri à creditoribus hæreditarijs non posset nisi in subsidiũ, idest, excusso prius debitore principali, etiam si expressim ea lege emerit, vt æs alienum soluere teneatur, vt extat definitum in. l. 2. C. de hæreditate vel actione vendita. Atqui hodie, qui hæreditatem ea lege emerit rectà à creditoribus conueniri poterit, cum pactum ab hærede factũ ex nostræ Regiæ legis decisione creditoribus hæreditarijs prodesse cœperit, id quod etiã ex bono & æquo secundum vetera iura sequendũ esse placuerat Boerio decisione 204. numero 42.

Illud quoque ex ista Regia le- *Ampliatio 7.* ge annotare possumus, tametsi, quod ad iura antiqua attinet: nõ obligetur is, qui stipulãti † aliter 26
respondeat quã interrogatus fuerit: quale fuerit: sime simpliciter interrogante tu sub conditione respondeas: vel si ad Kalendas stipuler, tu ad Idus daturũ promittas, vti latius expositum est in. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obligationibus. & in. §. præterea. Instit. de inutilibus stipula. l. 26. titul. 11. Parti. quinta. Atqui nostrati Regio iure ex eiusmodi responsione nos obligari

dicendum est cum eo pacto respondentes obligandi animum habuisse videamur. In qua sententia fuit etiam Anto. Gomez in comment. tomo. 2. cap. 9. nu. 4. Cuius sententiam magis probandā puto, quàm Gregorij contrarium scribentis in dicta l. 26. titul. 11. Parti. quinta.

Ampliatio 8. Sed & illud inferre nobis quoque licebit, tametsi veteri iure alteri stipulari possit nemo, præter quàm si seruus domino aut filius familias patri † stipuletur, vt in l. 27 stipulatio ista. ff. de verbo. obliga. §. alteri. Instit. de inutilibus stipula. l. certi cõdictio. §. quoniã igitur. ff. si certum petat. l. quæcunque. ff. de actio. & obligat. l. 7. & 8. titul. 11. Parti. quinta. Quinimo alter alteri emere, aut constituere poterat nemo. l. eum qui. §. itẽ si mihi. ff. de constit. pecu. l. fundus. ff. de contrahen. emptione. l. multum. C. si quis alteri vel sibi. Atqui secundũ hanc Regiam legem conuẽtio talis firmissima est, sicuti apertissimè lex ipsa Regia declarat, atque tantumdem existimo si paciscar, vt tertius det quarto, licet veteri iure aliud scripserat glo. in. l. 1. ff. de pactis. Acquiritur autem hoc casu directa actio illi tertio aduersus quẽ, id est, in cuius fauorem promissio facta fuit sine cessione. Bened. de Barzis de instrumento guarentigio. 2. par. quæst. 7. licet veteri iure personalis actio etiam per procuratorem acquisita non transiret in dominum sine cessione. l. possessio. §. etsi possessio. ff. de acquirenda possess. & tradit Anto. Massa ad formulam cameræ, quęstione 2. nume. 18. atque ita in simili specie tradit Alexander consil. 126. libr. 5. in fine. atque ex nostratibus probat Couarru. libr. 1. Variarum resolut. cap. 14. nu. 13. & Grego. Lopez ad illam legem octauam, titulo. 11. Parti. quinta. verbo, *le otorgue poder*. & Didacus Perez in. l. 3. titul. 8. libr. 3. ordina. verbo, *no pueda poner*. Baptista Villalobos in ærario litera A. num. 19. Ergo licet olim fideiussoris conuentio reo principali nõ prodesset, neque item cæteris confideiussoribus, vt in. l. fideiussoris. cum sequentib. ff. de pactis. Verum hodie talem cõuentionem valere dicendum est.

Secundum hæc igitur, & illud dicere debemus, tametsi secundum veteres leges pactio illa ne à me neve à Titio petatur, nihil Titio prodesset, vt in. l. si tibi. §. pactus. ff. de pactis. Porrò hodie & Titio ea pactio perinde ac mihi proderit. Tantundemque erit si quis sibi & Titio decem dare stipulatus sit: in hac enim specie obligationem, & in totum valere dicendum est, quanuis olim non tota decem, sed sola quinque stipulanti deberentur, vt in §. quòd si quis. Instit. de inutilibus stipula. l. si mihi & Titio. ff. de verborum obligat. l. vero procuratori. ff. de solutionibus. itaq; licet veteri iure in contractibus ius accrescendi locum non haberet, vt in dicta. l. si mihi. tradunt classici omnes. Verum hodie & 28 in contractibus † perinde ac in vltimis voluntatibus ius accrescendi locum habere dicendum est, sicuti expressim notat Guterius in repeti. l. vnicæ. C. quando non petentium partes. nume. 36. & declarat optimè Ant. Gomez in comment. tomo. 1. cap. 10. nume. primo. Iam ergo hodie exoletum est, quod veteribus statutũ erat legibus inutilem esse stipulationem, quum vnus ex socijs communi prędio seruitutem stipularetur, quia cum seruitus diuisionem non recipiat, ac alteri stipulari possit nemo, neque pro parte quidem stipulãtis promissor obligabatur, vt in. l. si vnus. ff. de seruit. rusticorum prædio. & in. l. proprium. ff. communia prædiorum. Hodie porrò vtilis erit talis stipulatio pactiovè, cum secundum nostratem legem Regiam alteri stipulari † & paciscì 29 possit alter.

Ampliatio 9. Rursus ex nostræ legis decisione deducitur, quanuis, quod ad iura antiqua attinet, facti alieni promissio non valeret, vt in. l. stipulatio. in principio. ff. de verborum obligationibus. &. §. si quis alium. Instit. de inutilibus stipula. l. 11. titul. 11. Parti. quinta. Nunc vero ex hac Regia decisione conuentio talis promittentem † omnino obligauit, sicuti expressim 30 lex ipsa Regia declarat. Minus autẽ minusq; mihi placet, quod Gregorius Lopides doctissimus alioqui vir scribit in dicta. l. vndecima. glossa. 1. cum quis ita factum alienum promittat, promisisse intelligendum se facturum, & curaturum, vt alter pro quo promisit faceret. Hæc enim interpretatio manifesto legis Regiæ verbis repugnat, quæ euidentissimè significat, qui ita factum alienum promittit omnino obligari factumque alienũ illum præstare debere. Porrò cum quis tantummodo promittit facturum, & curaturum, vt alius faciat, non semper obligabitur si omnem, quoad vsque possit, diligentiam adhibuerit, vt faciat ille pro quo promisit sicuti, idem Gregorius declarat eadem lege, & latius Couarruuias in capit. Quanuis pactum 2. parte. §. quinto.

Ad hæc illud nostræ Regiæ legis decisioni congruum est, vt dicamus: licet olim incertitudo vitiaret † obligationem, vt in. l. tri- 31 ticum. & l. qui insulam. ff. de verbor. obliga. verum hodie vitium non afferet, sed si de animo obligandi constet, arbitrio boni viri incertitudo declarãda erit, iuxta ea quæ affert Panormit. in capit. ex parte. de censibus. & Afflict. decis. Neapol. 337. nu. 10. *Ampliatio 10.*

Ampliatio 11. Subinfertur vlterius tametsi veteri iure in permutatione, & cæteris contractibus innominatis locus esset pœnitentiæ re integra, vt in.l.si pecuniam.ff.de conditio.ob causam. l. 1. ff.de rerum permut.l.iurisgentium. ff.de pa-
32 ctis. Porrò hodie iuxta † huius Regiæ legis decisionem dicendũ est non esse locum pœnitentiæ, sed si alter ex contrahentibus paratus sit ex parte sua placitis parere actionem habebit, vt aduersarius placitis stare omnino compellatur. Hoc autem ita probatur. Vetera iura, ita in contractibus innominatis pœnitentiæ locum dabant, modo cõuentio nõ esset stipulatiõe firmata: ibi enim altero inuito alter conuentus resilire nequibat, vt est textus apertus in.l.ex placito. C.de rer.permut.& in.l.3.tit.6. Parti.5.Cæterũ apud nos ex huius Regiæ legis decisione, pactum nudum hodie non minus valet quàm olim stipulatio, sed eundem habet effectum, vt lex ipsa Regia satis ostẽdit, & scribit Ant.Gom.in cõm. tomo 2.cap.9.Ergo neque hodie apud nos in contractibus innominatis pœnitentiæ locus dabitur. Qua quidem ratione ductus idem & secundum pontificia iura probandum esse respõdit Alexan.consil.16.volumi.2. & ex nostratibus hanc nostrã probat opinionem Anto. Gomez in.l. 40. Tauri.num.32. & rursus in comment.tomo.2. cap.8.nume. 4. & Gregor.Lopides in dicta.l. 3. tit. 6.Parti.5. & Fortunius Garcia in cap.1.de pactis.num.30.& Didacus Perez in.l.3.titul.8.lib.3.ordina. quibus magis accedo quàm Mincha. & Padillæ contrarium scribentibus, ille in tracta.de succesio.creatione.lib.2.§.12. num. 64.hic in.l.naturalis.nu.19. ff.de præscriptis verbis.

Amplius ex huius legis decisione colligere licet, tametsi olim pollicitatio obligationẽ non produceret † nisi modo fieret reipu 33
blicæ vel religiosis locis, aut piæ causæ, vt in.l.1. ff. de pollicita. & explicat accuratè Ias. in Rubric. ff.de verb.oblig. num. 7. verum hodie diuersum esse. Quinimo hodie pollicitatio nulli non cuius gratia facta fuerit, & obligationem pariet & actionem producet: hoc enim nõ semel lex Regia significare videtur, tum cum ait: *Por promission, o contracto, o otra qualquier manera*: quæ quidẽ verba latissimè patent & omnẽ omnino obligandi animum complectuntur, tum cum inter absentes obligationem valere decernit, & postremo cũ obligari nos ait, quoquo modo obligandi animũ habuisse appareat. Hanc vero opinionem amplectitur Gregor. Lopides in.l.1.titul.11. Parti. 5. & Ant. Gomez in comment. tomo 2.capit. 8. & 9. & Didacus Perez in.l.3.tit.de las exceptio.libro.3.antiqui.ordin.& his annumerare etiam possumus Couar. in cap.quanuis pactum. 2. parte. §.4.num.15.quanquàm enim sub dubius & nutans, hanc tamen in partem magis inclinare videtur. Et in hanc sententiam ego sanè procliuior sum, cum legis Regiæ verba illi propensius suffragẽtur. Neque est verendum, ne temere legum correctioni indulgeamus cum lex ipsa apertè veterũ legũ correctionem inducat, legis ergo definitioni repugnare qui possumus.l.prospexit.ff.qui & à quibus in liberta. proclamare licet. Pollicitatio autem à pacto quem admodũ disterminetur, diximus in huius capitis principio. Cum autem ex pollicitatione actionẽ, secundum nostratem legem pol-
34 liceamur, multo † magis in voto & iureiurando, idem probãdum erit cum vetera iura id non semper respuant, vt est videre de voto in.l.2.ff.de pollicit. & in ca. 1. & sequen.de voto, & de iureiurãdo.in.l.vt iusiurandi.ff.de operis liber. & in.l.fin.ff. de liberali causa, & cap.ex rescripto.de iure iur.tradit Bartol. in. l. si quis pro eo.ff.de fideiuss. Nõ me quidem latet non defuisse ex nostratibus qui putarent etiam ex pollicitatione hodie actionem non oriri, in quibus fuit Castel.in.l.22. Tauri.nume.3. & Gomez Arias in.l. 20. eiusdem voluminis num. 12. & Oroscius in.l.iurisgentium.§. nuda.ad finẽ.ff.de pactis, & alij quos refert Dida. Perez in dict.l. 3.titul.8.lib.3. ordin. ducti ex eo potissimum, quòd & iure Pontificio, licet ex pacto nudo detur actio: non tamen datur ex pollicitatione, secundum Alcia. in Rubri.ff.de verb.obligat.num. 7.& Couarru.loco modo citato. Verum superior multo mihi verior videtur opinio cũ lex Regia apertissimè hãc definiat quæstionem, aut certè apertius quã ius Pontificium, vt non rectè ex illo ad ius nostrum arguere valeamus.

Itidem secundum nostratis legis definitionem probandum est *Ampliatio 13.* tametsi secundum veteres leges, contractus qui consensu perficiũtur non aliter inter absentes vim haberent quàm per nuntium aut epistolam, vt in.l.consensu.ff. de actio.& obligat.§.1.de obliga. ex consensu.l.1.ff.de cõtrah. empt. l.4.titul.4.&.l.8. tit. 5. partita.5. Itaque donatio in absentia facta reuocari poterat ante donatarij acceptationem, sicuti vt cæteros omittã tradit Balbus de præscri. 4.part. §. 3. & Boerius decis.353. num.3.Couarru.in Rubric.de testa.3.part.num.12.versic.4. & effusius Iulius Clarus lib.4.Sententiarum.§.12. &. §. 13. & Emanuel Suarez in Thesauro receptarum sententiarum verbo.donatio. At qui hodie id genus contractus in absentia facti † etiam non inter- 35
ueniente nuntio aut epistola rati

erunt, non aliter atque si à præsentibus coram percuterentur: hoc enim euidentissime non semel lex Regia demonstrat, cum illis primoribus verbis. *Pareciendo que alguno se quiso obligar a otro por promission, o por algun contracto, o en otra manera.* Tũ illis paulò pòst sequentibus. *No pueda poner excepcion que fue hecho el contracto, o obligacion entre absentes.* Loquitur ergo lex non solum in verborum obligatione, sed etiam in contractu omnique alia conuentione, itaque in hoc antiqua iura antiquare intendit, & quomodocunque contractus in absentia fiat † 36 tenere voluit: alioqui, nihil quod ad cõtractus attinet immutaret. Valet igitur hodie donatio in absentia facta, etsi nuntius vel epistola non interuenerint, ita vt reuocare eã donator, nequeat etiã anteaquàm donatarius eam ratã habeat seu acceptauerit. In qua sententia fuit Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus. quæstio. 8. num. 7. & Couarru. in Rubrica de testamentis, 3. par. num. 14. & lib. 1. Variarum. cap. 14. nu. 3. & Didacus Perez in l. 3. titul. 8. lib. 3. Ordina. Quanquàm nõ desunt qui contrarię adstipulentur sententiæ, in quibus fuit Gregorius Lopides in l. 4. titul. 4. par. 5. & Doctor Molina de primogenitis lib. 4. num. 58. & Saló de Paz quæst. 10. num. 23. & Villalobos in antinomia iuris. cap. 1. nu. 26.

& Olanus in concordia iuris litera D. num. 45. vtétes eam in rem quibusdam iuris communis argumentis, quæ tamen Regiæ legis verbis minimè satisfaciunt. Nam quod aiunt donationẽ prius contractum nõ esse, nihil ad rem pertinet cum lex Regia non solum contractum, sed omnem in vniuersum conuentionem cõprehendat. Et denique cum ex pollicitatione, obligationem nasci supra probauerimus, & ipse quoque probet Gregorius, multo magis ex donatione actionem nasci dicendum est, cum donationis maiorem esse vim dubitet nemo: siquidẽ pollicitatio futurũ, donatio præsentem præsefert effectum, vt in principio monstrauimus. Et dubitat quidem nemo ante donatarij acceptationẽ ius plenum illi non quæri. Cæterùm non id propterea sequitur donatorem reuocare donationem ante donatarij acceptationem posse. Quinimò contrarium in non dissimili specie definit Romanus Pontifex in cap. si tibi absenti. de præbend. in. 6. falsum est etiam eum qui ita in absentia donat donandi animum non habere, donec donatarius certior factus fuerit ex l. qui absenti. ff. de acquir. possess. Nam ille textus de amittenda possessione loquitur, quæres ab obligationis causa diuersa est. l. 1. §. ex pluribus. &. l. prædia. & l. permisceri. ff. de acquirend. possess.

possess. Postremo, vt est apud Imperatorem in l. si quis argẽtum. §. fin. C. de donatio. *Cum in arbitrio cuiusque sit hoc facere, quod instituit, oportet eum vel minime ad hoc prosilire, vel cum ad hoc venire properauerit non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare.*

Ampliatio 14. Super hæc ex huius legis decisione dicendum est iam tandem finem impositum esse veteri illi controuersiæ, an is qui donando modum aut pactum in tertij fauorẽ adiecerat, possit, postea pœ-
37 nitendo † pactum illud, seu modum reuocare. In qua quidẽ quę stione ita vtriusq; iuris interpretes varij fuere, vt in duas veluti factiones partiti sint omnes, vt est videre cum apud alios tum apud Couar. libr. 1. Varia. cap. 14. nu. 7. & Anto. Gomez in l. 40. Tauri, nu. 29. Dueñam regu. 226. Huius autem simultatis principes fuere Bartol. & Paul. de Castro in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obliga. adeo vero ea in re parum secum Doctores consentiunt, vt si diuis placet non desint, qui vtramq; opinionem & communem & magis cõmunem testentur. Bartoli enim opinionem cõmunem imo magis communem esse fidem faciũt. Socinus nu. 16. & Ias. nu. 14. in dict. §. Flauius. & Ant. Gomez loco modo citato. Pauli vero opinionem communem etiam esse affirmat Guiliel. Bened. in cap. Raynũtius. verbo, si absque liberis. nu. 23. & Suarez allegatione 19. magis etiam communẽ testatur Dueñas regu. 226. & Olanus in concordia iuris litera D. nu. 44. Bartolus autẽ reuocari posse pactũ, ait: Paulus vero negat. Porrò hodie ex huius consultissimæ legis definitione dicẽdũ est cõtrouersiã illam iam cessasse, & absque dubio probandũ esse pactũ in fauorem tertij adiectum à donatore reuocari non posse, quę Pauli de Castro fuit opinio. Siquidem inter ipsos autores communiter conuenit, si tertius ille in cuius fauorem pactũ adijcitur, aut notarius eius nomine pactum illud in stipulationẽ deduxerit, prorsus irreuocabile fieri, vt est videre apud Alexã. & Ias. in dicto. §. Flauius, & Andreã ab Exea in Rubrica. ff. de pactis. nu. 177. & testatur communem opinionem Couarr. libr. 1. Varia. cap. 14. num. 11. Ergo cum hodie apud nos pactum nudum, atque adeo pollicitatio stipulationis effectum sortita sit, iuxta huius Regiæ legis decisionem: consequẽs est dicere donatorem non posse reuocare pactum illud in tertij fauorem adiectũ, non magis quã si tertius ille, aut alius eius nomine stipulatus esset. l. vero procuratori. §. primo. ff. de solutio. Et ita quidem ex isthac Regia decisione in hanc partem obfirmatur maximè Anto. Gomez in dicta. l. 40. Tauri, num. 32. & Didacus

n.113.titul.8. lib. 3. or- illalobos in antinomia n. 26. & sequitur etiam ulus, Olanus in concor- litera D.num.43. & lite um.39. & merito quidē: nā lex Regia expressim abrogare voluit, veteres leges quę rebus in absentia contrahendis impedimento erant, quid illas rogo voluisse credendum est de doctorū opinionibus, quæ idem incertis machinantur argumentis?

Ampliatio 15. Illud quoque Regiæ legis definitionem sequentes probādum est, quanuis veteri iure fideiussor in aliam rem, aliamve obligationem quàm principalis reus obligari non valeat, quantumuis illius non durior fieret conditio, vt puta verbi causa. Si cū Titius
38 centum aureos dare † promiserit, ego ita caueam, Titius si tibi centum aureos non dederit ego centum modios tritici fide mea esse iubeo inutilis enim erat talis fideiussio, etsi tritici pretium non pluris constaret, quàm pecunia debita. l. Græcè. §. fiquis Stichum. &. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiusso. quarum interpretationem accuratè tractat Pinellus in Rubrica. C. de rescindenda venditione. 1. part. capite tertio. numero. 18. Attamen hodie nihil prohibet talem fideiussoris obligationem firmam, ratamque fore: cum constet fideiussorē obligandi habuisse animum, quem vnum in obligando lex ipsa Regia desiderat. Me dutē, & in hanc sententiam vehemēter impellit, quod de constituta pecunia legimus aliud pro alio rectè cōstitui posse. l. 1. §. an possit. ff. de const. pecun. & hoc quidem quando fideiussor in non duriorem causam obligatur: nam si in durioré causam fideiuberet, diuersa res esset: proinde de ea in limitationibus agendum nobis est.

Postremò ex huius Regiæ legis egregia nouissimaque decisione dicendum est, non habere hodie locum, quod definitū erat olim in authen. si quando. C. de constituta pecunia, si quis ita spō deat, satisfiet tibi à me, & ab illo, & illo nominatis illis non cōsentientibus † eū qui promisit tan- 39
tū pro rata teneri: eius enim rei ea erat ratio, vt illic Accursius & reliqui tradunt, quia alienum factum promittere, quis non poterat: quæ sanè ratio hodie apud nos cessat. Nunc ergo in solidum sic promittentem teneri magis dicendum est, non secus ac teneri, respondit Imperator quando sic promisit fiet tibi satis aut à me aut ab illo, aut illo: cū enim vtroque casu obligandi animus appareat ex æquo vtroque casu in solidum eum obligari ex nostræ legis decisione dicendū est: id quod cōfirmat etiā satis quod tradit Iurisconsultus in. l. his verbis. ff. de duobus reis.

Limita-

Limitationes seu exceptiones ad legem Regiam.

HActenus de illationib⁹ seu ampliationibus legis Regię dictum est: nunc de exceptionibus, seu limitationibus agamus, & in quibus cum veteri iure conueniat.

Limitatio. 1. Primum igitur lex isthæc Regia locum non habebit quando consensus ad obligandum defuerit: animum enim obligandi expressim lex ipsa requirit. Animo igitur obligandi deficiente nulla
40 orietur obligatio: † tale fuerit si quis per iocū quid pollicitus fuerit. l. obligationum substantia. §. fin. ff. de actio. & oblig. Idemque iuris erit, si quis per errorem promiserit: errātis enim nulla est voluntas, nihilque est tam contrarium voluntati quàm error. l. si per erroré. ff. de iurisdict. omn. iud. l. cuius per errorem. ff. de regul. iuris. l. fin. ff. de const. pecu.

Limitatio. 2. Deinde nec lex Regia ad simplex dictum referenda est: nemo enim ex simplici dicto obligatur veluti siquis inter confabulandū dixerit. Dare habeo Titio amico meo cētum, aut dignus est Seius vt illi ob hoc beneficium cētum
41 dem, aliaque † id genus quæ in communi sermone accidere sæpè solent. l. sciendum. ff. de edilitio edicto. gloss. in. §. fin. Inst. mādati verbo *mercede* simplex vero dictum quid sit, diximus in principio huius capitis. num. 10. Quinimo in re dubia donatio non præsumitur, nisi alia argumenta id suadeant. l. cum de indebito. ff. de proba. glossa in. l. si ego. ff. ad Velleia. Bart. in. l. quæ dotis. ff. soluto matrimo. num. 7. Tiraquel. in. l. si vnquàm. verbo donatione largitus. C. de reuocandis donatio. Atque quando alia coniectura capi. potest, † nunquàm 42
est capienda coniectura donationis Bald. in. l. vltima col. 3. C. de dotis promiss. Adeo quidem vt potius præsumatur stultitia quā donatio, autore eodem Bal. in. l. generaliter. 4. oppositione de nō numerata pecunia. Boerius decis. 23. num. 63. Vnde apparet verum esse quod existimauit glossa in. l. cum quid. verbo, pro cauto. ff. si certum petatur. si dicam Titio tolle pecuniam istam quam præsentem habeam, in dubio intelligendum esse potius mutuo dare me velle aut deponere, quā donare, quam quidē præter classicos, ibidem & communem, & singularem prædicat Palat. Rub. in repetitione Rubri. de donationes inter. §. vndecimo. num. 1. His adde quòd licet ex diuturna præstatione præsumatur allegatus titulus, licet nō probetur iuxta. l. cū de in rem verso de vsuris, & quæ latè affert Balbus, de præscriptio. 5. parte. quæst. 10. & recētiores. in. l. si certis annis. C. de pactis. verum id nō procedit, si pro

titulo

titulo donatio allegetur, quia nō præſumetur ex diuturna præſtatione donationis titulus niſi probetur: ſicuti belliſsimè ſcribit Baldus in l. fin. C. ne ex delictis defunct. & Iaſ. in l. ſi certis annis. in fine. C. de pactis. proinde circunſpecte legendus erit Couarr. qui contrarium ſcriptum reliquit libro. 1. Variarum cap. 17. nume. 11. quod hic quidem notandum duxi, ne doctiſsimi alioqui viri autoritas quenquam in errorem induceret.

Limitatio. 3. Sed & his conſequens eſt dicere promiſsionem à pupillo factā non valere, quia ij non habent, nec velle, neque nolle, neque animi quidem perfectum iudicium habēt. l. pupillus, neque velle neque nolle. ff. de regul. iuris. §. pupillus. Inſtit. de inutilibus ſtipula. §. ſecundo. Inſtit. quibus non
43 eſt permiſſum † facere teſtamentum. Ex quo probare minimè poſſum, quod Gregorius Lopides doctiſsimus alioqui vir ſcribit in l. 4. titu. 11. Parti. 5. Poſſe pupillum per contractum, ſeu donationem inter viuos facere maioratum in eum qui ſibi ſucceſſurus eſt: rectiuſque in ea re ſentire ſentio Dominum Molinam lib. 2. de primoge. capit. 9. nu. 10. Paruiſque refert, quòd conditionem ſuam meliorem pupillus facere poſsit, vt in principio. Inſt. de autorita. tutorum. quod vnum Gregorij fundamentum fuit, nam id

cò pertinet, vt ipſe alium obligare queat nō vt ipſe quoquo modo obligetur, vt in. §. ſed neque. Inſtit. de autorit. tutorū. niſi fortè teſtamētum eum facere poſſe probamus; cum nos hæredē habere vtile ſit. §. primo. Inſt. de hæredum qual. & differentia, quod falſum adeo eſt †, vt receptum ſit 44
non poſſe principē (ne quid amplius dicatur) hanc teſtandi facultatem pupillo concedere. Iaſ. in l. reſcripta. C. ſi contra ius vel vtilit. publicam. nu. 10. Suarez allegatione 12. verſic. 8. certiſsimum eſt, etiam non poſſe pupillum donationem cauſa mortis, vel inter viuos facere, vt declarat Iuriſconſul. in l. 1. ff. de tutelis. & rationibus diſtrah. Bart. & Alexan. in l. qui iuraſſe. ff. de iureiuran. Quid multis? cum ne rex ipſe quidem ſi pupillus ſit facere teſtamētum poſsit ſecundum Baldum in Rubrica de cohabitatione clericorum & mulierum.

Inſuper neque ad verba officioſa, ſeu vrbanitatis legem hanc *Limitatio. 4.* ſpectare dicēdū eſt: ſi quis enim officij cauſa vel omnia ſua bona aut montes † aureos, vt fieri aſſo- 45
let polliceatur, nullo modo obligabitur. cap. cum veniſſent. de inſtitutio. & illic Abb. & reliqui. Boerius deciſi. 153. nu. 37.

Æquè etiam probandum erit *Limitatio. 5.* hanc Regiam legem non procedere quando pacto conuento impoſsibilis fuerit adiecta cōditio, vt

vt ecce ſi promittas centū Titio ſi eę̨lū digito tetigerit: etenim nō ſolum ſtipulationi, ſed & cæteris
46 contractibus impoſsibilis † conditio vitium affert. l. non ſolum. ff. de actio. & oblig. §. impoſsibilis inſt. de inutilibus ſtipula. l. 17. titul. 11. part. 5. quod quidem & ſecundum hanc nouiſsimam legē Regiam admittendum eſſe videtur cum ea paciſcentis cōſenſum expoſcat. At ij qui ita contrahūt minimè voluntatem ſe obligandi habere videntur, imò nihil agere intelliguntur adiecta ea condi tione, quam ſciunt impoſsibilem eſſe, vt Iuriſconſultus ipſe declarat in dicta. l. nō ſolū. ff. de actio. & obligat.

Limitatio. 6. Sed neque hæc lex Regia locum habere dicendum eſt quando cōuenit inter partes, vt in ſcri
47 ptis contractus fieret: † nā anteaquàm ſcriptura fiat vnicuique ex cōtrahentibus pœnitere licebit, vt in. §. 1. inſt. de empt. & vendit. & l. contractus. C. de fide inſtru. Et ita hanc legem limitandā ſcribit Didacus Perez iſthic, & veriſsima mihi illius videtur opinio: ſiquidem ita contrahentes nō videntur habere animum obligandi ſe, anteaquàm ſcriptura fiat. vt tradit Mincha. controuerſ. c. 28. num. 21. libr. 1. Quando vero contractus intelligendus ſit in ſcriptis fieri, difficilis inter ſcriptores pugna eſt. vt refert gloſſ. in dict. §. 1. de empt. & vend. verbo ſcriptura, & in dict. l. contractus: nā Ioanni tum contrahi placuit in ſcriptis cum conuenit inter contrahentes, vt inde ſcriptura fieret, & alioqui contractus non valeret: cuius opinionem affirmat communem Socinus conſil. 173. libr. 2. & alij quos referunt Minchaca, & Didacus Perez locis ſuperioribus. Placentinus vero, & Azo exiſtimarunt ſemper in ſcriptis cōtrahi quoquomodo in cōtrahendo de conficienda ſcriptura, mentio habita fuit, etiā ſi non fuerit adiectum vt inde ſcriptura fieret, & hāc ſcribit communem Salycetus in Authē. ſed nouo iure. num. 5. C. ſi cert. petat. & Iaſ. in. §. item ſiquis poſtulante. num. 87 inſt. de actio. & hæc indubitanter ſequēda nobis eſt opinio, † quoniam expreſsim appro 48
batur in l. 6. titulo. 5. part. 5. quam ad id dicit notabilem Gregorius ibidem, & Couarru. in cap. Relatum. 1. nume. 9. de teſta. & Didacus Perez in dicta. l. ordina. Erit tamen lex illa Pattitę, atque Azonis, & Placentini opinio limitanda quando ex coniecturis conſtaret voluiſſe partes, vt valeret ſtatim contractus: nam tum etſi de ſcriptura conficienda mentio habita fuerit, ſtatim erit perfectus contractus, ſicuti placuit Aretino conſil. 159. & 340. & Decio cō ſilio. 340. & Gregorio Lopidi in dicta lege ſexta, & Didaco Perez in lege Ordinamenti: erit autem

huius

huius rei exemplum si vel venditor possessionem rei venditæ tradiderit emptori, vel emptor pretium vēditori soluerit, nam tum statim videntur cōtrahentes perficere voluisse cōtractum, etsi de scriptura mētionem fecerint, vt est argumēto.l.Labeo.ff. de pact. &.l.Iulianus.§.offerri.ff.de actionibus empti. tradit Decius dicto consil.340.Et hæc fac non obliui scaris:nam vsui tibi sępè erunt cū ad multas quæstiones tum ad illā quando nouem dies retractus rei familiaris computandi sint:atque ad illam vtri publicano vectigal debeatur,& ad alia deniq; quàm plurima,quæ in vsum quotidie venire solēt, id quod etiam rectè animaduertit Anton. Gomez in Commen.tomo.2. ca.2.num.17.

Limitatio.7. Est præterea hæc Regia lex accipienda,quando res vel persona idonea fuerit vt obligari valeat, non vero pertinet ad res vel personas quæ veteri † iure in obligationem deduci non poterāt:nam lex generaliter loquens de personis habilibus, & rebus aliàs idoneis intelligenda est.Bartol. & reliqui in.l.1.§.nuntiatio. ff. de noui operis nunt.& in.l.1. C. de sacrosanct.eccl. Angel.in.§.1. inst. de iure naturali gentium,& ciuili.Ergo seruus nec hodie obligabitur.l.serui. &.l. obligari. ff. de actio.& obliga. Item nec minor curatorem habens nisi curatore autore pacisca tur.l.minor curato

49

rem habens.C.de in integ.restit. mino.l.4.titul.11.part.5.nec vxor apud nos si iniussu mariti contrahat.l.1.& 2.titul.3.lib. 5. Recopil. Filius familias vero quemadmodum obligetur,vide.l. filiusfamilias.ff.de actio.& oblig.&.l. tam ex contractibus. ff. de iudicijs.l. 2.ff.de contrahend.emptione.& l.22.titul.11.lib.5.Recopil. quæ vt noua ita quoque singularis est. Igitur siquis rem † sacram aut religiosam aut publicam,siue quæ in rerum natura nō sit, promittat non obligabitur.§.1.& 2.Instit.de inutilibus stipula.l.21.& 22. titul. 11.part.5.Quæ quidem manifestū præstant argumentum non obligari eum qui rem maioratus præstare promittat † adeo vt ne æstimatio quidē debeatur, quia earū rerum commerciū iniussu principis nō est,sicuti in legato respō dit Iurisconsul.in.l.apud Iulianum. nu.40.§.fin.ff. deleg.1. quam ad stipulationem quoque pertinere scribit Faber in dicto.§.2. Inst.de inutilibus stipul.& glossa.& reliqui in.l.multū interest.ff. de verbo.oblig.probat.l.10. & illic Gregorius titul.9.part.6.Idque rationem habet: nam si res quæ in cōmuni commercio iniussu principis non sunt legari non possunt, multo minus in stipulationē deduci poterunt,cum in legatis plenior quā in stipulationibus fiat interpretatio.l.in testamentis.ff.de regul.iuris.C.dilecti.de donatio.

50

51

Non

Non tamen idē erit si res dotalis emphyteoseos aut minoris pmittatur,sicuti tradūt Bart.Ias.& reliqui classici in.d.l.apud Iulianū. §.hn. apud quos in prōptu est diuersitatis exquirere rationem.

Limitatio 8. Et in summa (vt multa paucis complectamur) generaliter probandum est, omnes exceptiones quæ olim admittebantur aduersus stipulationem, atque pactum quæ iure renebant † eas omnes etiam num aduersus pactum, seu verborum obligationem hodiernam admissum iri,veluti illas vis aut metus dolive, aut quod contra legem, aut publicam vtilitatē fiat.Etenim legis Regiæ mens illa fuit, vt antiquare vellet leges antiquas quæ obligationibus ex consensu contrahendis impedimento erant,non illas quę aduersus stipulationem, aut pacta valida iustis de causis exceptiones dabant,alioqui à naturali simulque ciuili ratione abhorrēs lex esset? & ita iuris Pontificij decreta quibus pactis nudis vires arrogantur interpretanda esse tradunt autores,vt est videre apud Iasonem in.l.iuris gentium.§.quinimo. ff. de pactis. Fortun. & Abexea in cap.1. de pact. Quod igitur olim prætoris continebatur edicto. *Pacta conuenta quæ neque dolo malo neque aduersus leges, plebiscita, Senatusconsulta, edicta, decreta principum, nec aduersus bonos mores, nec quo fraus cuique eorum fiat, facta erunt seruabo.* vt habetur in.l. iuris gentium. §. prætor. ff. de pactis. & l. pacta quę contra. C. de pactis. & hodie quoque locum habere dicendū est.

52

Superioribus ergo consequēs est dicere, sicuti olim fideiussor in duriorem causam † quam principalis reus obligari nō poterat, vt in.l. Græcè.§.illud.&.l. hi qui. ff.de fideiuss.l.7.tit.12.Parti.5. sic etiam hodie non pluris obligari eū:eius enim rei ea est ratio quoniam fideiusio accessio est principalis obligationis,nō plus vero esse in accessione pōt quā in principali,vt docet Iustinia.in.§.fideiussoris.Inst. de fideiuss.quā rationem, & hodie locum habere fatendum est, & ita omnes nostrates sentiunt autores,excepto Villalobos in antinomia Iuris ca.1. nu.23.& Olano in concordia litera F.nu.29.Si tamen fideiusioni iusiurandū accesserit diuersa res est,nam eo casu omnino obligabitur fideiussor etiam si plus promittat quàm principalis. Abb.& Alciat.in.c.cū contingat.de iure iur. & testatur cōem Couar.in.c. quāuispactū.2.par.§.6.cōcl.14.& quāquā Minch.cōtr.illustr.c.40. nu.7.cōi refragetur opinioni ego magis eā sequēdā puto:quia iuramento semp ineſt clausula, vt res valeat meliori modo quo possit. l.cū pater.§. filijs matrē.ff.de leg. 2.Bartol.& reliqui.in.l.1.§.si quis ita.ff.de verb.oblig. quā quidem rationē ad eā rem reddit Marcus

Limitatio.9.

53

D Anto.

Ant. de virtute iuramenti, nu. 1.

Limitatio 10.

Ad extremũ & illud quoq; dici potest: si quis in respondendo impersonali verbo vtatur nõ obligari † eum, vt puta si dixerit, satisfiet tibi, vel bene se res habebit, aliudve quid simile vt habetur in Auth. si quãdo. C. de cõstit. pecunia, vbi Bald. luculenter rẽ explicat. habemus, & apud nos eiusdẽ rei textũ in. l. 2. & 3. tit. 11. Parti. 5. vbi Grego. etiã nõnihil attingit.

54

Principalis quæstionis decisio.

His igitur tam latè ad legis Regiæ interpretationẽ materiæ vtilitate suadente repetitis, ad propositam initio quæstionẽ descendamus. Videamus itaque an hodie nostrati iure Regio pactum non existente causa factũ valeat: quotidiana enim res est. Principio tamen ne, quæ citra dubitationem sunt in discrimen vocemus illud vos admonitos esse velim nos hic non quærere de donatione: nãq; in donatiõe nulla † necessaria est causa. l. donari. ff. de dona. c. 1. de dona. l. in summa. ff. de cõdict. in debiti. l. si maiores. C. de trãsact. nam vt Iurisconsultus in. l. 1. ff. de donat. inquit, non aliam ob causam quis donat, quàm vt liberalitatem, & munificentiã exerceat. Nec item loquimur de cautione priuata siue chirographo, nam in eo necessum est causa exprimatur, alioqui si cautio indistinctè loquatur, tenetur is in cuius fauorẽ exposita est, probare debitum quod in cautione continetur, vt in. l. cum de indebito. ad finem. ff. de probatio. l. generaliter. C. de non nume. pecun. cap. si cautio. de fide instrum. l. 119. titul. 28. Parti. 3. Neque rursum quærimus de contractibus, qui re vel cõsensu contrahuntur, ij enim, vt Baldus acutè inquit, in dicta. l. generaliter secũ causam trahunt suiq; ipsi sua causa sunt. Neque quoq; agimus de pollicitatione, nã hæc vt vires habeat, necesse est intercedat causa quę in reipublicæ vtilitatem cedat. l. 1. ff. de pollicita. Quid ergo? Tantummodo quæstio nostra versatur circa verborũ obligationem, idest, an olim stipulatio, & hodie apud nos pactũ sine causa, id est, non existente causa factum valeat? In qua quæstione Doctores triplici modo distinguũt. Aut stipulatio (aiunt) facta fuit ob aliquam causam quã contrahentes putabant inesse, & non inerat, aut si inerat, vel secuta non est, aut finita fuit, & eo casu licet stipulatio valeat, repellitur tamen stipulator exceptione doli: quia nempe dolo agere videatur petens ab eo qui per errorem falsa causa ductus promiserat. l. 2. §. circa. ff. de doli except. Aut vero promissor sciebat causam ob quã obligatur nõ subesse, atque sciens falsam causam adiecit, & tum aiunt efficax erit obligatio, quia donasse videatur is qui sciens prudensq; falsam causam adiecit. l. cuius per errorem. ff. de

55

ff. de regul. iur. l. campanus. ff. de operis liberto. & hisce duobus casibus scriptores omnes concordi ter in hanc conueniunt sententiam. vt apparet ex Angelo in. §. in personam. nu. 2. instit. de actio. Atq; ex Lanfranco in. c. quoniã cõtra. de probat. tit. de cõfessio. nu. 40. atq; etiam ex Iasone in. l. 1. ff. de condictio. sine causa. Tertius est casus quãdo stipulatio ob nullam causam neq; veram neq; falsam facta est, sed simpliciter promissio facta fuit, & hic Bartolus à reliquis omnibus derelictus est, ipse enim in dicta. l. 2. §. circa. ff. de doli exceptione nullam ad stipulationem causam necessariã esse scribit, sed satis liberalitatem ipsam ad obligandũ in causa esse putat. Bartolo vero refragantur cæteri omnes affirmantes stipulationem ita simpliciter sine causa factam non valere, neque in dubio præsumendũ donationis causa factã. In hac sententia est glossa in dicto. §. circa. & in. l. generaliter. C. de non num. pecu. & ibidem Baldus & Salycet. Faber in §. sequens. nu. 19. Instit. de actio. idem Bald. in. l. 1. C. de confessis. Paul. & Imol. in. l. à Titio. ff. de verb. oblig. & hanc deniq; testatur communem opinionẽ Alex. consil. 13. volu. 1. & Angel. in. §. in personam. nu. 2. Inst. de actio. & Iaſ. in. l. 1. ff. de cõdict. sine causa. Tiraquel. de retract. conuen. nu. 105. & Curtius Iunior consil. 131. num. 4. & Emmanuel Suarez in thesauris receptarum sententiarum verbo, donatio. & alij quos refert Didacus Perez in. l. 3. tit. 8. libr. 3. ordin. Sed & hoc amplius aliqui procedere aiunt, etiam si stipulatio fiat in instrumẽto guarentigio in quibus est Iason in. l. tale pactum. nume. 5. ff. de pactis. Idemque secũdum Pontificia iura recipiendum esse placuit Abbati & Felino in dicto cap. si cautio. & Fortunio in cap. 1. de pact. quin & in foro conscientiæ causam aut expressam aut saltem tacitam necessariã fore tradit Syluester verbo, pactum. quæst. 3. & 4. & Nauarrus in Manuali ca. 18. nu. 9. Nostrati quoque iure pactũ non existente causa factum nullius esse momenti scribit Couar. in cap. quanuis pactum. 2. part. §. 4. nu. 14. & Ant. Gomez in comment. tomo 2. cap. 9. nu. 3. Quesada quoq; diuersarum quæst. c. 12. & Didacus Perez loco superiori, & Olanus in concordia Iuris litera D. nu. 1. Vides ergo vt Bartol. ab omnibus desertus sit? vides vt tam antiqui quã recentiores vno ore affirmẽt omnes stipulationẽ, seu pactum nõ existente causa factũ nullũ esse? idq; tam iure ciuili quã Pontificio, & tam foro politico quã Regio procedere affirment? Quis ergo ab hac iã cõclamata audebit resilire sententia? præsertim, vt nũc sunt mores eò em̃ res hodie redijt, vt iam nõ quid verũ sit

quæratur,sed quid potius receptum sit sententiasq; non tam legum autoritate quàm autorũ numero ponderamus. Atque quod dolendum non mediocriter est, si quando veritatis asserendæ gratia inueteratũ aliquem errorem dedocere studueris non defuerit literator aliquis(vt leuissimè dicam) qui temere temerariè te agere dicat, itaque vnde gratiam promereri debueras iniuriam reportes. Verùm neq; hoc nos quidurã hanc scribendi capessimus prouinciam deterrere debet,vt si quid veritati aduersum esse intelexerimus pro virili reuincamus. Sed æquo potius animo hæc nobis deglutienda est molestia:nulla enim alia re commoti ad hoc studium accessimus, quàm vtilitate communi,cuius(ni fallor)nihil tam interest, quàm vt reuinctis falsis opiniones veras reponamus.Nam ex alienis laboribus tuos infurcire centones, vt facto difficile non est ita nullius laudis dignũ reputa. Sed hæc facessant, & ad propositũ reuertamur. Ego igitur quoniam in Iurisconsultorum non interpretum verba iurai hæc in quæstione ita sentio:atque omnes posthac ita sentire debere arbitror communem illam scriptorum opinionẽ à vero alienam esse, Bartoliq́ue opinionem Mimo ipso(quod dicitur) veriorem esse:illud enim mihi semper persuasum habui, & nunc in hãc sententiã confirmor magis: neq; antiquitus adstipulationem contrahẽdam † causam necessariam 56
fuisse, nec hodie apud nos ad pactum,seu verborum obligationẽ necessariam fore. Atq; nec Iurisconsultus olim nec leges Regias hodie aliud sensisse animo pleniſsimè complector. Id vero fortioribus etiã quàm Bartolus ipse fecerit argumentis ostensurũ esse spero, & adeo fortissimis, vt vel solus nõ vererer cum interpretibus in arenam descendere, nam Bartolo ipso mihi antesignano adeo animosus sum, vt iam palmarium canere videar.Imprimis autem,vt à principijs(quæ res vel difficiles illustrare solẽt) exordiamur, opitulatur egregiè nobis diuisio illa obligationũ, quam scribit Iurisconsult. in.l.1. ff. de actio. & obliga. vbi ait obligationes ex contractu aut re cõtrahi,aut verbis,aut consensu. Apparet igitur stipulationem esse cõtractum ex eoq; obligationem nasci. Si ergo in illis cõtractibus, qui aut re aut cõsensu contrahuntur alia causa quã ipse cõtractus nõ est necessaria, vt quid rogo ad stipulationẽ aliã causam quã ipsum met cõtractũ necessariã esse arbitraris ? Dixeris forsan cũ Baldo in. l. generaliter.col.3.C.de nõ num.pecu. stipulationẽ esse cõtractũ generalẽ,reliquos vero speciales. At ratio hæc si verũ amamus tũ ieiuna est, & parũ efficax,tũ vires habet nullas

Quis iu sit modestiæ causa reticeo, sed si pergat irritare ingenij mei sentmt aculeos.

nullas cũ quid ad verborũ obligationem attinet stipulatio perin-
57 de sit contractus specialis†,ac cæteri qui re aut consensu contrahuntur,vt probat dicta. l.1. ff. de actio.& obliga.&.l. si ita stipulatus.num.126. ff. de verb.oblig.fateamur igitur necesse est sicuti in contractibus qui aut re aut consensu contrahuntur causa necessaria non est ita neque ad stipulationem necessariam fore.Hoc autem verum esse & altera illa ratio confirmat, quòd stipulatio nihil aliud est quàm verborũ obligatio,vt in principio.Inst. de verbor.oblig.l.cum mota,C.de transactionib.l.2.§.septimus.C.de veteri iure enucleando. Ideircoq; per stipulationẽ verbis nos obligari dicimur.l.si inter.C. de solutio. & declarat vulgaris ille versiculus : *Verba ligant homines taurorum cornua funes.* Atqui si ad stipulationis vim causa alia necessaria foret,iam non ex verbis obligatio nasceretur,sed potius ex causa illa quæ obligationi principiũ dedit,atque proinde minus propriè verborum diceretur obligatio,& conuenienter minus rectè Iurisconsultus definiret stipulationem esse conceptionem verborum,quibus is qui interrogatur daturũ facturumve id quod interrogatus est respondet. l.5. §. stipulatio.ff.de verb.obliga.Tertio hanc nostram sententiam, & Iurisconsulti ipsi apertis (quod aiunt) tibijs demonstrant, qui in fingendis stipulationis exemplis nullam aliam causam necessariã esse demõstrant quàm verba quæ obligandi animum significãt, ita enim verba concipiunt: Spõdes? spondeo. Promittis ? promitto. Dabis ? dabo.§.primus. Instit. de verbo.oblig.l.1.§.si quis ita. ff. eodem titul.§.primo.Instit. quibus modis tollitur oblig.l.vno. ff. de accept.l.1.& 2.tit.11.Parti.5.Quis vero in animum inducet si præter verba causa ad obligationem necessaria foret, quin iurisprudentes id declararint , nisi fortè putamus Iurisconsultus tum viros sapientissimos, tum docendi dexteritate magistros strenuissimos,quiq́ue alias semper in principijs elucidandis diligentissimi fuerint , ita hoc loco socordes fuisse,vt sui immemores principium hoc tam necessarium, atq; adeò totius materiæ caput declarare supersederent: cum interim hunc de verborum obligationibus tractatum, tam latissimè, ac simul accuratissimè exposuerint sicuti titulus ille, de verborum obligationibus, tam longè latèq; patens ostendit. Hæc igitur cum rem tam manifestam faciant superuacuum fuerit plura nos in eandem allegare sententiam, veluti.l.diuortio. & l.à Titio. ff. de verbo. oblig.l.hoc iure.ff.de dona.l.campanus.ff.de operis liber. capit. qualiter & quando. de pactis

ctis, aliaque iura quæ nostræ opinioni oppido suppetias ferunt. Ad contraria ergo argumẽta accedamus: sed & hæc quidem parum, vt credo negotij nobis facesserint. Nam primũ illud operæpretium est quod aiunt, qui ita simpliciter ob nullam causam promittit, non videri obligandi animum habuisse, sed per errorem potius aut iocum promisisse videri: acuta sanè interpretatio, quasi existimandũ sit dicere quẽquam, quod nõ senserit aut mente agitauerit, atque non potius præsumendum sit ex animo dicere quod protulerit nisi euidentissimis probationibus per errorem dixisse docuerit. l. Labeo. ff. de suppel. leg. l. non aliter. ff. de legat. 3. l. si non conuitij. C. de iniurijs. Etenim ex sententia Cassiadori quem refert Baldus cum aliàs sæpè, tum in. l. generaliter. C. de non numer. pecun. nullum
58 est maius mentis nostræ † testimoniũ quàm qualitas inspectaverborum, & rogo si adiecta in promittendo falsa causa obligandi animus præsumitur, vti scriptores ipsi ad vnum consentiunt omnes: cur non eundem obligandi animum præsumemus nulla adiecta causa? Et denique qui ita sine causa promittit, seu pacisciturdonandi animum habere ostendit apertè Iurisconsultus in l. prima. ff. de transactionibus. in hæc verba. *Qui transigit quasi de re dubia, & lite incerta neque finita transigit: qui vero pacisciturdonationis causa rem certam & indubitatam liberalitate remittit.* Itaque hoc primum autorum argumẽtum futile esse nemo credo erit, qui non concedat, & fateatur. Videamus igitur an aliud sit quod magis scriptoribus opem ferat. Et scio statim mihi obiecturos esse textum in l. secunda. §. circa. ff. de doli except. qui prima quidem fronte illis non mediocriter suffragari videtur. Sed mediusfidius si integro illum iudicio † ponderemus, nihil eam nostræ opinioni 59
obstare reperiemus. Planè textus ille loquitur, quando stipulatio facta est ob aliquam causam quã contrahentes inesse putabant: & tamen nõ inerat, vel si inerat, aut non est secuta, aut finita fuit. Vnde hoc tibi? ex illo ipsomet paragrapho, si enim æqui iudices sumus nec nos vulgaris opinionis fuco prẽstringi sinamus non difficulter deprehendemus, de hac specie inibi Iurisconsultum loqui. Id vt oculata fide perspicias illius subijciemus verba. *Si quis*, inquit, *sine causa ab aliquo fuerit stipulatus, deinde ex ea stipulatione experiatur, exceptio vtiq; doli mali ei nocebit, licet enim eo tempore quo stipulabatur nihil dolo malo admiserit: tamen dicendum est, cum cum litem contestatur dolo facere, eo quod perseueret ex ea stipulatione petere, & siue eũ interponeretur iustã causam habuit siue*

siue nõ, tamẽ tum nullam idoneam causam habere videtur. Proinde etsi crediturus pecuniam stipulatus est nec crediderit, & si certa fuerit causa stipulationis, quæ tamen, aut non est secuta, aut finita est dicendũ erit nocere exceptionem. Hactenus ipsius legis verba. Vides igitur, vt Iurisconsultus loquitur quando ab aliquam causam stipulatio facta est, quæ tamẽ litis cõtestatę tempore nõ inerat: hoc enim manifestè ostendunt illa verba. *Et siue cum interponeretur iustam causam habuit siue non.* Et illa rursum, *& si certa fuerit causa stipulationis quæ tamen, aut non est secuta, aut finita est.* Præterea hoc verum esse ex ipsius textus ratione intelligere licet: idcirco eñ illic exceptionẽ doli cõpetere respõdit Iurisconsultus, quia licet stipulator eo tẽpore quo stipulabatur nihil dolo malo admiserit, attñ postea ex ea stipulatione agẽdo dolũ cõmittere videatur. Sed cedo? si Iurisconsultus loqueretur qñ ob nullã causam stipulatio facta est, cur non ità à principio dolus in stipulãdo inesset, sicuti postea in agendo? Rogo enim quid esset in causa, vt magis postea agẽdo dolum cõmitteret quã à principio stipulando? cum æquèvtroq; tempore tam stipulationis, quã litis contestationis nullã prorsus causam habuisset? Nullã profecto ni fallor idoneã discriminis rationẽ reperire poteris. Cõstat igitur non in nostra specie Iurisconsultũ loqui. Addo q; si ob defectũ causę stipulatio non valeret statim à principio definiret Iurisconsultus stipulationem nullam esse potiusquã exceptionem introduceret. l. plane. ff. de petit. hæred. Quid quod & Iurisconsultus ipse in dicto §. circa. sentit valere stipulationem etiam quando iniustæ causa adiecta fuit: ait enim, *& siue cum interponeretur iustam causam habuit siue non.* Porrò si ad stipulationẽ causa necessaria foret iniquum foret iniustã causam ad obligandũ sufficere, sed qñ nullã causam ad stipulationẽ necessariã esse intellexit, etiã iniustã sufficere existimauit, qñ ea secuta est, aut finita nõ fuit. Deniq; Iurisconsultus illic nõ loqui qñ stipulatio ob nullã causam facta est, ea quoq; rõne suadetur, quod eo casu nulla legitima causa esset ob quã doli daret exceptio: dolus eñ in pacisceñdo idem est, in stipulãdo fit callidita te & fallacia, & vt Pędius I. C. ait, *dolo malo pactum fit quoties circũueniendi alterius causa aliud agitur, & aliud agi simulatur.* l. iurisgentiũ. §. dolo malo. ff. de pact. Sed quæso quã fallaciã aut calliditatẽ cõmittere dicemus stipulatorẽ qui ita ob nullã causam stipulatur, ab eo qui sciens prudensq; nulla causa ductus promittat? nullam sanè video nisi fortè dicamus scienti & consentienti fraudẽ fieri, aut dolum. Cõcedamus igitur Iurisconsultum in illo. §. circa, non loqui

quando ſtipulatio ob nullam cauſam facta eſt (quæ noſtra quæſtio eſt) ſed potius loqui quando ſtipulatio facta eſt ob aliquam cauſam quæ tum non inerat, aut ſi inerat, aut ſecura non eſt, aut finita fuit. Atque ita nihil nobis textus ille in dicto. §. circa. refragatur. Et ſanè illa verba ſine cauſa, ita interpretanda eſſe præterquã quod ex illo. §. manifeſto apparet colligitur etiam ex l. 1. & 2. ff. de cõdict. ſine cauſa. atq; ex l. ſi mulier. ff. de condictione cauſa data cauſa non ſecuta. & ſignificãt Senecæ verba epiſtola. 60. ad Lucullum, *illi*, inquit, *ſæpe hoſtem timuere ſine cauſa, tutiſſimumq; illis iter, quod ſuſpectiſſimum fuit.* Et ita accipienda eſſe ſcribit Iaſon in Rubrica. ff. de cõdictione cauſa data: idq; dum interpretes non aſſequuntur in illum inciderunt errorem, vt putarẽt ſtipulationem ob nullam cauſam factam inutilem fore. Sed fortaſsis adhuc ſuam probari opinionem cõtendent in l. cum de indebito. ff. de probat. atque in capit. ſi cautio. de fide inſtrumẽt. Sed nihil itidem nobis ea iura obſtant: loquuntur nanq; in cautiõe, ſeu chirographo quæ cum ad probandum & fidem faciendam ſcribantur ſi cauſam nõ habeant fidem nõ facerent. iuxta textum in. l. ſolam. C. de teſtibus. quam rationem oſtendit Iuriſcõſultus in. l. Publia. §. fina. ff. depoſiti. & ſentit Baldus in. l. 1. C. de confeſsis. col. 2. Porrõ ſtipulatio ad obligandum non ad probandum concipitur, atque id propterea nulla in ea cauſa neceſſaria eſt, ſed perinde ac cæteri contractus ipſi ſui ſibi cauſa ſunt, ſicuti iuriſprudentum teſtimonia quæ paulò antè allegauimus euidenter oſtendunt: quæ meo iudicio adeo aperta ſunt, vt nos illis repugnare nullo modo poſsimus niſi forſan in ſcriptorum verba iurauimus, & Capitones malumus eſſe quàm Labeones. Hanc vero opinionem, & ſecundum noſtrates leges Regias multo magis procedere ambiget nemo: etſi enim omnia deficerent, attamen apud nos vel vna hæc lex Regia cuius interpretationi toto hoc capite inſeruiuimus, ſatis erat ad hanc noſtram opinionem comprobandam: haud enim obſcurum eſt illius autorem antiquam illam interpretum controuerſiam non latuiſſe, & tamen cauſam ad verborum obligationem minimè expoſcit, ſed omnino nos obligari definit quomodocunq; animus obligandi appareat. Et ita illius argumento hanc opinionem amplectitur Dueñas Regula 118. in fine. & Villalobos in antinomia capit. 1. nu. 24. & 25. Ergo & inſtrumento guarentigio (vt vocant) cauſam neceſſariã nõ eſſe magis probandum eſt nobis, quæ Decij fuit opinio conſil. 682. nu. 5. volumi. 5. & Seguræ in. l. ſi ex legati cauſa

Capitones ac Labeones nõ quam contra de verb. ad ſolem de verb.

60

cauſa. ff. de verb. oblig. Suarez in l. poſt rem. notabili. 32 nu. 8. Proinde audiendi non ſunt aliqui ex noſtratibus quibus contraria ſententia ſedit, inquit Gregor. Lopez in. l. fina. titulo. 13. Parti. 5. & Auend. titulo de las excepc. nu. 21. & Dida. Perez in. l. 3. titul. 8. libro 7. ordin. & Olan. in concordia Iuris, litera D. num. 8. nam vt cætera miſſa facerem vel ex hac vna lege Regia opinio hæc ſatis conuincitur. Accedit etiam & alia lex Regia Regis Henrici quę aduerſus inſtrumẽta publica nullam exceptionem admittendam eſſe definit, niſi modo paucis exceptis, de quibus hæc nõ eſt. Extat autem hodie lex illa Regia in titul. 21. lib. 5. Recopil. eſtq; prima in ordine, de cuius argumento quoniam alibi longior faciendus eſt nobis ſermo, & quia iam hic longiores ſumus finem his faciamus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum confirmat contractũ alias nullum.*
1 *Iuramentum vltra primam obligationem alteram adijcit contractus.*
2 *Minoris iuramentum duplicem habet effectum, nam & ſolennium ſupplet defectum & in integrum reſtitutionis beneficium collit.*
3 *Etiam ſi minor ſiue curatores autoritate contrahat contractus iuramento confirmatur.*
4 *Impuberis iuramentum ſi tamen doli ſit capax valet.*
5 *Quod ad iuriſiurandi religionem attinet nihil intereſt an verbo tenus an tactis euãgelijs iuſiurandum ſiat.*
6 *Ethnicus cogendus eſt, vt iuſiurãdum per ſuos falſos deos præſtitum ſeruet.*
7 *Iuſiurandum à Chriſtiano impiè & ſacrilegè per falſos deos præſtitum an ſeruandum ſit.*
8 *Textus in cap. ecce duo. 22. queſt. 5. accuratè nunc explanatur.*
9 *Super lapidem iurare quemadmodum intelligendum ſit.*
10 *Authen. ſacramenta puberum locum non habet in iureiurando à Chriſtiano per falſos deos præſtito.*
11 *Aduerſus contractum iuramento firmatum minor etſi coactus factus non ſit de remedio ſibi competenti.*
12 *Authen. ſacramenta puberum, habet locum non ſolum in contractibus vltro citroque obligatorijs, ſed etiam in alijs.*
13 *Liberatio facta a minore curatori ſuo, an rata ſit.*
14 *Authen. ſacramenta puberum habet locum etiam ſi filius familias cum patre cõtrahat vel cum fratre. & nu. 15.*
16 *Iuramẽtum ab vniuerſitate præſtitum an obligetur.*
17 *Tranſactio & compromiſſum facta à minore adiecto iuramento valent.*
18 *Iuramentum quando confirmet iudicium cum minore agitatum.*
19 *Hæredes defuncti ſtare tenentur contractui à defuncto iureiurando firmato.*
20 *Nihil intereſt an iuramentum interpoſitum ſit in ipſo contractu antea poſteave.*
21 *Iuramentum generale minoris ad quemcunque contractum fecerit valet.*
22 *Iuramentum præſtitum à procuratore qui ſpeciale habeat mandatum valet.*
23 *Iuramento accedente contractui innominato non erit pœnitentiæ locus.*
24 *Iuramẽtum tollit remedium læſionis quæ fuerit minor quam dimidium iuſti pretij.*
25 *Iuramentum obligationem parit etſi factum fuerit aduerſus leges quæ principaliter priuatum reſpiciunt fauorem.*
26 *Donatio excedens quingentos ſolidos iuramen-*

ramento firmata valet.

27 *Fideiussio data à marito de restituenda dote si iuramento fuerit firmata valet.*

28 *Si contractus alia de causa quàm minoris ætatis fuerit infirmus non firmetur iuramento.*

29 *Minor læsus vltra dimidiam iusti pretij suo potest iure experiri neque obstauerit iuramentum.*

30 *Iuramentum aduersus bonos mores factũ vires non habet.*

31 *Mutuum à filiofamilius contractum iuramento non firmatur.*

32 *Iurans fideiussurum se nunquàm pro aliquo seruare non tenetur iuramentum.*

33 *Iuramentum per quod veniale peccatum nedum mortale contrahitur seruandum non est.*

34 *Iuramentum in publicum tendens detrimentum seruandum non est.*

35 *Contractus non firmatur iuramento quãdo contrahens prius iurauerat nunquàm seralem facturum contractum.*

36 *Minor læsus restituitur aduersus confessionem quam adiuratus in iudicio fecerit.*

37 *Contractus factus ab ecclesia cum iureiurando quando valeat.*

38 *Contractus simulatus an firmetur iuramento.*

39 *Testamentum aliaue quæpiam vltima voluntas etsi iuramento firmata fuerit reuocari poterit.*

40 *Donatio mortis causa vel inter viuos à minore facta adiecto iuramento an reuocari valeat.*

41 *Iuramentum quod in tertij rendat præiudicium seruandum non est.*

42 *Alienatio facta à filiofamilias de bonis in quibus pater vsumfructum habeat adiuncto iuramento irrata sit.*

43 *Contractus iuratus factus ab vxore iniussu mariti non valet.*

44 *Donatio propter nuptias legis metam excedens iuramento non firmatur.*

45 *Melioratio causa dotis à patre facta iuramento non firmatur.*

46 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum iuramento an confirmetur.*

47 *Donatio etiam iurata postea susceptis liberis reuocatur.*

48 *Iuramentum vi dolo aut metu factum vires non habet.*

49 *Enormissima læsio iuramento non firmatur.*

50 *Princeps confirmans contractum enormissimæ læsionis remedium tollere non videtur.*

51 *Enormissima læsio quæ dicatur.*

52 *Legibus Regijs prohibiti sunt laici ne contractibus iuramenta adyciant.*

53 *Regiæ leges prohibentes iuramentum ne contractibus adyciatur an sint validæ.*

54 *An is qui contractum iureiurando confirmauit audiendus sit anteaquàm à iuramẽto absoluatur.*

55 *Ad obtinendam iuramenti absolutionem ad effectum agẽdi vel excipiendi necesse non est vt aduersarius citetur.*

56 *Absolutio iuramenti ad effectum agendi vel excipiendi petenda est anteaquam periurium incurratur.*

Breuis explicatio Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem, & legum Regiarum quibus prohibetur ne contractibus iuramẽtũ adijciatur. CAP. IIII.

QVoniam de contractibus iureiurando confirmatis frequẽs est in foro quæstio, ad nostrum hoc rerum quotidianarum opus pertinere existimaui, si breuiter hoc capite explicarẽ textũ in Authẽ. sacramen. puberum. C. si aduer. venditio. qua cautum est contractus

ctus à minoribus puberibus iure iurando sine vi & metu cõfirmatos omnino obseruãdos esse. Atque item explanarem leges Regias, quibus prohibitum extat ne contractibus iusiurandum adijciatur. His etenim expositis futurum spero, vt iurisiurandi tractatus quatenus ad forensem vsum pertinet commodissimè absolutus sit, ipsius autem Auth. verba eiusmodi sunt. *Sacramenta puberũ sponte facta super contractibus rerum suarum, non retractandis inuiolabiliter custodiantur, per vim autem aut per metum extorta etiã à maioribus (maxime ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant) nullius esse momenti iubemus.* Fuit autem Authẽtica hæc translata ad verbum, ex §. item sacramenta. C. de pace tenenda, & iuramẽto firmanda in vsibus feud. conuenit autem cum ea ex iure Romano lex. 1. eiusdẽ tituli, &. l. siquis maior. C. de transact. &. l. siquis alterius. C. si minor se maiorem dixerit. Ex iure vero Pontificio conuenit textus in cap. quanuis pactum. de pact. in. 6. Conuenit etiam ex nostrati iure. l. 6. titul. 19. partita. 6. &. l. 16. titul. 11. &. l. 59. tit. 18. part. 3. &. l. 16. titul. 10. lib. 9. Recopi. Horum autem iurium decisionẽ, vt quæ animarum saluti consulat fauorabilem benignamque atque non odiosam esse, autor est Bartol. illic. num. 19. cui reliqui omnes adstipulantur teste Iasone. num. 71.

licebit igitur nobis nonnullas illi ampliationes annectere.

Ampliatio 1.

ESt igitur primũ Authentica ista amplianda vt locũ non tãtum habeat in contractibus validis, sed etiã in † cõtractibus nullis & irritis. glossa. 1. in dict. l. 1. & in ipsamet Authentica verb. contractibus, quas inibi alibique magis communiter Doctores sequũtur: iurisiurandi enim religio quę fauore digna est efficit, vt leges illas generaliter loquentes, generaliter accipiamus. Iuramentum enim vltra primæuam obligationẽ alterã addit contractui. glossa, & Bart. in. l. Nepoti. ff. de fundo instructo. idem Bart. in. l. qui iurasse. §. fin. ff. de iureiur. Iason in l. 1. C. de iudicijs. num. 4. Hoc autẽ vt penitius percipi valeat sciendum est, minore cõtrahente aut sine tutoris autoritate, aut sine decreto iudicis nullum esse ipso iure contractum, neque in integrum restitutione opus habere minorem. Sin autem curatore autore contrahat, atque cum decreto iudicis, valet quidem contractus quanquàm læsus si fuerit restituri in integrum posit. textus qui vtramque probat sentẽtiam in. l. siquidem. C. de prædijs minorum. & in. l. si minor curatorẽ habens. C. de in integrum restit. minor. Fuit autem inter Martinum & cæteros citramontanos (idest Italos) atque inter Bulgarũ cæterosque vltramontanos, contentio

1

tentio magna an Authenti. ista locum haberet tantum in contractibus validis an etiam in nullis & irritis. Nam Martinus illiusque fautores existimant illam Authen. locum habere non solũ in cõtractibus validis, sed etiam in contractibus irritis & nullis. Contra vero Bulgarus cæteriq; vltramontani contis remisq; cõtendunt illam locum tantummodo habere in contractibus validis, non in ijs qui nulli, aut irriti fuerint: & fuit sanè quæstio hæc propter tot tantorumque autorũ discordiam aliquando mirum in modum perplexa, atque difficilis, sed tandem vicit Martini citraque Montanorũ sentẽtia, obtinuitque, vt hæc Authen. locum non solum haberet in contractibus validis, sed etiam in irritis, & nullis: quales sunt, vt diximus, qui sine iudice, atque sine curatore fiũt. Hanc communem esse opinionem, & à consuetudine quoque probatam testis est Bart. in dicta Authen. nu. 3. & 13. Baldus quoque in dicto. §. idem sacramenta. de pace tenenda. col. 2. & magis communem esse opinionem moribusq; receptam fidem facit Iason inibi nu. 3. & 6. & 33. Atque ex nostratibus Gregorius Lopez in dicta l. 6. tit. 19. Parti. 6. verbo, *mayor*. & Gutierrius in repeti. eiusdem Authen. nu. 12. & 23. Possemque & alios sexcentos in hanc allegare sentẽtiam, sed quid attinet, vt aliàs dixi superuacuis allegationibus lectorem obtundere, cum liceat in vno aut altero à nobis citato cæteros reperire? Minoris itaque iuramentum duplicem habet effectum, nam & solennium supplet defectum †, & in integrum restitutionis tollit beneficium secundum hanc magis communẽ moribusque magis receptam sententiam. 2

Amplianda est igitur secundo huius authenticæ definitio, vt locum quoq; vendicet etsi minor curatorem habeat, nam quamlibet absque ipsius curatoris contrahat autoritate iuramento confirmabitur contractus secũdum opinionem Martini, quam communem magisque communem esse ex superiorum autorum testimonio † cõprobauimus. Eam tamen accipias secundũ Regiam sanctionem nouissimè editam in libro Recopilationis libr. 5. titul. 11. l. 22. ad cuius intelligentiã qm̃ alio properamus legito Alexan. consi. 195. volumi. 6. & 59. volu. 1. & Didac. Perez in l. 1. titul. 8. lib. 3. ordina. verbo, *no lo pueda*. 3

Tertio, illius authenticæ definitio locum habebit, non solum in pubere (hæc est ætas quatuordecim annorum in masculo, & duodecim in fœmina, vt in principio. Instit. quibus modis tutela finitur) sed etiam locum habebit in pupillo, seu impubere proximo

4 mo pubertati qui tamen doli † sit capax: hanc opinionem amplecti tur Bartol. in dicta Authent. nu. 3. & illic Iaſ. nu. 55. & sequuntur quàm plures quos refert Afflict. decis. 322. nu. 4. Et licet glossa. 1. in dicta Authen. sacramenta puberum. in contraria fuerit opinione illamque testetur cõmunẽ Alex. in l. qui iurasse. ff. de iureiur. & sequatur eam Couarru. in cap. quãuis pactum. 3. part. §. 1. nume. 3. & Anto. Gomez in Commenta. titul. de restitutione minorum. numer. 18. Cæterum contrariam opinionem testatur communem & veriorem Curtius in eadem Authen. num. 73. & magis communem Gutierrius ibidem. nu. 117. & Gregor. Lopez. in l. 6. titul. 19. par. 6. verbo *mayor*, & verior sanè mihi videtur, quoniam periurij ratio in qua leges hæ nituntur, & in pupillo doli capace locum sortiri videntur. Cum is iuramẽtum non obseruans periurij (perinde ac pubes esset) reus fiat. vt in cap. ex literis Syluani. de sponsalibus. & illic glossa verbo sub iuramento.

Amplia-tio 4. Præterea, & hanc Authenticã locum habere dicendum est, etsi iuramentum factum sit nõ tactis euangelijs aliaue re sacra, sed verbo tenus: quod etenim ad iurisiurandi religionem † attinet nihil refert verbo tenus an tactis euãgelijs iusiurandum fiat. capit. etsi Christus. de iureiu. cap. si aliqua. 5

22. quæst. 1. Et licet glossa in l. 1. ca. si aduersus venditio. illius textus argumento sentiat contrarium, & non desint, qui illi suffragẽtur: verum hæc opinio saltem iuxta Pontificia iura (quibus in materia peccati standum est) verior est secundum Imolam. in capi. cum contingat. de iureiur. & testatur communem opinionem Alciat. in Rubrica. ff. de iureiur. nu. 29. & sequitur Greg. Lopez in l. 19. titul. 11. part. 3. & Couarru. in cap. quanuis pactum 1. par. §. 1. Apud nos vero prohibitum est etiã ne super altari quoque aut sanctorũ reliquijs iuramenta fiant, vt in l. 5. titul. 7. lib. 4. Recopil. quæ olim erat l. 67. Tauri, vbi interpretes rem latius explicant.

- Habere quoque locum Authẽ tica hæc debet in iuramento, ab infideli seu ethnico per falsos deos præstito † secundum Baldũ in. §. item sacramẽta. de pace iuramento firmanda. col. 3. & Decium in. l. pactum. quod dotali, num. 12. C. de colla. Couarru. in cap. quanuis pactum. de pactis. 3. part. §. 4. num. 1. & quanquàm cõtrariam opinionem communem testetur Guillel. Bened. in capit. Raimuntius. verbo duas habẽs filias. nu. 289. Verum hæc opinio vero magis accedere videtur, tũ ex cap. mouet. 22. quæst. 1. tum ex l. 21. titulo. 11. part. 3. atque ex l. 11. titul. 2. lib. 8. Recopilationis. *Amplia-tio 5.* 6

Amplius & hanc Authen. locum *Amplia-tio 6.*

eum habere plerisque placet quã do Christianus aliquis (si Christianus tamen censendus est is qui talia effutire audeat) per falsos deos
7 iurauerit forsan pagano † quo cũ paciscitur morem gerẽs: sunt etenim qui putent quauis is grauissimè peccet quippè qui idolatriæ crimẽ inter omnia grauissimum admittat obseruare tamen iusiurandum debere. Innoc. num. 2. & Panor. num. fin. in cap. etsi Christus de iureiurã. Archiepiscopus Florentinus in summa. 2. part. tit. 10. part. 4. Ioannes de Selua de iureiur. 1. part. quæst. 1. in fine. Domini. Sotus de Iustitia & iur. lib. 8. artic. 3. quæst. 2. Couarru. in capit. quanuis pactum. 1. par. §. 1. nu. 8. & 9. Hoc tamẽ nõ ipsius iurisiurandi religio (quæ falsorum deorum nulla est) facit sed humanæ potius fidei obligatio qua quisq; promissa præstare tenetur, sicuti superiores autores tradunt. Et ostendunt Salomonis verba sapientiæ extremo. 14. capite. Ex quo consequitur eiusmodi iusiurandum non ex decisione huius authenticæ sed ex communi potius, & ordinario iure vim habere. Porrò huic sententiæ aduersatur oppidò textus in cap. ecce dico. 22. quæstio. 5. vbi Augustinus significare videtur periurum esse Christianum qui tale iuramẽtum per falsa numina præstitum non obseruauerit. Eius verba ita se habent:
8 *Ecce dico † charitati vestræ, & qui super lapidem falsum iurat periurus est, vnde hoc dico? quia multi in hoc falluntur & putant quia nihil est per quod iurant non se crimine teneri periurij, prorsus periurus es, quia per id quod sanctum non putas falsum iuras: si tu illud sanctum non putas, sanctum puta cui iuras, non enim quando iurat tibi aut lapidi, sed proximo tuo iuras, homini iuras ante lapidem sed nũquid non ante Deum? non te audit lapis loquentem sed punit Deus fallentem.* Hactenus Augustinus: verũ de quo lapide Augustinus senserit necessarium est ad nostram quæstionem definiendam dispiciamus. Et Erasmus quidem Chilliade. 2. centuria. 6. Adagio. 33. putat Augustini verba spectare ad Iouis lapidis iusiurandum † quod patre
9 patratu autore apud ethnicos veterrimo ritu inter omnia iuramẽta sanctissimum erat: & ita quoque illa accipienda esse putat Sotus, & Couarru. locis modo citatis quãquàm dum alienam gloriã arrogare sibi curant neuter citat Erasmum. A quo autore mutuatos eos fuisse certum est. Ego vero nec Erasmum, nec Sotum, & Couarru. (tantorum autorum pace dixerim) satis huius rei scopũ attigisse puto. Quid ita? Nam primum antiquus ille ritus iurationis per Iouem lapidem non dicitur à prisco feriendi fœderis ritu quod à fæciali seu patre patrato manu tenente lapidem cõceptis verbis peragebatur, vt putat Erasmus:

mus: siquidem in illo fœdere percutiendo nõ fiebat adiuratio, sed execratio potius quædam porco lapide à fæciali percusso, vt constat ex Liuio, atque Polybio Suetonio, cæterisque priscis historicis, & illius ordinem nos ex ipso Liuio retulimus libr. 1. cap. 13. Vnde ergo ritus ille iurandi per Iouem lapidem? Quoniam sub Iouis titulo ethnici illi lapides colebant, hosque in templo habebant, sicuti ex ipso colligitur Augustino in autographo, id est sermone 28. de verbis Apostoli, ex quo loco canõ ille, *ecce dico* translatus est. Deinde moris erat etiam apud illos, vt ad dissterminandos agrorum fines lapides, seu terminos Ioui terminali solenni quodam cæremoniarũ ritu cõsecrarent, ijque sacri habebantur, sicuti apparet ex Platone lib. 8. de legibus *Agriculturæ*, inquit, *leges primo ponantur primaq; termina lis Iouis hæc: Nemo fines, atque terminos agri moueat, nec ciuis vicini, nec finitimi peregrini si agri extrema possideat, sed putet id esse vere quod dici solet, hic immobilia mouet, malitq; vnusquisque saxum ingens mouere quã paruũ lapidem iureiurãdo à diis firmatum quo amicitiæ & inimicitiæ terminentur, alterius enim Iupiter contribulis alterius hospitalis est testis.* Hactenus Plato. Seneca quoq; in Hippolyto. *Nullus in campo sacer diuisit agros arbiter populis lapis.* Sed hoc plenius explicat Dionysius Halycarnasseus antiquitatum Romanarum libro secundo. In hæc verba. *Rex Numa, vt Romani contenti proprijs aliena non concupiscerent, cauit lege de prædijs terminandis. Cum enim iussisset vnumquenque agrum suum circumscribere, ac in finibus statuere lapides hos sacros Ioui terminali voluit iussitq;, vt quotannis statо die res diuisa eo loco in paganorum coetu fieret.* Igitur, quoniam per hos lapides Ioui sacratos Pagani illic iurare solebant, factum est, vt in vulgus manaret prouerbium illud, *Iouem lapidem iurare.* Præterea sciendum est non solum moris fuisse olim, vt is lapis terminalis ab ethnicis Ioui consecraretur, sed etiam à Iudæis ipsi Deo optimo maximo consecrari solitum fuit: sicuti huius rei exemplum (ne quis putet nos somniũ narrare) habemus mirificũ exemplum, non inter Hiberas (quod aiunt) nænias, sed apud sacra ipsa diuinaque volumina, Geneseos ca. 31. vbi Iacob, & socer eius Laban fœdus percutientes ad eundem modum lapidem in testem assumpsere, quod quoniam ex ipsis Biblijs planius certiusq; apparebit, ipsius textus verba subnectam. *Veni ergo* (inquit Laban) *Et ineamus fœdus, vt sit testimonium inter me & te: tulit itaque Iacob lapidem & erexit in titulum, dixitq; fratribus suis: afferte lapides, qui congregantes fecerunt tumulum comederũtq; super eum quem vocauit Laban tumulum*

lum

lum testis & Iacob aceruũ testimonij vterq; iuxta proprietatem linguæ suæ: dixitq; Laban, tumulus iste erit testis inter me & te hodie. Et paulò post. *nullus sermonis nostri testis est absque Deo qui præsens respicit dixitq; rursum ad Iacob: en tumulus hic & lapis quem erexi inter me & te testis erit.* Hactenus diuini Chronici verba. Vt ergo ad explicationem Canonis Decreti (cuius gratia hæc tam longè repetita attulimus) reuertamur. Ego arbitror Augustinum illic non loqui de iureiurando, quod per Iouem lapidẽ ethnici facere solebant, sed potius de iureiurando quod lapidi terminali per fideles solitum erat fieri, quale factum fuisse à Patriarcha Iacob modo monstrauimus. Rogo enim qui fit verisimile, vt vir sanctissimus Augustinus talem iurationis ritum qui cum idolatria sit coniunctus non dire execraretur? & ne fieret modis omnibus interminaretur? & tamen tãtum abest vt illud execretur, vt potius obseruandum & rectè fieri posse sentiat. Quòd si intelligere velis quemadmodum Augustinus loquatur de hoc iureiurando ante lapidem terminalem factum quale à Iacob factum fuisse diximus, cõfer quæso sacri ipsius voluminis exemplum cum Augustini verbis, & cõperies quemadmodũ adamussim ambo quadrent. Igitur Authenticam hanc ad iusiurandum quod Christianus † per falsa fecerit numina nõ pertinere magis mihi persuasum habeo, cũ illud vires habeat nullas, quãquàm ea promissione ipsa teneatur iurãs ordinario iure promissa seruare, sicuti superiores tradunt autores, & probat idem Augustinus in cap. mouet te. 22. quæstione. 1. 10

Ad hæc intelligenda est hæc Authentica, vt neque aduersus contractum iureiurando confirmatum restitui in integrum valeat minor, tametsi nõ sit certior factus de remedio † restitutionis, alioqui sibi competẽti: huius sententiæ autor est Bart. in. l. sciendum. num. 8. ff. de verbor. oblig. & ibidem sequitur eũ Romanus, & Raphael Cumanus. idem tradunt ipse Bartol. & Paulus de Castro in hac eadem Authenti. Et quãquàm non desint qui reclament, vt est videre apud Padillã. in. l. 2. C. de rescinden. vend. nu. 34. hanc tamen magis communẽ moribusque receptam opinionẽ tradit Alexand. consil. 66. vol. 6. & Iaso. in dict. l. sciendum. num. 33. & Guillel. Bened. in cap. Raynuntius verbo duas habens filias. nume. 294. & Guido Papæ decis. 227. & Ioan. Mauricius in tract. de restitu. cap. 114. & Anto. Gabriel alios plures referens libr. 2. titul. de iureiurando. conclusione. 3. & sequuntur ex nostratibus Pala. Rub. in capitulo per vestras. §. 34. numero. 7. & Grego. Lopez in. l. 3. 11

in. l. 3. titul. 12. Parti. 5. verb. *Sabidores.* & Gutierrius in repet. huius Authen. nume. 113.

Ampliatio. 8. Habet quoque locum hæc Authen. non tantum in conuentionibus, in quibus vltro citroq; oritur obligatio qui propriè contractus dicuntur, sed etiam in ijs in quibus ex vna tantum parte nascitur obligatio † 12 puta in donatione stipulatione, atq; fideiussione, glossa in. d. auth. verbo, cõtractib⁹. & illic Bart. nu. 18. & alij nõ pauci relati à Tiraq. in legib. connubialibus gloss. 3. nu. 196. & hãc cõem restatur opin. Curtius hic nu. 132. quibus suffragat oppido text. in. c. in præsentia. de probat.

Ampliatio. 9. Insuper illam Authen. procedere dicendum est in distractu liberatione, seu renũtiatione. glossa in. §. item sacramenta. de pace tenenda & iuramento firmanda. verbo, super contractibus, & Bartol. hic nu. 20. & Iaso. nu. 72.

Ampliatio. 10. Quinimo etiã eam procedere dicendũ est in liberatione, seu acceptilationibus refutationibusve vt vocant quas minores faciũt tutoribus, aut curatoribus, nam si 13 iureiurando † vallatæ fuerint ratæ erunt. iuxta glossam singularẽ in. l. 3. §. contrarium. ff. de contrario iudicio tutel. quam sequũtur Bart. nu. 20. & Iason nu. 72. in præsenti. & Ant. Corset. de iureiur. quæst. 5. & alij quos refert Anto. Gomez in cõm. tit. de rest. mino. nu. 18. nisi dolo blãditijs, vel adulatiõibus ad id allectus fuerit minor, vt belle inquit glossa in. d. §. sacramenta. de pace tenen. verbo spõte. Ex quibus intelligere licet liberationem à minore curatori suo factã non adiecto iuramento inutilẽ fore, id quod expressim tradit Dueñas reg. 31. amplia. 2.

Ergo si filius familias cõtrahat cũ patre, vel è cõtrario † pater cũ filio, & hãc Auth. locũ habere dicendũ est, sicuti scribit Faber in §. itẽ inutilis. Inst. de inutil. stipul. quẽ sequitur Greg. Lopez in. l. 6. tit. 19. Parti. 6. verb. *Castrense.* Corsetus de iureiu. q. 5. nu. 11. Decius & Ias. in. l. si donatione. C. de collatio. Tellus in. l. 17. Tauri nu. 91. Gutierrius in dicta Auth. nu. 51. 14

Multo ergo magis locũ eã habere dicẽdũ est si soror paciscatur cũ fratre de hæreditate † paterna, sicuti scribit Bald. in hac eadem Auth. col. 4. & probatur in. c. quanuis pactũ. de pact. & illic tradunt oẽs & alibi passim. 15

Ampliatio. 11. *Ampliatio. 12.* ¶ Ampliãda est præterea hęc auth. vt locũ etiã habeat in contractu facto ab vniuersitate vel alio corpore, siue collegio, aut republica cũ minoris, & reipublicæ causæ exequẽtur in iure. l. rẽ publicã. C. de iure reipublicæ lib. 11. huius † sententiæ fuit Bald. in. l. gñaliter. C. de reb. credit. quẽ sequitur alios referẽs Ias. in hac auth. nu. 64. & Grego. Lopez in. d. l. 6. tit. 19. par. 6. verb. *mayor.* & Gutier. in præsenti. nu. 139. Dummodo sciamus si cõtractus 16

in vtilitatem vniuersitatis nō cedat ipsos solos qui contraxerūt, puta decurionesnō ipsam ciuitatē teneri.vt in.l.ciuitas.ff.si certa peta.sed & ij si mortui fuerint iuramento successores non tenebūtur,vt tradit Sylvester,verbo, iuramentum 4.num.2.

Ampliatio 13. Item procedit huius Authenticæ definitio in transactione, & cōpromisso,sicuti(ne rem actam agamus) latius explicat Gutierrius in præsenti nu.122. & 126. cō promissum igitur à minore iure-
17 iurando† confirmatū valet etsi cętera solennia desiderentur, quod probat etiam. l. si quis maior. & ibi tradūt interpretes.C.de transactionibus.

Ampliatio 14. Idem iuris erit ergo, & abolitione criminis, seu transactione, quam minor adiecto iuramento fecerit de morte patris, vel alio crimine, sicuti tradit idem Gutierrius hic num.135.

Ampliatio 15. Nec minus Authētica locum habebit in iudicio cum litigando quasi cōtrahere dicamur,glossa hic verbo,contractibus, quam sequuntur Bartolus & reliqui, & testatur cōmunem Curtius nu. 148. Ex quo ait Iason nu. 76. sumi egregiam cautelam,vt cum li
18 tigas cum minore † curatorem non habēte facias,vt iuret ratum illum habiturum iudiciū acquieturumque iudicatis, idemq; placet Auendaño responso 4.& Gutierrio in præsenti nu.127.

Tantum vero iurisiurandi religio valet, vt non solum minorē iurantem obliget aut maiorem, sed etiam contractum ipsum cōfirmet.Bart.in.l. si quis pro eo.3. membro.ff.de fideiusso. Abb. in cap.1.de iureiur.& in cap.cū contingat. nu.8. Idem Bart. Bald. & Paulus in hac eadem Authen. & quamquam sint qui contradicāt, hanc testatur cōmunem opinionem, & omnino sequendam in iudicādo & cōsulendo Corneus hic nu.56.& Ias.nu.36.alijq; quos citat Couar. in cap. Quanuis pactum.2.par.§.primo.nu.7.& probatur ea sentētia in dicta Authē. sacramenta pubetum. & in cap. quāuis pactum. & apertius apud nos in.l.6.titul.10.lib.9.Recopil. Quæ res efficit,vt licet iuramentum sit personale, atque proinde hæredes non obliget † neq; con- 19
tradicentes periurij teneātur, vt in capit. veritatis.de iureiur.Veruntamen contractus qui iureiurando fuit à defuncto confirmatus omnino illos obligat, cōpellendique sunt illum adimplere. Bald.in.l.pactum. C.de collatio. Paul.in dicta Authen. sacramenta puberum. nu. 3. & 9. Imola in cap.cum contingat.nu.18. & ibidem Alciat.nu.120. Paulus Parisius consil.75.lib.3. & testatur cō munem opinionem Couar.in dicto cap.quanuis pactum.2.par.§. primo.nu.7.& Gutierrius in præsenti numer.15.

Nihil

Ampliatio 17. Nihil quoque interest, vt hæc Authentica locum habeat an iuramentū interpositum sit in ipso
20 contractu† an antea posteave,secundum glossam in dicta Auth. sacramenta puberum. verbo, super, quam illic sequitur Bart. atque etiam Iason num.26. consentiuntque reliqui omnes classici.

Ampliatio.18. Adde & hanc Auth. procedere etiam si minor generaliter iurato conceptisque verbis promiserit obseruaturum se quemcūq; cōtractū fecerit, nam etsi postea
21 contrahendo † non iurauerit ratus erit contractus ex priori, scilicet iuramento.Bartolus hic nu. 21.& sequuntur etiā Bald.& Fulgosius & latius Imola in ca. cum contingat.de iureiur.nume.140. & licet dubitauerit Accursius in hac Authen.verbo,contractibus & contrariam opinionem dicat communem Iason illic nu.75.ex eo moti quòd secūdum ius commune alteri per alterum nō quæritur obligatio. Veruntamen hęc opinio apud nos indubitatò erit recipienda cum nostrati iure absenti rectè quæratur obligatio,vt in.l.2.titul.16.lib.5. Recopil. Cuius argumētum nos exactius explicauimus superius cap. 3. Atq; & hac ratione hanc quoque sententiam amplectitur Gutierrius in repet.huius Auth.nu.119.

Ampliatio.19. Sed & parui quoque refert, vt sit locus huic Authenti. an iuramentum faciat minor ipse per se vel per procuratorem, qui spocia
22 le† ad id habeat mandatum,vt in cap.fin.de iurament.calum.in 6. & in cap.primo.§. verum. de statu regula.eodem libro.Bartol.& teliqui in.l. qui bona. §. qui alie-
23 na. ff. de damno infecto. Couar. in cap.quanuis pactum. 1. part.§. quinto.numer.8.

Habebit etiam locum hęc Authen.in contractibus innominatis,in quibus etsi re integra pœnitere liceat non tamen si iuramentum † adiectum fuerit: glossa in l.si pecuniā. verbo, necesse.ff.de cōdict. ob causam. quam omnes ad vnum interpretes, ibidem sequuntur & Ias.in.§.actionum.Institit.de actio. nu. 47. & Anto.Gabriel tit.de iureiur.cōclusione.9.

Ampliatio.21. Amplius hæc Authentica, atque perinde iuramentum à minore præstitum obseruādum erit tametsi minor fuerit lęsus & non
24 leuiter † dummodo læsio nō excedat dimidium iusti pretij Abb. in capit. cum contingat.de iureiurando.nume.27.& illic Imola, & Iason in hac Authentica, numero 45. & probatur apud nos apertè in.l.56.titul.quinto.Parti. quinta.& in.l.16.titu.vndecimo. Parti.3.De enormi vero vel enormissima læsione quid statuendū sit,est in limitationibus agendū.

Ampliatio.22. Deniq; admittēda erit etiā huius Auth. definitio qñ iuramentum fuerit factū aduersus legem prohibentem†alienationem,aut
25

contractum principaliter ob fauorem priuatum ipsius iurantis, minus vero principaliter ob fauorem publicum. Bartolus in. l. si quis pro eo. numero septimo. ff. de fideiussoribus. Abb. in dicto capit. cum contingat. numer. 22. & ibidem Imola nume. 36. & Alciat. numer. 92. qui testatur eam communem idemque facit Couar. in capit. quanuis pactum. 2. par. §. primo. numer. 5. Erit huius conclusionis exemplum in muliere alienãte rem dotalem, nam confirmabitur contractus iuramento, vt definitum extat in capit. cum contingat. de iureiuran. & in capit. licet mulieres. eodem titul. in 6. idem in filia quæ dote accepta renuntiat hæreditati paternæ adiecto iureiurando, vt in c. quãuis pactum. de pactis. in. 6.

Erit etiam exemplum in donatione facta inter virum & vxorem, nam etsi sit lege prohibita confirmabitur iuramento, secundum Bartolum in dicta. l. si quis pro eo. in fine. ff. de fideiussor. testatur communem Abb. consil. 95. volumi. 2. & in cap. fin. de donat. inter. & testatur quoq; communem Couar. in Rubrica de testamen. 2. par. nume. 10. & Tellus in. l. 17. Tauri nu. 91. & magis cõmunem testatur etiam Ias. in. l. pacta quæ contra. numer. 5. C. de pactis. & Bertrandus consi. 215. & alij plures quos refert Dueñas regula 219. ampliatione secunda. & Gutierrius in repeti. l. nemo potest. numero 340.

His quoque consequens est dicere transactionem super alimentis iuramẽto firmatam valere, sicuti latius tradunt Ias. & reliqui in. l. de alimentis. C. de transact. & in his nostras Padilla.

Ex eadem quoque ratione donatio quæ quingẽtos solidos excedat † etsi non fuerit insinuata 26
confirmabitur iuramento, secundum Abbatem in dicto cap. cum contingat. numero. 17. & ibidem Imola numer. 90. & Alexan. consilio 4. volumi. 1. & sequitur alios plures referens Antonius Corsetus de iureiuran. quæst. 8. num. 51. & hanc dicit communem Iason consil. 51. volumi. 1. & magis communẽ Curtius Iunior, consil. 34. numero primo. & sequuntur plures, quos refert Tiraquel. in. l. si vnquam. in præfatione numero 143. & Gregorius Lopez in. l. 4. titul. vndecimo. Parti. quarta. & alij plures apud Dueñam Regula 224. fallentia 6. & licet ipse referat alios plures, qui contrariã amplectuntur sententiam, & dicant communem: verum ex superiori ratione hæc opinio verior mihi videtur cũ lex insinuationẽ principaliter postulet ob fauorẽ priuatũ: minus vero principaliter ob fauorẽ publicũ quo casu valere iuramentũ oẽs ad vnum concedũt interpretes, vt superius ostendimus, & ita eam verioré & magis communem testatur Viuius libr. quarto commu. opinionum verbo, donatio. & Iosephus Ludouicus decisione 66. numero sexto. & Antonius Gabriel in volumine commu. opinionum libro tertio. titul. de donatio. conclusione. 1.

Ampliatio 24. His quoque consequens est dicere fideiussorem acceptum aduersus titulũ, ne fideiussores dotium dentur iuramento accedente, omnino obligari, secundum Abbatem in capit. cum contingat. numero. 32. & ibidem Imola membro vltimo, & Campecius de dote, tertia parte, quæ-
27 stione 174. testatur † communem Palati. Ruui. in repetitione capitul. per vestras. notabili quinto. numer. decimo. & Couarruuias in capit. Quanuis pactum. secunda parte. §. secundo. in fine. Superioribus etenim speciebus, cum leges non principaliter publicum respiciant fauorem, sed priuatum potius: seruandum est omnino iuramentum, nam sicuti sacra Pontificiaque definiunt decreta, *seruanda sunt omnino iuramenta sine vi, & dolo sponte præstita quæ in alterius præiudicium non redundent, neque obseruata vergant in dispendiũ salutis æternæ*, quæ verba sunt capit. cum contingat. de iureiurando. & capit. quanuis pactum. de pactis.

Illud postremo nemo est, qui ignoret minorem alium circumuenientem affirmãdo se esse maiorem, etiam non adiecto iuramento in integrum restitutionis perdere beneficium. l. secunda. & tertia. C. si minor se maiorem dixerit. l. sexta. tit. fin. part. 6.

Limitationes, seu exceptiones ad Authenti. Sacramenta puberum.

SED quoniam de ampliationibus diximus, par est, vt de exceptionibus, seu limitationibus dicamus quamquam enim Authẽ. hæc propter iurisiurandi religionem fauore digna sit, vt principio diximus: cæterũ, quia non desunt vitilitigatores, qui legis momenta, & aliena bona captantes soleant multoties minores adoriri, in illosque technas intendere quas iurisiurandi religione contueri curant, atq; proinde fit, vt multorum animæ (quod omen Dominus auertat) in auerni profunda præcipitentur, sicuti illic Cynus, ac reliqui memorant, danda est opera, vt quantum iusque ratioque patiatur istius authenticæ decisionem restringamus.

Primum igitur hæc Authenti *Limitatio. 1.* ca intelligenda est habere locum quando cõtractus est nullus causa minoris ætatis, nam cum iuramentum faciat, vt minor pro maiore habeatur, euenit, vt age-

28 re non posſit minor † remedijs aliàs minoribus competentibus. Cæterùm ſi contractus alia de cauſa quàm minoris ætatis eſſet infirmus, itaque à maiore etiam factus, non valeret tum iure ſuo agere etiam adiuratus, non prohibetur minor neque obſtarit illi iuramentum, excepto eo ſi adiectum fuerit à minore non contradicturum ſe, neq; propter minorem ætatem, nec alia quacunque de cauſa: hæc ita belliſsimè tradit Bartolus in dicta Authentica numero. 46. & ſequitur Iaſon num.46.& teſtatur communem Curtius nu. 167. & Gutierrius nu.31.& Tellus Fernan. in.l. 17. Tauri nu. 110. Fingere autem licet exemplum in venditione fa
29 cta† à minore, in qua vltra dimidium iuſti pretij læſus ſit, nam agere nihilominus poterit ex remedio.l.2.C.de reſcind.vend.neque obſtauerit iuramentum niſi modo iuraſſerit non reclamaturum ſe, neque propter minorem ætatem, nec alia de cauſa.huius ſententiæ autor eſt Accurſius in dicta.l.ſecunda C. de reſcindenda venditione. in gloſſa magna, eſt etiam gloſſa finalis in capitul. cum cauſa. de emptione & venditione. & ſequitur illic Abbas nu.11. & teſtatur communē Barbatius ibidem,col.7. & Imola in cap.cum contingat.col.56. & ſequūtur quàm plures quos refert Decius conſil.403.& Aymon cō
ſil. 114. & teſtatur item communem Couar.in capit.quanuis pactum.3.par.§.quarto.nu.6. & Pinellus in.l.2. C.de reſcind.vend. 3.par.cap.1.nu.9.& ibidem, Dominus Padilla nu. 34. & quanuis non deſint qui reclament,hæc tamen opinio indubitato ſequenda eſt,cum ea apertè probetur noſtrati Regio iure in.l.16.titu.11.& l.59.titul.18.par.3.& in.l.56. tit.1. Parti.5. Quamobrem ſuperiores autores monent omnes cum minoribus cōtrahentes,vt ſi ſibi cauere velint faciant,vt renūtiationis verba latè pateant. Ego vero è contrario pro mea in illos charitate etiam, atque etiam moneo exhortorq;, vt potius animabus ſuis conſulere cauereq; curent, nec velint vllo,aut modo, aut pacto minores circūſcribere illoſve ineſcare ſciētes nihil prodeſſe homini ſi totum mundum lucretur animæ vero ſuæ detrimētum patiatur,vt veriſsimè iuxtaque conſultiſsimè idem præceptor idēq; redēptor noſter nos monet apud Marcum capit. 8. Memineritiſq; quod ſcriptum reliquit Accurſius in.§.ſurdus. Inſtit.quibus nō eſt permiſſum facere teſtament. qui ſecus faciūt aduocati ſua eos morte non defungi, ſed ſæpè ſæpius elingues è vita decedere: vt vt autem renūtiatio latiſsimè pateat nunquam tamen tantum valere debet,vt enormiſsimæ læſioni renuntiatū eſſe videatur ſecundum

dum Abb.in.d.c.cum cauſa. nu. 11.& in cap. cum contingat. nu. 23.& Iaſ.in hac eadem Authē.& Gutierrius nu.92.& Couar.libro 2.Varia.capit. 4. & latius à nobis paulò poſt dicendum eſt.

Limitatio.2. Deinde neque illi Authēticæ locus erit ſi iuramentū aduerſus bonos mores factū ſit,vt enim eſt iuris regula cōſtitutū in titul. de regul.iur.in *6. Non eſt obligatorium*
30 *contra bonos† mores præſtitum iuramentum*. Quam præter claſsicos ibidem explicat Bart.in.l. ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.nume.6.& Abb.nu.5.& Imola 33. in.c. cum contingat.de iureiurā.& Couar. in.c.quāuis pactum.initio.2.partis.nu.1. Proinde verius videtur mutuū à filio familiàs contractū non confirmari iuramēto,vt placuit Abbati in.d.c. cum contingat.num.22.& teſtatur cōem eſſe opinionē Minch.de ſucceſ. crea. §.28.nu.44.& Canarius de execu tione inſtrum.quæſt.17. licet contrariū velit Couar.loco modo citato & Ant. Gomez in cōm.tit.
31 de mutuo†,nam aduerſus bonos mores huiuſmodi eſſe iuramentum quippe, quod in parentum necem protendat negari non poteſt.Ex quo dicendum eſt, ſi quis iurauerit nunquā ſe pro quopiā
32 fideiuſſurum eſſe,ſi poſtea iurato intercedat valere† fideiuſsionem ſicuti placuit Seluæ de iureiur.3. par. fallentia 9. quoniam aduerſus bonos mores tale eſt iuramentum iuxta ea quæ tradit Panor.in cap.ſi vero.de iureiur.& Sylueſt. verb.iuramentū.4. nu. 29. Parua hæc ſunt adeo contra bonos mores præſtitū iuramentū nō valet, vt ſi ex obſeruatione† iuramenti 33
veniale tantū peccatū nedū mortale inducatur nō ſit ſeruandū iuramentū, gloſ. in.c.ſi aliquid.22. quæſt.4. Archid.& reliqui claſsici in.c.quāuis pactum.de pact.in 6.Selua de iureiur.3.par.limit.4. Iaſ.in.§.ſi quis in fraudem. num. 72.Inſtit.de actionib.

Limitanda eſt præterea Auth. illa quando iuramentū tenderet in damnum publicum,aut fieret aduerſus legē quæ† principaliter 34
ob fauorē publicum contractum prohiberet.l.2.&.l. quēadmodū. de agricol.& cenſi.lib.11.c.ſi diligenti.de foro compe.Bart.in.l.ſi quis pro eo.nu.7.ff. de fideiuſſo. Couar.in.c.quāuis pactū.2.p.§.1. *Limitatio.3.*

Sed neq; vindicauerit ſibi locū illa Authen. quādo minor iuraſſet prius facturum ſe nunquā talem† cōtractū,ſi credimus gloſſę 35
in.c.licet mulieres.de iureiur. in 6. quam illic ſequuntur Archid. Frācus & reliqui ſcriptores & teſtatur cōem Imol.in.d.c.cū contingat.nu.8. & Alciat. ibidē nu. 43.& ſequitur Palac. Ruui. in repet.rubri.de donat.§.45.nu.6. & explicat accuratè Anto. Gabriel in volu.cōem opinionem titu.de iureiur.conclu.1.lib.2. & Couar. in.c.quāuis pactum.2.par.§.2. *Limitatio.4.*

Limitatio 5. Intelligendum est quoq; Authenticam illam habere locum in iuramento promissorio, nō vero in iuramento declaratorio, vt
36 ecce minor reus † factus confitetur delictum: nā verū si lęsus fuit quia delicti testes non erant, restitui in integrum poterit. Angelus de Perusio in.l. certum. §. in pupillo.ff. de cōfessis. testatur communem opinionem Anto. Gomez de delictis capit.1.nu. 66. & Dida.Perez in.l.1.titul.3. libro 3. ordi. & Gutierrius in hac eadem Authen.nu.131. Proinde audiendus minimè est Padilla, qui cōtrarium scriptū reliquit in.l. error. nu.29.C. de iuris & facti igno.

Limitatio 6. Sed neque dicemus huius Authenticæ decisionem comprehēdere ecclesiā † si credimus glossæ
37 in ca.1. verbo, contractum. de integr.restit.in.6. quam sequitur Baldus in.l.generaliter. in principio. ff. de reb.credi. inquiens nullo omnino iuramento fieri posse vt ecclesia non habeatur loco minoris, sequitur ētiam alios referens Iaso.in dicta authen.nu.64. & Bernar.Diaz reg.219.Fallentia 4.& Greg.in.l.6.titu.19.Parti.6. verbo, *mayor*. testatur communē Gutierrius in prę senti.nu.140.& verè cōmunis est, nemo ēn ab ea dissentit nisi vnus Curtius Iunior in hac authen.nu. 182. cui suffragatur oppidò in ciuitate contrarium cōmuniter receptum esse, sicuti diximus in principio ampliatione 12. Neque aliquam satis idoneam differentiæ ratione inter ecclesiā & ciuitatem (si quid iudico) reperire licebit: proinde sicut in ciuitate, ita & in ecclesia distinguēdum puto, vt siquidem nullum detrimentum ex contractu sentiat ecclesia, valeat contractus iureiurando firmatus, quanuis in illo solennia necessaria defuerint: si autem ex cōtractu in ecclesiam aut rempublicā detrimenti aliquid emanet ţeneri eos qui ecclesiæ, aut Reipublicæ nomine contraxerunt: ecclesiam vero ipsam, aut rempublicam non teneri iuxta singularem Iurisconsulti distinctionem in.l. ciuitas. ff. si certum petatur. quam generaliter & in alijs quoque corporibus siue collegijs locum habere tradit illic Accursius & consentit Bart.nu.11.& reliqui deinceps ab eo interpretes. Quibus quidē conueniens est dicere non teneri ecclesiam ciuitatem aut minorem, si non probetur pecuniam quam accipere debebant in illorum vsus versam fuisse, sicuti tradit Barto. in dicta.l.ciuitas. ad finem. Innoc. Abb. & Imola in capit. 1. de depositō. & explicat sedulo Couar.libr.2. Varia. resolu. cap.17. nume.3.

Sed neq; huic Authenticæ locum dabimus in contractu simulato, nam etsi iureiurando vallatus fuerit † nihilo magis valebit 38
glossa in.l.3.C. plus valere, quod agitur

agitur. Ias. in dicta Authenti. nu. 63. testatur communem opinionem. plures referens Minchaca de succes.& creatio.§.9.num.18. & alij relati à Gutierrio in. l. nemo potest. nu. 383. & à Mexia ad Toletanam legem. 7. part. secundo fundamēto. nu.18. Nō desunt tamen qui repugnent, in quibus Antonius in dicto cap. cum contingat, & Imola in dicta. l. nemo potest col.3.& Alexan.consil.20. & 33.& 36.vol.3. Anto. Baberius de virtute iuramenti.numer.116. Afflictis decis. 60. & alij relati à Socino consil.82.lib.3. & ab Antonio de Padilla.in.l. cū ea quæ. C.de transact.num.6. quibus mirificè suffragatur text.in cap.maiores.§.item de baptismo. Proinde mihi in tanta autorum dissensione sequenda magis videtur distinctio Abbatis in dicto capitul. cum contingat.nu.18. quam illic sequitur Alcia.num.72. & Syluester in summa verbo iuramentū. 4.num.17. Quæ quoniam lōgior est per te perspicere poteris.

Limitatio.8. Cessabit etiam huius Authenticæ definitio in testamentis, & vltimis volūtatibus: quę quidem
39 etsi iureiurando confirmata † fuerint, nihilominus eam pro libito ad vltimam vsque libitinam reuocare licebit. glossa.in cap.vltima voluntas.13.quæst.1. quam sequuntur Bart.in.l.siquis.in principio.ff.de leg.3.Ioan. Andre. in Regul.quod semel.de regul.iur. in mercurialibus. Ias.in.l.diebus. §.fin.ff.de iureiur. Mayuerius in l.nemo potest.ff.de regul.iur.nu. 93.& licet contrarium velit Specula.& alij non pauci: hanc verò rem magisque communem testatur esse opinionem Alci. in capi. cum contingat.num.77. de iure iur.& Couarru.probat in Rubri. de testamentis.2.par.numero. 9. Quod procedit sanè etiam si iuramentum factum sit circa speciale legatum cum clausula de non reuocando, secūdum Baldum in l.sancimus.in fine.C.de testamē. & testatur communem Claudius in.l.stipulatio hoc modo cōcepta num.5.ff.de verbor.obligat. licet Tellus in.l.17.Tauri. nu. 94. cōtrariam sententiam in particularibus legatis magis communem affirmet.

Idem iuris erit ergo, & in do- *Limitatio.9.*
natione causa mortis facta, nam etsi iure iurando confirmata fuerit reuocari poterit, excepto eo, si donator adiecerit nūquam se illā † reuocaturum: quoniam tū transiit in donationem inter viuos sicuti effusius edisserit Couarru.in Rubrica de testamentis. 2. parte. conclusione.4.& 5. 40

Temperanda est rursus huius *Limitatio.10.*
Authenticæ definitio vt locū minimè sortiatur in iuramēto quod in tertij præiudicium † directo 41
spectet: huiusce modi enim sacramenta nec ciuilia neque Pontificia iura probant, præsertim text.

in cap.cum contingat.de iureiurando.*Mulieres*,inquit,*ipſæ ſeruare debent huiuſmodi ſacramenta ſine vi & dolo præſtita cum in alterius præiudicium non redundent,nec obſeruata vergant in diſpendium ſalutis æternæ*. Ergo quæ in alterius præiudicium tendunt iuramenta ſeruanda non eſſe manifeſto ſummus oſtendit Pontifex, atque ita illic annotant Ioan. Andr. Abb. & reliqui.

Limitatio 11. Ex quo dicendum eſt filio familias bona materna in quibus pater habet vſumfructum diſtrahente non valere alienationem, etſi iuſiurandum illi accefferit cũ
42 id in patris fiat† præiudicium, ſicuti placuit Baldo in.l.fin. §.filijs autem.C.de bonis quæ liber. Angelo,Paulo, & Salyceto, id eodẽ loci comprobantibus, & Iaſone in hac eadem Authẽtica nu. 47. & teſtatur communem eſſe opinionem Curtius Iunior conſilio 152.volu.2. & noſtras Oroſcius in l.hæredi.§.filia familias. ff. de pactis.numer.5.

Limitatio.12. Infertur deinde longè à vero abhorrere Palatij Ruuij opinionem in repet.Rubricæ, de donatio.§.68.ad finem.ſcribentis con
43 tractus iuratos† ab vxore marito non autore validos eſſe. Nam cum huiuſmodi iuſiurandum in mariti fiat præiudiciũ,nullo modo contractum cõfirmare poteſt. ſicuti placuit Couar.in.4. ſecunda part.cap.7.§.primo.num.3. & Caſtillo in.l.55.Tauri nu.36.Minchaca de ſucceſſ. & creatio. §.26. nu.42.& controuerſiarum capit. 104.nu.3.Auend.in cap.correct. 2.par.cap.27.nu.15. Ant.Gomez in.l.55.Tauri nu.8.Didaco Perez in.l.1.titul.8.lib.3.ordina. Mexiæ ad legem Toletanam 7. part.fundamento 2. itaque aduerſus Palacium Ruuium cõmunis noſtrorum cõgruit ſententia, ſed quid mirum cum ipſe ſibi ſatis nõ conſentiat,qui paulò pòſt contrariæ ſubſcripſit ſententiæ in.l.55. Tauri numer.18.

Limitatio.13. Eadem quoque ratione explodenda erit eiuſdem Palatij Ruuij opinio in dicta repet.rubri. §.24. in fine.dicentis donationem propter nuptias(*quas arras vulgo vocamus*) factam cum iuramento vltra† decimam bonorum partem 44
validam eſſe, quãuis ſequatur eũ Anto.Gomez in.l.69. Tauri nu. 4. Nam cum huiuſmodi iuramẽtum in filiorum tendat præiudicium vires non debet habere, & ita placuit Montaluo in.l.1. titul. *de las arras*.libr.3. Fori, & illic Suarez quæſt.3.& Couar.in cap.quãuis pactum.2.par.§.ſecundo. nu. 8.Villalobos in ærario litera A. nu.251.Boerius de non melioran dis filiabus.cap.29.nu.6.& 12.vbi adijcit communem ſcriptorũ ſententiã Palatio Ruuio repugnare.

Limitatio.14. His item conſequens eſt dicere meliorationem cauſa dotis à patre filiæ factã iureiurando non

ſtabiliri vti ipſe Boecius doctiſsimè docet in dicto tracta. de non meliorandis filiabus.cap.29.

Limitatio 15. Ex his quoque decidi poteſt quæſtio illa in qua doctores non mediocriter concertant,an donatio omnium bonorũ † præſentiũ
45 tantum iuramento confirmetur: nam præſentiũ, & futurorũ hoc eſt pactum de ſuccedendo,quippè quæ ſit aduerſus bonos mores iuramento non confirmari iã dudum obtinuit, ſicuti reliquis conſentientibus tradit Bart.in.l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb.oblig.& apparet ex Duena Regul.219.ampliatione.2. Verum donationem omnium bonorum præſentium tantum iuramento confirmari prodidere Couarru.in Rubrica de teſta.2. part. num.5.& Anto.Gomez in.l. 69. Tauri.nu.4. Diuerſum vero ſentiunt Palat. Rub. & Caſtellus in dicta.l.69. Tauri. Ego ſanè ſuperiorem regulam ſecutus ſic mecũ ſtatuo. Si quidẽ donator liberos non habeat donationem iureiurando confirmari:ſin autem liberos habeat non confirmari iura-
46 mento,cum in manifeſtum† liberorum præiudicium donatio tendat, quæ ratio facit vt exiſtimem nõ abſurde dici in donatione extraneo facta quæ quintã bonorũ partẽ excedat,idẽ quoq; poſſe defendi,id eſt, iuramẽto nõ confirmari cũ ſit inofficioſa,& aduerſus titulũ.C. de inofficioſis donatio.

Superioribus quoque conſequẽs eſt dicere, donationẽ etiam iureiurando firmatam poſtea ſuſceptis liberis reuocari,ſicuti placuit Bartol.in.l.Titia. §. Imperator.ff.de leg.2. & Bernardo Diaz de Luco Regula.213.ampliatione 2.&(vt vno veluti faſce plures cõplectar) ſequuntur † quàm plu- 47
res relati à Tiraquello.in.l. ſi vnquàm.C.de reuocã.dona.in principio.nu. 168. & à Molina de primoge.lib.2.cap.2.num.35. *Limitatio.16.*

Ad hæc nullo etiam modo huius authenticæ definitionem admittemus in iuramento,quod vi dolo aut metu † factum ſit.text. 48
in cap.cum contingat. de iureiu. & in cap.quanuis pactum de pactis in.6.& in cap.licet mulieres. de iureiur.eodem libro. Hoc autem an ita accipiemus vt contractus nullus ſit ,iuramentumque vires habeat nullas , an ita vt teneat quidem cõtractus ſed detur exceptio obtenta prius iuriſiurandi abſolutione? Quod ſanè ſignificare videtur Romanus Põtifex in ca.ſi vero.& cap.verum.de iureiur.nam & contractus metu factus etiam nõ iuratus tenet, licet metus cauſa actione reſcindatur, vt gloſſa,& gloſſographi docent omnes in cap. Abbas quod metus cauſa. Contractus item dolo factus valet niſi in contractibus bonæ fidei dolus cauſam dederit contractui.iuxta gloſſę diſtinctionem. in.l. dolo.C. de inutilibus *Limitatio 17.*

stipul. & Bartol. in l. eleganter. ff. de dolo. & Iaso. in l. si quis cũ aliter. ff. de verb. oblig. nu. 2. & Doctor Padilla. in l. 2. C. de rescind. nu. 3. In hac tamen re bellissimè mihi visus est sensisse Panormit. in dict. cap. cum contingat. num. 3. & 21. qui ita distinguit. Aut iuramentum dolo aut metu præstitum accedit contractui iure permisso, & tũ tenet contractus estq; necessaria iurisiurandi absolutio: aut iuramentum accessit contractui iure improbato, & eo casu si cuti contractus non tenet ita nec quoque iuramentum, nec est necessaria absolutio : quam distinctionẽ, etsi autores qui ante Abbatem fuerunt non probent: reli qui vero deinceps ab eo interpretes omnes eam ibidem sequũtur, & Ioan. de Selua de iureiuran. 3. part. num. 37. & idem sentire videtur. glossa in dicto cap. Abbas de ijs quæ vi metus ve. in fine. cũ qua & reliqui quoque classici trã seunt. Eo igitur casu quo contractus dolo aut metu factus adiecto iuramento tenet petet minor (obtenta prius absolutione) in integrum restitutionem aduersus contractum, secundũ Corneum consil. 287. volum. 4. Quod si aduersarius excipiat de iuramento replicabit minor de dolo, sicuti docet glos. in. §. item sacramenta puberum verbo, sponte. de pace tenenda, in vsibus feud.

Limitatio 18. Cum autem dolo factum iuramentum vires non habeat vt modo diximus conuenienter dicendum est enormissima interuenie te læsione iuramentum vires nõ habere, cum nihil interest an dolus † interueniat ex proposito an re ipsa. l. siquis cum aliter. ff. de verbor. oblig. l. si superstite. C. de dolo. l. omnes. §. Lucius. ff. de ijs quę in fraudem credit. Huius sentẽtię autor est Petrus de Anchar. in Repetitio. cap. canonum statuta. quæstio. 11. principali, & latius consil. 180. & 338. & illius opinionem amplectitur Abb. nume. 23. & Anto. num. 13. in dict. ca. cum contingat. & Corneus consil. 11. & 258. & hanc testatur communẽ opinionem Iaso. consil. 133. nu. 8. volumine. 4. & Decius in cap. in præsentia. de probatio. nu. 36. & consil. 45. & consil. 180. & 181. & quanuis Alexan. dicat contrariã quoque opinionem communem esse in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obliga. nu. 10. Verum hanc magis communem esse opinionem testatur Curtius Iunior consil. 53. & Ripa Responso. 15. libro. 3. & Alcia. in dict. cap. cum contingat. num. 77. & Rolandus à Valle consil. 59. num. 25. & Matthæus Grillandus volumine commu. opinio. libro. 10. verbo, enormissima læsio, & Anto. Gabriel libr. 31. titul. de iure dotium. conclu. 2. nu. 8. & eam moribus receptam testis est Afflict. decis. 322. num. 9. hanc quoq; ex nostratibus sequuntur Couar. in cap. quanuis pactum. 3. part. §. 4. conclu. 3. & Variarum resolut. libro 2. cap. 4. nu. 5. Anto. Gomez de contract. titul. de restitu. minorum. nu. 20. & Gregor. Lopides in l. 6. titul. 29. Parti. 6. verb. *mayor*. Pinellus in l. 2. C. de rescinden. vend. 3. part. capit. 1. nu. 7. & 8. & ibidem Padilla nu. 43. & 44. & Gutierrius in repeti. huius Authen. nu. 92. Quam quidem sententiã intelligere te velim, etiam si enormissimæ læsioni renuntiatum sit à minore maioreve, amplius etiam si dixerit quidquid pluris constet donare se: parum hoc, etiam si vt est in vsu adiecerit petiturum se nunquam iurisiurandi absolutionem, & quando sibi cõcedatur, tum denuo alterum se iusiurandum repetere: hæc enim quoniam magis ex notariorum consuetudine quàm ex partium voluntate adscribi solẽt nullius sunt momẽti excepto eo si manifestis cõiecturis appareat contrahentem donationem facere voluisse. Hæc bellissimè docet Panormi. in cap. cum contingat. nu. 23. & illic Alciat. num. 77. & Philippus Corneus consil. 258. volu. 4. nu. 13. & consil. 189. volu. 3. nu. 12. Felinus in cap. debitores. nu. 9. de iureiur. Padilla in l. 2. nume. 43. C. de rescind. vendi. Couar. libro. 2. Variar. cap. 4. Domi. Francisc. Sarm. selectarum interpreta. libro. 1. cap. 11. nu. 4. & Gutierrius in hac eadem Authentii nume. 97. Plus inferam etiam si à principe confirmatus fuerit contractus adhuc non est intelligendum remẽdiũ rescissoriũ, quod ex enormissima læsione competit tollere voluisse, sicuti respondit Bellamera decis. 502. & Thomas Gram. decis. 66. nu. 50. Enormissimam vero læsionem quem admodum † accipiemus: tractant hoc superiores autores, atq; præcipuè Hieronymus Vereus in capit. in præsentia. de probationib. col. 5. & 16. & Grassus consil. 88. volu. 1. & Guido Papæ decis. 519. & nostras Ioannes Garcia vir imprimis eruditus ac fisci meritissimus procurator in tract. de expẽsis. cap. 18. nu. 33. Illud tamen inter eos magis conuenire videtur, vt enormis læsio dicatur ††, quæ parum iusti pretij dimidium excedit, enormissima vero sit quæ longè dimidium iusti pretij excedat. Cæterum quantus is excessus debeat esse ipsi speciatim nõ definiunt, sed iudicis arbitrio relinquendum esse putant. Baldus in l. si in emptione. ff. de minori. Alex. consil. 67. volu. 4. Molina de primog. lib. 2. c. 3. nu. 18. testatur cõem opin. Couar. libr. 1. Varia. c. 3. nu. 11. quãquã si læsio excedat triplum vel quadruplum vltra dimidium iusti pretij indubitato tenendum est enormissimã esse læsionem, sicuti scribit Grassus dicto consil. 88. volu. 1.

Expli-

50

51

Explicatio legum Regiarum, quibus prohibetur ne iuramentum contractibus adijciatur.

Limitatio 19.

AD extremũ vt veniamus ad leges Regias, qua de causa hunc laborem capesimus, magnopere illius Authenticæ definitionem restringit atque tantum non labefactare videtur † lex Regia. numer. 11. tit. 1. lib. 4. Recopi. qua etiam adiectis 52 pœnis coercẽtur laici, ne contractibus iuramenta subijciant quãquàm illius acerbitatem, siue rigorem temperauit lex. 12. sequẽs excipiens nonnullos contractus in quibus impune iuramentum adijcere licet. Ij sunt compromissum, dos, arrarum siue propter nuptias donatio, item venditio, atque alienationes perpetuæ: & denique reliqui contractus omnes qui valerent minus: si non iure iurando vallati forent. Porrò cæteris in casibus si iuramentum adijciatur, tam notarius quàm contrahẽtes pœnas dabunt, nulloque modo exequendum instrumentum erit, sicuti latiùs ipsis Regijs legibus est comprehensum. Dubitari tamen subinde solet an Regiæ illæ leges rogari iure potuerint: siquidem † iuramentum 53 (quippè quod spiritualis res sit) non tam ad principis sæcularis, quàm ad summi Pontificis iurisdictionem attinere videtur. capitulo venerabilem. de electio. debentque sæculares leges in ijs quæ ad materiam peccati pertinent sacris canonibus fasces submittere. capit. nouit. de iudicijs. Et iuris quidem communis interpretes huiusce modi legum autoritatem, tanquàm rem à non habente iurisdictione rogatam, plerique eleuant seu floccifaciũt, vt est videre apud Iaso. in hac eadem Authenti. & alios plures relatos à Pinello in. l. 2. C. de rescindenda venditione. 3. parte. capitulo primo. numero. 11. Contra verò nostrates iure optimo, has leges rogatas esse contendũt. Atque imprimis Segura. in. l. 1. §. si vir. numero. 138. ff. de acquirenda possessione. Palacios Ruios. in repetitione Rubricæ. §. 47. numero. 10. & in ca. per vestras. §. vltimo. numero. 30. Auend. in capit. correct. 2. parte. capitulo. 27. numero. 14. Ferdinandus Loazes, in §. Diui. numer. 378. Couarruuias in capitulo quãuis pactum. 1. parte. §. 3. numero. 8. Gregorius Lopez. in. l. 6. titulo. 4. part. 6. verbo *por no pueſta*. Pinellus in. l. 2. C. de rescindenda venditione. 3. parte. capit. 1. num. 11. Didacus Perez. in l. 6. tit. 2. libro. 3. ordin. & rursus in. l. 1. titulo. 8. eodem libro. Mexia ad legẽ Tole. 7. par. fundamẽto. 2. nu. 23. Gutierrius in hac Authen. nu. 151. Sed & hãc cõmunẽ esse opinionẽ affirmat Frãciscus Viuius in volu. cõmu. opinionũ. lib. 17. *Limitatio.*

libro. 17. verbo, *statutum*. Ego (vt dicam quod sentio) ita mecũ reputo quatenus leges Regiæ prohibent ne contractibus iuramenta adijciantur atque transgressores pœnis vlciscuntur iustissime latas fuisse. Quid enim prohibet vt non possit secularis princeps aliqua de causa motus, iurisque diuini (quo iurare prohibemur) documẽta secutus eusmodi prohibere iuramenta? Quid hic rogo ecclesiasticæ iurisdictioni iniuriæ facit ille: nihil quidem reputo, & ita quoque sentiunt Ioan. de Imola. & Dominic. in cap. quãuis pactum. de pactis in. 6. & Iaſ. in hac eadem Authen. col. final. & in. l. final. ff. qui satisda. cog. & Fortunius de vltimo fine. illatione. 20. & idem sentire videtur Panor. in cap. cum contingat. num. 12. de iureiu. & Angel. de Aretio. in. §. æquè. Instit. de exceptio. sentiat quanuis contrarium Anton. in dict. ca. cũ contingat. & Alex. consil. 18. vol. 6. num. 3. Porrò quatenus leges Regię iuramenti iam facti vires labefactant prohibentes ne contractus executioni mãdentur, hic subsisto: procliuior tamen sum eas iuri non sat consonas esse, quoniam in alienã messem falcem immittere videãtur, atque ita eas infirmas esse scribit Bartol. in. l. omnes populi. quæst. 2. num. 25. ff. de iustitia & iure, cui magno consensu assentiuntur reliqui: atque imprimis Abb. in ca. cum contingat. nume. 10. de iure iur. & Paulus in dicta Authenti. sacramenta puberum. Romanus consil. 11. Alexã. consil. 59. volu. 1. & consil. 185. vol. 2. & testatur cõmunem eam esse opinionem, idẽ Alexan. consil. 18. vol. 6. & Iason in hac eadem Authent. num. 85. Nam quod alibi Bartolus, idẽ scribit in. l. siquis pro eo. num. 9. ff. de fideiuss. irritum esse iuramẽtum, quod factum fuerit aduersus legem prohibitionem in personam dirigẽtem *truffa* est (vt illũ ipsius verbis notem) cum non tam verba quàm rei effectum spectare debeamus. l. non dubium. C. de legibus. l. 2. C. communia. de legat. Atque ita ab hac Bartoli opinione discrepant plerique omnes præsertim iuris Pontificij doctoris, vt est videre cum alias apud alios tum apud Couarru. in dict. cap. quanuis pactum. §. 2. & Iaso. in dicta Authent. num. 51. vbi ait communẽ ob iuris ciuilis & Pontificis interpretum opinionẽ Bartolo refragari. Et hanc quidẽ nostram distinctionem sentit quoq; Guillelmus Benedictus in capit. Raynuntius. verbo, duas habens filias. num. 247. de testa. Sed hæc hactenus de illius Authen. interpretatione. Longè enim longius quã principio cogitabamus nos materiæ perduxit vtilitas. Quam quã anteaquã ab ea discedamus ère erit vt tractemus an superioribus limitationibus quib' illius Authen-

Authen. diffinitione ceſſare dixi
mus. Audiendus ſit is qui iurauit
prius quàm obtineat iuriſiurandi
abſolutionem ad effectum agen
di, ſeu excipiendi? & quoniá bre-
54 ues eſſe ſtudemus † arridet mihi
maiorem in modũ Abbatis ſen-
tentia in dicto cap. cum contin-
gat. de iureiurando. nu. 3. & 21. ita
diſtinguentis. Aut iuramentum,
inquit, fuit præſtitum ſuper con-
tractibus iure non prohibitis, &
omnino eſt neceſſaria iuriſiuran-
di abſolutio, etiam ſi metus, vel
dolus acceſſerit contractui: aut
vero iuramentum fuit præſtitum
ſuper contractibus iure prohibi-
tis, vt puta in alienatione rei do-
talis, & eo caſu ſi dolus, aut me-
tus acceſſerit contractui, ſecurè
poterit actor ſtare in iudicio abſ-
que iuramenti abſolutione: atq;
hoc pacto reducit Panormitanus
in concordiam textum in capit.
verum. & cap. ſi vero. de iureiur.
cum cap. cum contingat. eodem
titulo, qui alioqui non mediocri
ter diſsidere videbantur. Hanc
vero Abbatis diſtinctionem am-
plectitur Alciat. ibidem nu. 3. &
Francus in cap. quanuis pactum.
de pactis. in. 6. col. 6. Felinus in
cap. 2. de iureiur. Selua de iureiu.
3. par. nu. 37. & 65. & quamquam
non deſint plures, qui reclament
quos refert Couar. in. 4. decreta-
lium. 2. par. cap. 3. §. quinto. nu. 2.
verùm hæc Abbatis opinio quo-
tidiano iudiciorũ vſu (quem pra-
xim appellamus) recepta eſt, vt
idem Couar. autor eſt loco mo-
do citato, & rurſum libr. 1. Varia-
rum ca. 4. nu. 7. & Molina de pri
mogen. libr. 2. cap. 3. nu. 13. Quod
autem de cõtractu metu, aut do-
lo factum diximus, idem in con-
tractu in quo enormiſsima inter
uenerit læſio recipiendũ eſſe ſcri
ptum reliquit Caſſanæus conſil.
vltimo. & Iaſ. conſil. 133. lib. 4. De
cius conſi. 379. qui teſtantur eam
communem eſſe opinionem: re-
fert quoq; eiuſdem ſententiæ nó
paucos aſſertores Pinellus in re-
pet. l. 2. C. de reſcind. vend. 3. par.
cap. primo. nu. 8. & Gutierrem in
præſentiarum. nu. 96. licet ipſi in
contraria reſideant ſententia, &
citent alios, qui illam communẽ
affirment. Verum hanc opinio-
num ſimultatem ipſe componẽ-
dam arbitror ex illa Panormita-
ni diſtinctione, itaq; ſi enormiſsi
ma læſio interueniat in cõtractu
iure prohibito neceſſaria nõ erit
abſolutio iuramenti: ſin minus
erit neceſſaria, quãdoquidem, vt
paulò antè diximus inter dolum
ex propoſito, atq; dolum re ipſa
idem iuris ſit.

Meminiſſe quoque debemus
ad hanc abſolutionẽ quæ ad effe
ctum † agendi vel excipiendi pe 55
titur neceſſe non eſſe, vt aduerſã
rius citetur: quæ autorũ crebrior
eſt ſententia teſte Afflicto deciſ.
220. nu. 10. & Couar. libr. 1. Varia.
cap. 4. & Roland. à Valle cõſil. 13.
& 34.

& 34. lib. 1. & conſil. 2. & 50. lib. 2.
& Gutierrio in præſenti nu. 109.
& ita vtimur, ſicuti fidem facit
Ioſeph. Ludouic. deciſ. 18. nu. 9.
Ex hac enim abſolutione mini-
mè læditur aduerſarius cum tan-
tum ad cautelam indulgeatur, vt
poſsit, ſcilicet, pars abſque periu-
rij metu iure ſuo experiri? cæterũ
ſuo marte cauſa debet decurrere
aduerſario iure ſuo integro rema
nẽte. Proinde ſi apud iudicẽ eccle
ſiaſticũ principaliter de iuramen
ti viribus, hoc eſt, de contractus
reſciſsione ageretur, ibi citandus
eſſet aduerſarius, ſicuti rectiſsi-
mè animaduertit Alciat. in cap.
cum contingat. num. 124. de iure
iuran. & Couar. libro. 1. Varia. ca-
pit. 4. num. 5. & hoc idem caſu in
telligenda ſunt quæ affert Min-
cha. controuerſ. libr. primo. cap.
ſecundo. num. 17. & Oroſcius in
l. nec quicquam. §. vbi decretum.
nume. 60. ff. de officio proconſu-
lis. & itẽ Didacus Perez in. l. pri-
ma. titul. ſecundo. libr. tertio. or-
din. Sed neque illud erit obliui-
ſcendum ſi in contractu (vt ho-
die fieri aſſolet) iurauerit contra-
hens non petiturum ſe abſolutio
nem iuramenti, oportere, huius
quoque alterius iuramenti peta-
56 tur † abſolutio, ſicuti admonet
Afflict. deciſ. 30. num. 5. ſed & il-
lud quoque cauendum eſt, vt ab-
ſolutio petatur priuſquam in per
iurium debitor incurrat, alioqui
nulla erit abſolutio, ſicuti placuit
Ioan. And. in. c. debitores. de iu-
re iur. & Abb. in. c. 1. eodem titu.
nu. 13. vbi bene declarat & Alex.
conſi. 17. volu. 7. & Albert. Brun.
conſil. 46. & Felinus dicto cap. 1.
nu. 28. Atq; his quàm breuiſsimè
explanata videtur materia illius
Authen. *Sacramenta puberum.* quæ
ſecundum Paulum de Caſtro ibi
dem eſt profunda multum, atq;
prolixa. Nos vero, vt videmur nõ
minus planiſsimam quàm bre-
uiſsimam effecimus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio non transfertur in hæredem niſi apprehenſa poſſeſsione bonorũ hæreditariorum.*
2 *Cum bona ſunt vacantia ſuapte autoritate poteſt hæres bonorum hæreditariorum apprehendere poſſeſsionem.*
3 *Quis legitimus ſit contradictor ad impediendam hæreditatis immiſsionem.*
4 *Quicunq; legitimam allegauerit cauſam ad impediendam immiſsionem illamq; incõtinẽti paratus ſit probare, audiẽdus eſt.*
5 *Legitimus dicetur contradictor is qui teſtatoris mortis tẽpore legitimè poſsidebat.*
6 *In ſpecie legis Sorianæ non eſt admittenda dominij exceptio.*
7 *In remedio adipiſcendæ poſſeſsionis locũ habet exceptio dñij ſi incõtinẽti probetur.*
8 *Remediũ cõpetens ſucceſſori in maioratu ex Taurina lege datur cõtra tit. poſsidẽtẽ.*
9 *Exceptio dominij quæ conſtet aut re iudicata aut confeſsione partis, ſeu guarentigio inſtrumento admittenda eſt aduerſus immiſsionem petentem.*
10 *Legitimus eſt contradictor qui habet titulum potiorem quàm hæredis, quiq; immiſsionem itidem mereatur.*
11 *Filius exhæredatus legitimus eſt contradictor hærede inſtituto veras exhæredationis cauſas eſſe non probante.*
12 *L. 2. C. de edict. Diui Adria. explanatur.*

13 *Mulier p dote an legitima sit cõtradictor.*
15 *Mulier pro quæstibus quæ constante acquisita sunt matrimonio an legitimus sit contradictor.*
14 *Dominium necnon possessio bonorũ constante matrimonio acquisitorũ mortuo marito statim pro parte transeunt in vxorẽ.*
15 *Verbum sum, es. sui, dominium significat.*
16 *Successor in maioratu legitimus est contradictor.*
17 *Possessio quæ ex lege Taurina 45. transfertur in maioratus successorem vera non ficta est possessio.*
18 *Lex Taurina habet locum etiam in bonis fideicommisso vinculatis.*
19 *Quando vltimus possessor habebat bona tanquam bona maioratus vocatus ad primogenium est legitimus contradictor, etsi non constet de titulo maioratus.*
20 *Intellectus. § inter filiam, si de feudo fuerit controuersia.*
21 *Si qua oppida fuerint possessa ab vltimo maioratus decessore titulo ducatus aut comitatus etsi non appareat esse bona maioratus primogenitus debet hæredi præferri in adipiscenda possessione.*
22 *Titulus ducatus comitatus similiumq; dominationum à solo concedi Regi potest.*
23 *Eo ipso quod bona possidentur titulo ducatus & similium dominationum cẽsentur esse bona maioratus.* (*sicnẽ.*
24 *Exceptio collationis hãc nõ impedit immis-*
25 *In iudicijs summarijs nõ admittũtur exceptiones longiorẽ requirentes indaginem.*
26 *Allegans impensas factas in re hæreditaria an legitimus sit contradictor.*
27 *L. 3. titul. 15. libr 4. Recopil. explanatur.*
28 *Remedium possessorium legis finalis. C. de edict. Diui Adri. tol. & legis Sorianæ, anno non excluditur.*
29 *Condictio ex lege personalis est actio.*
30 *Cũ hæredes super apprehẽdẽda possessione tumultuãtur quid ius dicens agere debeat.*
31 *In his remedijs possessorijs appellatio non habet effectum suspensiuum.*
32 *Hæredibus in possessionem missis dissentientibus quid iudex agere debeat.*

De adipiscenda hæreditatis possessione ad intelligentiã l. fin. C. de edict. Diui Adria. tollen. atq; legis Regiæ Sorianæ, quæ est hodie. l. 3. tit. 13. lib. 4. Recopil. & potissimum tractatur quis sit legitimus cõtradictor, qui illarum legum possit impedire remedium. CAP. V.

CUm hæredes facti sumus (Iurisconsultus inquit) *adita hæreditate, omnia quidem iura ad nos transeunt: possessio autem nisi naturaliter comprehensa sit ad nos non pertinet.* l. cum hæredes. de acq. posse. ad apprehendẽdam autem † hanc possessionẽ cum bona vacãtia sunt & à nemine possidentur, non iudicis autoritate opus habet hæres, sed suo potest iure vti secũdum Bald. in l. fi. C. de edict. Diui Adria. tol. col. 1. & Iaſ. in d. non dubium. C. de legatis. Cæterùm quãdo ab alio occupata sunt bona & iudex est adeũdus nõ pauca ad eã rem sunt iure interdicta, seu remedia introducta: duo tamẽ imprimis sunt quibus præcipuè hæredibus prospicitur: alterũ est iuris cõmunis, alterũ nostratis iuris. illud est. l. fin. C. de edict. Diui Adr. hoc. l. 3. tit. 13. libr. 4. Recopil. quæ ex oppido Soria, vbi rogata est cognomẽ ac

cepit Sorianaq; vulgò appellatur. Harũ vero legũ vsus cũ foro frequẽtissimus sit ad nostrũ rerum quotidianarũ institutũ pertinere putaui. Differt autẽ remediũ hoc Sorianæ legis ab illo legis finalis, 2 qm̃ † remedium hoc datur omnibus successoribus, siue ij consanguinei fuerint nec ne: cæterũ Sorianum remediũ solum datur liberis aut cõsanguineis. Rursum illud datur tantũ ex testamento: hoc Sorianũ datur tam ex testamento, quàm ab intestato. Illud quoq; nouè, atq; num primũ Soriana lex illa introduxit, q̃p inuasores hæreditariũ rerum quarum liberi, aut consanguinei hæredes fuerint dant easdẽ pœnas quæ anterioribus legibus in violẽtos alienarum rerum inuasores statutæ sunt, scilicet in. l. si quis in tantã. & similib. cum interim lex illa finalis, nihil de ea re sanciat. Præter has igitur differentias cæteris in casibus hæc duo remedia mutuo inter se cõueniunt sibiq; inuicem respondent: proinde quę ad interpretationẽ illius legis finalis ibidẽ effuse à doctoribus traduntur ad hãc quoq; Regiã pertinere dicẽdũ est siquidẽ lex noua loquẽs in casu de quo lex vetus ampliat & limitatur, & secũdũ regulas & exceptiones legis antiquæ, glossa Bart. & Iaſ. in l. sciendũ. ff. qui satisd. cog. idẽ Bart. in Auth. sacramẽta puberum. nu. 8. C. si aduers. vend. Bald. in rubr. de causa poss. & prop. ad fin. Alex. cõsi. 171. vol. 7. Ergo superuacuum fuerit si velim ipse ex professo legum istarũ interpretationem aggredi: quandoquidẽ sit ea lex finalis à tot doctissimis viris tam priscis, quàm neotericis, tam plenè elucidata, atque expositа. Nam præter vetеres scriptores nouissimè in illius interpretatione strenuè incubuere Sebastia. Sapia. & Zuchardus in peculiaribus illarum legum repetitionibus, & aliàs alij multi multa in illius intelligentiam attulere, præsertim Angel. in. §. quadrupli. Instit. de actio. & nostras Anto. Gomez in. l. 45. Tauri nu. 134. & inter omnes copiosius illius prosecutus est nuper interpretationẽ Menoch. de adipiscẽda poss. remed. 4. vbi ergo tot viri doctissimi nauarunt operã nostra frustra erit. Iamq; extimescẽdum est, ne iuxta vetus puerbiũ crambe bis cocta mors sit. Illud tñ in quo ex omniũ sententia totus illius legis intellectus pendet tangere non omittam. Quis nam sit legitimus contradictor ad impediendam † immissionem lege illa finali hæredi concessam. 3 In quo quidem interpretes ipsos tam veteres, quàm recentiores adeo discordes palantesque video, atq; in eum locum illorum dissensione res adducta est, vt vix, aut certè ægrè elicere possis ex illis, quid potissimum sequaris. Fuere autem huius dis-

ſenſionis principes, atq; autores Alderi. & Azo. Aldericus enim legitimũ contradictorẽ putabat, eum qui haberet titulũ ſimilem titulo petentis, aut qui haberet poſſeſsionẽ tempore quo defunctus moreretur. Cõtra vero putabat Azo, legitimũ contradictorẽ eſſe quiſquis haberet titulũ in vita defuncti, etſi nõ haberet poſſeſsionẽ tempore quo decederet. Hoc inter Aldericũ & Azonem diſsidiũ memorant gloſ. in. d. l. fi. verbo, legitimo, & reliqui omnes deinceps ab ea interpretes: quam quã & ipſi vario modo illorũ ſententiã referãt, atq; alij aliter. Alderici vero opinionẽ verioré affirmat Accurſius inibi, & eã quo quo ex veteribus cõplectitur Iacabus Butrig. vt refert Bart. Reliqui vero autores neutras potiſsimũ partes ſequũtur, ſed illos potius cõciliandos curãt propoſitis ad id diuerſarũ rerum multis ſpeciebus. Et ſanè tam vaſti, atq; perplexi ſunt adeoq; diſcordes, vt funiculum ex arena (quod Græci aiunt) facilius nectas, quã illos in concordiã redigas. Proinde ſimihi credas hic ſi qñ alicubi omittẽdos riuulos (hoc eſt interpretes cœno turbulẽtos) & fontẽ ipſum id eſt, Iuſtinianã petendũ puto: vnde limpidiſsimã queas exhaurire aquã. Sanè pol in diuerticula prolapſis nihil ęquè cõuenit quã vt viæ caput repetant vnde certũ carpere poſsint iter. Principio autem animaduertendũ erit, duplicem hic de legitimo cõtradicto 4
re quæſtionẽ verti. Vnã quis ſit legitimus cõtradictor, qui audiendus ſit, & admittendus ad docendum de iure ſuo: alterã quis legitimus ſit cõtradictor qui admiſſus impediat immiſsionem, ſeu remedium introductum per illã legem finalem. Et q̃ pertinet ad priorem quæſtionẽ Doctores vario modo rẽ explicãt: aliter enim Bartol. nu. 21. & aliter Bald. quæſtio. 5. & alij deniq; aliter ſentiũt verum, vt paucis dicam, hoc iure vtimur: vt quicunq; iuſtam contradictionis allegauerit cauſam illamq; incontinẽti paratus ſit probare audiendus ſit, vt docere de iure ſuo poſsit, id quod ſentiunt Bart. & Bald. & pleriq; alij in. d. l. finali. & probatur apertè apud nos in. l. 2. titu. 14. Parti. 6. quæ de hac eadem quæſtione agens, ita ſubiunxit. *Fueras ende ſi luego quiſiere prouar lo que dize, ſin alongamiẽto ninguno, ca entonces deue ſe detener la entrega, e oyrle e recebirle las probanças ſobre eſtà razon.* Incontinenti vero quemadmodum accipiemus? Et ſcribit Alex. in. l. 2. C. de edict. Diui Adr. toll. incontinenti dici quando ante litis deciſionem cõtradictor docuit de iure ſuo, ſed plures certioreſq; tradunt id totum iudicis ſtatuendũ eſſe arbitrio. glo. in. l. is à quo, verbo, hodie. ff. vt in poſſeſſ. leg. quã teſtatur cõem Anto. Gomez in l. 45.

l. 45. Tauri. nu. 145. & alij relati à Menochio de adipiſcẽda poſſeſſ. remed. 4. quæſt. 21. nu. 259. Quod vero ad alteram quęſtionem multo difficiliorem attinet intermiſſis interim interpretum commẽtarijs, quæ vt diximus miro modo perplexa ſunt, atq; Iuſtinianũ ipſum potius ſequentes tria nobis axiomata, ſeu concluſiones ex ipſiuſmet legis contextu proponenda ſunt. Prima erit de contradictore, qui teſtatoris mortis tẽpore poſsidebat. Altera de contradictore qui teſtatoris mortis tẽpore non poſsidebat. Tertia de cõtradictore qui tẽporali nititur præſcriptione, quibus expoſitis ſpero futurũ, vt totus hic de legitimo cõtradictore tractatus, qui alioqui tam miſere ſcriptorũ eſt diſſenſiõe cõfuſus iam deineeps noſtra opera quã planiſsimè iuxtaq; breuiſsimè percipiatur: quæ omnia, etſi ad interpretationẽ legis finalis. C. de edict. Diui Adr. tol. protendant eadem tamen, & de lege Soriana dicta eſſe intelligere debes, cum hæ in hoc argumento de tertio poſſeſſore eodẽ iure cenſeantur, ſiquidem in omnibus congruunt præter pauca illa quæ principio diximus.

Diuiſio quæſtionis.

Prima Concluſio.

SIT igitur prima concluſio. Cõtradictor legitimus, vt qui huius legis finalis. C. de edict. Diui Adria. atque legis Regiæ Soriana remediũ † impediat, dice- 5
tur is qui teſtatoris mortis tẽpoẽ legitimo modo poſsidebat; quæ ſanè cõcluſio probatur apertè in illa lege finali, ita enim ait, *Mittatur quidem inſtitutus in poſſeſsionẽ earum rerum quæ teſtatoris mortis tẽpore fuerunt, nõ autem legitimo modo ab alio detinentur.* Probatur etiam in l. 2. titul. 14. Parti. 6. ſic enim ait, *Deue lo meter en poſſeſsion e en tenencia de los bienes de la heredad e de todas las otras coſas que el teſtador auia e tenia a la ſazon que fino.* Idẽ quoq; Soriana illa lege probatur. In cauſæ igitur cognitione hoc ſolũ verſabitur, quiſnã teſtatoris mortis tẽmpore poſsideret defunctuſne an ipſe cõtradictor, nam ſi cõtradictor legitimè poſsideret tuendus erit in poſſeſsione, ſin defunctus mittendus erit hæres in poſſeſsionẽ, nec obſtauerit quicquã huius cõtradictoris allegatio niſi oſtẽdat titulum potiorem quàm hæredis quiq; etiam immiſsionẽ mereatur, vt ſequenti concluſione dicemus. Extat autem huius rei ratio, quia quãquã hoc remedium reſpectu ipſius hæredis adipiſcẽdæ poſſeſsionis ſit: cæterùm inſpecta ipſius defuncti perſona, cuius vices hæres ſuſtinet, reſtitutorium eſt. l. 1. ff. quorum bonor. gloſ. in. §. ſumma, verbo, *bonorum poſſeſsio.* Inſt. de interdictis. & illic Faber, & Angel. Petr. de bella Pertic. in. l. 2. C. quorum bonorũ. Bald. in. d. l. fin. C. de edict. Diui Adria. q. 5. Anto. Gomez in. l. 45.

Tauri nu.128. Afflict. decis.119. in fine. id quod non obscurè lex illa Soriana ostēdit, atq; ita ex ea notat Palac. Ruui. in l. 45. Tauri nu. 26. & Suarez titul. *de las herencias.* nu. 15. & 19. bellissimè ex eo inferens † in specie illius legis Sorianæ admittendā nō esse exceptionē proprietatis etsi possessor paratus sit incontinēti de iure suo docere, & idē placuit Didaco Perez in l. 1. tit. 14. lib. 3. ord. verb. *luego.* Quorū sententia verissima mihi videtur cum vt diximus respectu defuncti cuius iure hæres fingitur restitutoriū sit, certūq; sit spoliatū ante omnia restituendū esse nec audiendū spoliatorē qui velit dominiū incōtinenti probare l. si quis ad se fundū. C. ad. l. Iuliā. de vi publi. l. 1. §. 1. ff. de vi & vi armata. l. si maritus. C. de dona. inter. l. 1. C. si per vim vel alio modo. l. si quis emptionis. §. sed hæc super illis. C. de prę̄scr. 30. vel 40. ann. c. 1. & ca. literas. & ca. in literis. de rest. spol. c. fin. de ord. cog. c. licet ep̄s. de præben. l. fin. tit. 10. par. 7. Bart. Paul. & reliqui in l. si de vi. ff. de iudic. ijdem & reliqui classici in l. naturaliter. §. nihil cō mune. ff. de acq. poss. Boerius decis. 238. Menoch. de recupe. possi. rem. 1. q. 21. Ant. Gomez in l. 45. Tauri. q. 182. Ex quo deducitur licet in interdicto adipiscēdæ possessionis dominij admittatur exceptio quando probatiōes† offeruntur incōtinēti secūdū glossā

7

& oēs in l. si de vi. ff. de iudic. l. 3. §. causæ. ff. de carbonia. edicto. l. 27. tit. 2. par. 3. habetq; eo casu locū regula illa, dolo facit qui petit quod restituere debet, itē licet inter scriptores magna fuerit cōtro uersia an fictus spoliator qui scilicet bona vacātia sine violētia apprehēdit audiēdus sit tuenduſq; in possessione, si statim dominiū ad se pertinere probet. Siquidem glossa in l. cū quærebatur. C. vnde vi. verb. *per ignorantiam.* audiendū eū esse scribit, & idē placuit illic Bart. nu. 11. & in l. si de vi. ff. de iudic. atq; itē in l. fin. nu. 21. C. de edict. Diui Adr. tol: & hāc testatur cōem opin. Alex. in l. natura liter. §. nihil cōmune. ff. de acqui. poss. nu. 24. & eodem loci Zazius nu. 65. & Menoch. de recup. poss. q. 21. nu. 245. Contrariā tamē opinionē amplectitur idē Bart. parū sibi cōstās quod alibi raro sibi accidit in l. si coloni. n. 2. C. de agri. & cēsit. lib. 2. & Socin. in l. rē quę nobis. ff. de acq. posse. & alias alij sæpius. Verū hodie in casu illius legis Sorianæ cū inuasor rerū hæreditariarū verus sit nō fictus spoliator dicendū est eū audiēdū nō esse etsi velit incōtinēti suū p̄bare dominiū. Ex quo etiam sequitur tantūdē probādum esse in specie illius legis finalis. C. de edic. Diui Adr. Nā cū Soriana illa lex edita fuerit causa ampliandæ illius legis finalis, quod in ampliāte definitum est, idem quoque & in ampliato

phiato definiendum erit secundum Baldi egregiam sententiam

1 1 in Rubrica, de causa possessio. & proprie. sub finem. Apparet itaque ex duabus illis opinionibus contrarijs ijsdemque communibus posteriorem hanc iuxta ius nostrum Regium veriorem esse, audiendumque minimè esse inuasorem rerum hæreditariarum vacantium etsi velit in continenti de dominio suo p̄bare id quod

2 1 & quantum ad ius commune attinet verius esse affirmauit Beroius in cap. 1. de rest. spoliatorū. nu. 31. Ex quibus omnibus illud

8 quoq; deducere licebit † verum non esse, quod Doctor Molina vir alioqui doctissimus autore di ligentissimus scribit de primog. libr. tertio. capit. 13. nume. 54. Remedium possessorium quod successori in maioratu datur per legem 45. Tauri locum non habere aduersus titulo possidentem: illi enim cum superiora omnia quæ diximus ex professo repugnant, tum lex ipsa Taurina quæ apertissimis verbis contrariū definit & refragatur illi quoq; quod scriptum est à Gregorio in l. 2. titulo. 14. Parti. 6. verbo, *luego.* & à Couar. libro. 3. Varia. cap. 5. nu. 6. & Menochio de recept. poss. remedio. 1. quæst. 37. & à Decio cōsilio 84. nu. 1. volu. 1. & quæ copiosius affert Minchaca cōtrouersiarum. cap. 57. nu. 19. & 20. Sunt tamen superiora limitanda nisi dominij exceptio cōstaret aut ipsius met spoliati cōfessione †, aut in-

9 strumento guarentigio, aut re iudicata cū ipso defuncto ipsiusve hærede trāsactis, nā his casib⁹ cū notoriè de spoliatoris iure cōstet non est restituēdus spoliatus. Alexan. in §. nihil cōmune. nu. 12. & ibidem Ias. num. 43. & Ripa 35. & Zazius 46. Decius consil. 303. nu. 24. Crauete consil. 302. & 321. Lapus allegatio. 24. Corsetus ad regulā spoliatus. Fallentia 28. & 35. Greg. in l. 27. tit. 2. Parti. 3. verbo, *que se lo entregue.* & rursus in l. fin. titu. 10. Parti. 7. Minchaca contro uers. lib. 2. ca. 88. vbi rem explicat accuratè. Etenim notorius defectus proprietatis obstat spoliato c. ad decimas. de resti. spoli. in. 6.

Secunda Conclusio.

SEquitur altera cōclusio. Contradictor legitimus quālibet testatoris mortis tēpore nō possideret dicetur is qui ostendat titulum legitimum, atq; immissione itidem dignum. Nam si contradictor † habeat titulum potiorem 10 quā hæredes, isq; immissionem itidē mereatur præferendus erit in possessione danda. Hanc conclusionē probāt apertè illius legis finalis verba quæ eiusmodi sunt. *Sin autem aliquis contradictor extiterit tunc in iudicio competenti causa in possessionem missionis & subsecutæ cōtradictiōis ventiletur, & ei possessio acquiratur qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit.* Probat etiam

apertissimè l.3.titul.14. Partit.6. ità enim, inquit, *Si otro alguno viniesse ante el mismo Iuez e dixesse que el auia mejor derecho en la heredad, porque fuera despues establescido por heredero del fazedor del testamento, o por otra razon alguna que mostrasse, e que dixesse que lo queria luego prouar estonces deue el juez ver amos los testamentos e oyr las razones de amas las partes, e el que mostrasse que ha mejor derecho en la heredad, aquel deue ser entregado en ella.* Ex quibus vtique verbis facile arguitur verum non esse quod scribit Bart. in dicta.l. fin.nu.11. contradictore (qui allegat titulum similem titulo petenti hæreditatem) possidente non habere locum remediũ illius legis finalis, sed remittendos esse litigatores ad iudicium ordinariũ. Etenim, vt cætera omittam expressim lex illa Regia contrariũ definit. Sed neque satis quidem in lege illa finali Bartoli probatur opinio, nam quod illic continetur, vt si legitimus contradictor extiterit in iudicio competenti vtriusque causa ventiletur, non eò pertinet, vt ad iudicium ordinarium remittantur litigatores, sed potius, vt in eodem iudicio de vtriusque iuribus legitimè disceptetur, & ei possessio acquiratur qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit. Itaque licet Bartolo assentiantur plurimi, verior est tamen Decij opinio, qui cõtrariũ ibidem sentiebat nu.42.

Secũdum hæc igitur filius exhæredatus legitimus erit contradictor † si hæres institutus nõ probet veras esse exhęredationis causas, ad eũ etenim huiusmodi probatio spectat, iuxta tex.in Auth. vt cum. de appellatione cognoscitur.§.aliud quoq; capitulum.l. 8.titu.7.Part.6. Quid ais? An nõ memineris textum in.l.2. C. de edict.Diui Adria. tollen. qui expressim definire videtur contrarium? † audi rogo si vis illius verba. *Quanuis*, inquit, *quis se filium defuncti præteritum esse alleget, aut falsum vel inofficiosum testamentum, seu alio vitio subiectum, vel seruus defuncti esse dicatur, tamen scriptus hæres in possessionem mitti solet.* Quid ni meminerim? sed si tibi placet textus ille accipiendus est nisi modo velit filius incontinenti de iure suo docere, secundum glossam il lic verbo, quanuis, quam illic omnes ad vnum interpretes sequuntur. Atque item Ant. Gomez in l.45.Tauri nu.147.& Menochius de adipiscenda parentis remedio 4.nume. 752.vbi ait, legem illam iniuria non vacare, si aliter illam acciperemus. Atque vt ego sentio illius legis decisio procedit secundum vetera iura quibus licentia data erat parentibus, vt etiam sine causa exhæredes filios facere possent. l. in suis. ff. de liberis & posthu.& l.liberos.C.de inoffic. testamen.fuit enim illius legis autor Alexander Seuerus, cuius seculo

culo floruere Vlpianus, Pomponius Sabinus alijque Iurisconsulti quorum scriptis magna ex parte digestorum cõpositæ sunt volumina, vt apparet cum ex alijs annalibus, tũ ex Petro Mexia in vita Alexandri Seueri, & Vdalrico Zazio in.l.2.ff.de origine iuris ad finem. Quando igitur veteris illius iuris acerbitas nouo iure emendata est, neque liceat hodie parentibus, nisi iustis de causis filium exhęredare: nõ statim in dicta causa occludendus erit exhæredatus filius sed audiẽdus potiꝰ, & cognita causa decernendũ veræ ne an falsæ exhęredationis causæ fuerint, vt si veræ quidem scriptus hæres mittatur in possessionem bonorum, sin minus filius quanuis exhæredatus, ex beneficio, scilicet, illius legis Sorianæ: quod filio iniustè exhæredato dãdum esse arbitror, quando & interdictum quorum bonorum cõpetere constet illi cui bonorum possessio contra tabulas data est, secundum Salycetum in.l. 2. C. quorum bonorũ, & Angel. in. §. quadrupli. Instit.de actio. nu.34. Videamus igitur an mulier pro dote quam defuncto marito dedit legitimus sit † contradictor, & videtur sic sanè ex eo quod vulgo dicitur & à plerisque traditur habere eam retentionem in bonis mariti defuncti, donec dos sibi soluatur Bart.in.l.si filio.1.ff.soluto matr.Bal.in.l.1. C. de pign. actio.& in.l.1.C.de seruo pignori dato manu.& in.l.penulti. C. de non numer. pecu. atq; rursus in l.cum tibi.C.qui potio.in pig.habea.Ias.in.l.si non sortem.§. centum.ff.de cõdit.indebiti. ad finẽ. Angelus in tract.malefic. §. eius bona publicamus. Decius consil. 671.vol.5.nu.6.Pala. Rub. in Repetitione cap.per vestras.ampliatione.14.Gregor.Lopides.in.l.9. titul.2.part.5. verbo *despues* Que sada diuersa.quæstionum cap.14. Ioseph.Ludo.Decis. 12. num. 18. & decis.61.num.2. vbi plures allegat, & decis. 108. Vbi communẽ testatur. Porrò ècõtrario nõ posse mulierem hanc impedire missionem suader, quòd ipsa testatoris mortis tempore non possidebat l.in rebus.C. de iure dotiũ.l.vnica.§. exactio.C.de rei vxor.act.l. qui iure familiaritatis.ff.de acquirend.possess. Non erit igitur legitimus cõtradictor iuxta priorem conclusionem à nobis propositã, & hanc sanè partem reuincere videtur textus in. l. dotis actione. C.solut.matrim. illius enim hæc verba sunt. *Dotis actione successores mariti super eo quod ei dotis nomine fuerat datum cõuenire debes: ingrediẽdi enim possessionem rerum dotalium, hæredibus mariti non consentientibus sine auctoritate competentis iudicis nullam habes facultatem*, quam vtique legem singularem dixit ibidem Baldus, & in.l.1.C.de seruo. pignori dato.& Ias.in.l.2. C. de iure

emphy. num. 102. & 107. & ex ea notat Angel. licet mortuo marito dominium rerum dotalium transeat ad mulierem non tamen possessionem, & hãc opinionem hoc est, mulierem pro dote non posse impedire hæredis immissionem, amplectitur Paulus de Castro in l. si cui. C. de non numerata pecu. & sequi videtur Socin. consil. 131. col. 2. & Decius consil. 231. vol. 2. & Beroius consi. 60. volumine. 2. & Baldus de Bartholinis. in l. 1. ff. solut. matri. num. 301. Verum quia dotis causa semper, & vbique præcipua est, vt Iurisc̃o sultus inquit in l. 1. ff. solut. matr. Ego sic distinguendum arbitror, vt planè quod attinet ad ipsa bona dotalia quæ extent mulier anteferenda sit, cum constet illius potiora iura esse, suffragatur ergo illi lex illa finalis. C. de edict. diui Adria. toll. & l. 3. titul. 14. part. 6. & secunda hæc conclusio, quam ex illis proposuimus suffragatur quoque textus in Authen. de exhibendis reis. §. fin. coll. 4. & apertius probari videtur in. l. siquis posthac. C. de bonis prescript. lex autem illa dotis actione, vt ego suspicor, quantum ad hæc bona dotalia quæ extant, loquitur sanè secundum antiqua iura iuxta quę etiam soluto matrimonio dominium rerum dotalium non transibat in mulierem, sed potius in hęredes mariti, vt apparet ex. l. quidam. ff. de acquirend. rerum domin. hodie secùs, vt in. l. in rebus. C. de iure dotium. Bart. in. l. si mora. ff. solut. matri. Ergo pro rebus dotalibus quæ extent præferendam mulierẽ esse puto. Cæterum si pro dote æstimata aut rebus doris à marito alienatis desideret mulier in bonis mariti filio aut hæredi scripto anteferri, audiendam non esse puto hoc iudicio summario sed ordinario potius experiri debere. Nam quod de retentione tradunt interpretes quàmquàm aduersus hæreditarios creditores verum sit, vt in l. vbi adhuc. C. de iure dotiũ. aduersus tamen hæredem mariti locum non habere facilè conuincitur, ex illa l. in rebus. C. de iure dotium, atque ex l. vnica. C. de rei vxor. actione, atque præcipuè ex illa lege dotis actione. C. soluto matrimo. cuius nodus ceu alter gordius difficilis ita est, vt profligari vix queat. Hanc tamẽ adhuc locum nõ habere existimauit Baldus in l. penul. C. de pign. actio. & in l. 1. C. de seru. pign. dat. manumisso. quantum attinet ad domum in qua vxor cum viro habitauit, nec quantum ad ea quæ intus sunt, siquidem in his cum sine vitio aliquo remanserit in possessione mulier: erit inquit Baldus in retentione illorum tuenda donec dos sibi soluatur, & ad hanc Baldi opinionem plerumque humanitate suggerente decursum fuisse scio. Mulierum enim (vt Iustinianus inquit (quis non misereatur) ꝓpter obsequia quæ maritis præstant propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationẽ pro qua multa nostris legibus inuenta sunt priuilegia l. assiduis. C. qui potiores in pign. habea. Atque ita Baldum sequitur Baldus nouellus de dote. 8. part. limitatione 13. nu. 20. & Iaſ. in l. si non sortem. §. si centum. in fine. ff. de condict. indebiti. & Capicius decis. 119. nu. 3. & illius opinionem luce clarius probat apud nos. l. 2. titul. 14. Parti. 3. in fine.

Quid ergo de quæstibus, seu rebus quæ cõstante matrimonio
14 acquisita sunt, an erit mulier quę communes † cõiugij fortunas agnouit legitimus cõtradictor? & mouet eam quidem quęstionem Suarez titul. *delas ganancias*. §. quæritur vlterius. in fine. non eam tamen absoluit. Mihi magis placet eam legitimum esse contradictorem, ita vt pro indiuiso tuẽda sit in possessione partis quæ sibi ex societate cõtingit, cum iuxta nostratium communẽ opinionem istiusmodi lucrorum dominium nec non possessio ptõ parte continuo transferatur in vxorem, sicuti placuit eidem Suarez locõ modo citato, & Seguræ de bonis lucratis. nu. 44. Palac. Ruui. in repet. rubric. de donat. inter. §. 65. nu. 11. &. §. 66. nu. 24. Couar. libr. 3. Variarum. cap. 19. Gregor. in l. 55. titul. 5. Parti. 5. verbo, *comunal-*

mente. Anto. Gomez in l. 50. Tauri nu. 76. Baccio de dote. cap. 11. nu. 106. Didaco Burgensi quæst. 9. Auenda. responso 20. à quorũ sententia me haud quaquam dimouerint quę Tellus Fernandez affert in l. 16. Tauri. nu. 9. Nam si cæteris in societatibus lege Regia definitum extat dominium quæstuũ cõtinuo in socios transferri, cur id in coniugum cõmunione non magis admittemus? cum eorum societas cæteras omnes facilè vincat, vt qui vna & eadẽ persona iure reputẽtur sintq; consortes diuinæ & humanæ sortis, vt in Authen. de iureiurando à moriente præstito. §. primo. collat. 5. Sed ne hæc quidem tacita societas à lege inducta vis minus habet quàm societas expressa secundum Baldi sententiã ab omnibus receptam in l. rei iudicatæ. §. socero. ff. soluto matri. Deniq; si veteri iure id aliquando ambiguum fuit, tamen hodie per recentiores leges Recopilatiõis ea dubitatio sublata videtur præsertim ex verbis l. 1. titul. 9. lib. 5. Recopil. quæ huiusmodi sunt, *la costumbre guardada es en contrario, que los bienes que han marido e muger son de ambos, saluo los que prouare cada vno que son suyos apartadamente*. Illud enim verbum † substãtiuum 15
son, & illo genitiuus *de ambos*, dominium præ se ferunt. l. his verbis. ff. de hæredi. institu. Bald. in tract. schismatis. col. 4. Bartol. & Iaſ. in

Iaſ.in Rub.ff. de noui operis nūt. Quādo igitur mulier viuo marito atq; eo decedēte dominiū, & poſſeſsionē bonorum lucratorū cōmuniter cū marito habuit, dicendum eſt legitimum eam eſſe contradictorē ſecundum concluſiones ſuperius à nobis ꝓpoſitas: id quod etiā placuit Auend.dict. Reſpō.20.nu.3.¶ Videamus deinde an legitimus ſit cōtradictor, is qui alleget bona maioratus eſſe
16 eaq; ad ſe pertinere † quoniā dicat proximā ſucceſsionis cauſam ad ſe ſpectare? Atq; ex hac ſecunda concluſione quam ex lege illa finali conſtituimus cōſtat cum legitimum eſſe cōtradictorem, ſcilicet, ſi de iure ſuo incontinenti doceat: oſtēditque id luce clarius lex. 45. Taur.ea eſt hodie.l.8.ti.7. lib.5.Recop. qua cautum eſt poſſeſsionē bonorum maioratus cōtinuo ac vltimus deceſſerit poſſeſſor trāsferri ipſo iure in proximum ſucceſſorē, etſi ab alio aut adhuc viuo aut iam mortuo vltimo maioratus poſſeſſore apprehenſa fuerit. Enim vero poſſeſsio illa quæ ita transfertur à lege vera quidem † nō ficta eſt poſſeſsio
17 omnesque veræ poſſeſsionis habet effectus ſecundum Bal. in ca. contingit. de dolo & cōtu. Tiraq. qui ex more plures eiuſdem ſententiæ refert aſſertores in tract. *le mort ſayſir*. quæſt. 5. declarat. 1. & in tract. de cōſtitut. 2. par. ampli. 1. & Moli. de primo. lib. 3. c. 12. nu. 19. Anto. Gom. in. l. 45. Taur. nu. 118. Couar. lib. 3. Varia. ca. 5. nu. 6. vbi teſtatur cōmunē eſſe opinionē Menoch. de recuperanda poſſeſsione remedio. 1. q. 37. nu. 397. Domi. Frāciſ. Sarmi. de red. eccl. 1. par. c. 4. num. 3. & licet aliqui in contraria ſententia ſint, in quibus Ripa in Rubri. de cauſa poſſe. & propriet. nu. 24. & alij relati à Tira quel. loco ſuperiori. verum prioré opinionē verā eſſe lex ipſa Tauri na ſatis demonſtrat quando ait ciuilem, & naturalē poſſeſsionē in proximum ſucceſſorem tranſferri. Quādo ergo proximus ſucceſſor iam inde à morte vltimi deceſſoris poſſeſsionem verā habet, potiorē ipſius eſſe cauſam in hoc poſſeſſorio iudicio dicendum eſt, ſecundum legem illā finalem de edicto diui Adria. toll. atq; lege in Parti. id quod etiā nō obſcure ſentit Greg. Lop. in. d.l.2.tit.14. part.6. verbo *de todas*. Quod autē de bonis maioratūs dixim⁹, & ad bona fideicōmiſſo vinculata † pet 18
tinere ſcribit Couar. lib. 3. Variar. c. 5. nu. 6. & quālibet ſentiat cōtrariū Ant. Gom. in. d.l. 45. Tau. nu. 116. Cæterū Coua. opinio recepta expreſsim eſt in. l. 10. tit. 7. libr. 5. Reco. ita eīm exorditur. *Mādamos que en los pleytos e negocios ſobre bienes de mayorazgo e bienes vinculados en q̄ cōforme ala ley paſſada ſe conoſce en nueſtro cōſejo, &c.* Quin hoc amplius dico ſi ſuper maioratu eſſet aliquid dubij vltimus tñ poſſeſſor ea bona

eā bona tāquām bona maioratus habebat & poſsidebat, & ita ha-
19 hebātur & reputātur † potiorē debere eſſe cauſam primogeniti ſeu proximi in maioratum ſucceſſoris, quām hæredis immiſsionem petentis, ſicuti belliſsimè ſcribit Suarez tit. *de las herencias*. nu. 24. cui ſuffragatur oppido textus in cap. cū veniſſent. de inſtit. atq; id quod vulgo dicitur vltimū rei ſtatutum inſpiciendum eſſe. l. ea demum. & l. illud. C. de colla. l. ſi mater. C. ne de ſtatu defunct. l. ſi. C. de ordine cognitionum, & ne longius abeam probat lex ipſa finalis. C. de edicto diui Adriani Tollen. Adde quòd noſtrates leges magis fauent maioratus ſucceſſori quàm hæredi inſtituto cū in illum ipſo iure poſſeſsionem transferant in hunc non transferāt, cui ergo lex fauet, & nos propenſiores eriā eſſe debemus. Non me præterit non de futuros, qui ſtatim nobis obijciant textum. in. §. inter filiam ſi defeudo fue-
20 rit † controuerſia inter dominū, & agna. quo definitum extat mota quæſtione inter filiam, & agnatos defuncti, agnatis feudum filia vero allodium eſſe contendentibus interim eſſe filiam in bonorum poſſeſsionem mittendā. Sed alia res eſt. Nam illic controuerſia erat inter filiam, & agnatos: cū autem filia non omnino excludatur à ſucceſsione feudi, ſed multis in caſibus ſuccedat, *in re dubia vel modico* (vt Iuriſconſultus inquit) *pro filia faciendo adiuuanda eſt*. l. 3. §. cauſæ. ff. de carbo. edict. At qui nos loquimur quando lis eſt inter fratres: quo caſu cum par vtriuſque verſetur fauor ratio facit vt ſequamur potiſsimum ſtatum illum in quo erant bona tēpore quo vltimus poſſeſſor fati munus impleuit. Et denique ille, §. inter filiam multas patitur exceptiones, vt eſt videre apud Paulum de Caſtro. conſil. 59. & Decium. conſil. 417. Brunum conſil. 63. num. 3. Beroium conſil. 67. libro. 1. & Menochium de adipiſcē da poſſeſ. remedio. 4. quæſtio. 47. & apud noſtratem Molinam de Primog. lib. 1. cap. 5. & libr. 2. ca. 6. Ex quibus omnibus illud quoq; notabiliter deducitur † quod pri- 21
dem in cauſa ſatis ardua quæque adhuc pendet me reſpondiſſe memini. Si qua oppida caſtrave fuerint poſſeſſa ab vltimo maioratus deceſſore titulo ducatus aut comitatus, ac ſimilium dominationum quæ apud nos ſtatus dicuntur, etſi alio titulo non appareat ea bona eſſe maioratus, ſatis tamen eſſe vt primogenitus ſeu proximus ſucceſſor ſit præferendus in hoc poſſeſſorio iudicio ipſi hæredi immiſsionē petenti, etenim ſimul ac bona aliqua ſortita ſunt eiuſmodi † ſtatus digna- 22
tionem (quæ quidem à ſolo principe impetrari & concedi ſolet, ſecundum Bartol. conſi. 72. nu. 3. & 4.)

& 4.) hoc ipso censentur esse bona maioratus, & ad filium primogenitum
23 † attinere, vt probat text. in §. præterea ducatus. de prohibita feudi alienatione per Fredericum & cap. licet de voto. & illic annotat glo. Host. Ioan. And. & Abb. idemque Panor. consi. 3. nu. 3. & 4. part. 2. & Decius consi. 389. & denique alij quam plures quos refert Tiraquel. de primog. quæst. 4. nu. 37. & D. Molina de primog. lib. 1. cap. 11. Dueñas regula 316. Burgus de pace, consilio 9. nu. 3. Anto. Gomez in 40. Tauri numero 12.

Sed ecce fratrũ alter petit hæreditatis possessionem pro indiuiso, alter vero frater penes quẽ bonorum est possessio contradi-
24 cendo allegat multa † illum à patre accepisse bona, atq; fortè tanta, vt illius legitimæ soluendæ patria faciant, ait itaque eum audiendum non esse. Quæro an legitimus sit contradictor? Et puto nõ absurdè dici eam exceptionẽ nõ impedire immissionẽ, siquidem bonorum collatio non spectat ad hoc iudicium possessorium, sed potius ad iudicia ordinaria familiæ herciscundæ, & bonorũ possessionis contra tabulas. l. 1. & finalis. ff. de collatione bonorum. l. 1. ff. de collat. dotis. l. vt liberis. C. eodem titulo. ostendit etiã apud nos non obscurè totus titulus de collationibus qui septem partito
25 iure extat: is est titulus decimus quintus partita. 6. vt omittam in his † iudicijs summarijs, atq; ex- 25
traordinarijs admitti non debere exceptiones quæ longiorẽ exigunt indaginem. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & tradunt omnes in dicta. l. fina. C. de edict. Diui Adrian. tollen. Hęc tamen ita dummodo frater qui possessionem petit caueat in diuidẽda hæreditate collaturum se bona quæ iure cõferre teneatur iuxta text. in. l. 1. §. iubet. ff. de collat. bonorum. & paratus sit è vestigio nominare arbitrium ad familiæ herciscundæ iudicium, id quod in pronuntiando cauere debet iudex, vt malitijs hominum obuiam eatur. An vero is qui allegat impensas in re bona fide factas, pro eisque retentionem facit legitimus sit contradictor, tractat eruditè Ioan. Garsia de expensis. cap. 6. nu. 19. De filio vero cui factum est prælegatum seu melioratio, an legitimus sit contradictor tractabimus opportunius postremo capite. §. 9. primæ partis.

Tertia Conclusio.

NVnc ad tertiam venio conclusionẽ: ea sic se habet: hoc remedium possessoriũ † non ex- 26
cluditur nisi præscriptione temporis per quam etiam causa principalis (id est, proprietatis) excluderetur. Hanc conclusionẽ apertè probant illius legis finalis verba, quæ istiusmodi sunt. *Nullum ei temporis obstaculum obijciatur, nisi tantum*

tantum temporis effluxerit quod possit vel possessori plenissime securitatem super dominio præstare, vel ipsi qui missus est omnem intentionem excludere, si enim vel ex vna parte, vel ex vtroq; latere temporis prolixius decurrerit manifestissimum est non solum immissionem sed etiam ipsam principalem causam esse sopitam. quæ quoniam sunt à nobis latius exposita libro. 1. ca. 1. §. 1. & 2. &. §. 11. & in cap. 5. illinc si iuuat petere poteris quæ ad hunc locum attinent. Sed succurrit statim ex nostrati iure egregia dubi
27 tatio † an huius legis definitio abrogata sit per. l. 3. titul. 15. libro. 4. Recopil. qua constitutum est tuẽdum esse in possessione eum qui per annum, & diem cum titulo, & bona fide possideat. Itaque secundum illius legis definitionem possessorijs remedijs præscribitur hodie per possessionem anni & diei cum titulo & bona fide. Licet autem aliquibus ex nostratibus ea constitutio dura nimis videatur in quibus Couarru. in Regul. malæ fidei possessor. 2. part. §. 11. nu. 7. Verum ego haud video cur constitutio illa tantopere exasperare nos debeat cũ aliàs animaduertam iure communi plera que possessoria interdicta spatio anni excludi, vt in. §. 1. instit. de perpetuis & tempor. actio. l. 1. ff. de vi & vi armata. l. 1. ff. de itinere actuque priuato. §. fin. si inter dominum & vassallum lis oriatur in vsibus feud. Denique vtcunq; sit cum lex illa nouissimo recopilationis iure recepta sit, in dubium venire non debet quin vsu recipienda sit. Quid ergo? excludetur ne hodie harum † legum re- 28
medium per spatiũ anni, & diei siquis cum titulo, & bona fide hę reditatẽ aut rem hæreditatis possideat? & non puto: siquidem cũ lex illa finalis explodat omnẽ prę scriptionem temporis, præter illã per quam principali causæ præscribitur, non debet lex illa regia pertinere ad illam decisionẽ anti quam quæ specialem præscriptio
29 nis † proponit speciem ex sententia Baldi in. l. omnes. C. de præscrip. 30. vel. 40. ann. ad finẽ, quẽ sequitur Felinus in cap. accedentes de præscriptio. & Balbus de præscriptio. 5. par. quæst. 9. His igitur tribus conclusionibus expositis satis est (vt opinor) contradictoris materia, quæ quidem est illius legis finalis potissima. Atque vt rem in pauca contraham legitimus contradictor erit is qui aut testatoris mortis tempore possidebat, aut qui ostendat titulum immissionem magis merentem, aut qui denique legitima sit præscriptione tutus quæ quidem ad Alderici opinionem & sententiã proprius accedunt: neque aliud illum illiusque fautores sensisse puto. Hæc autem omnia, & de lege Soriana dicta esse intelligendum est vt principio diximus. De contradictione vero quæ extra iu-

Totius rei epitis epilogus.

dicium

diciũ fit: cum, ſcilicet, ij ad quos ſucceſsionis ſpes ſpectat ſuper
30 apprehendenda † poſſeſsione tumultuantur, quid iudex agere debeat conſulito Innoc. in capit. in præſentia. de probatio. in principio, vbi belliſsime diſtinguit Baldum in dicta. l. fin. col. 1. eundem & Iaſ. & reliquos in. l. ſi ſuper poſſeſsione. C. de tranſact. Suarez titulo *de las herencias*, nume. 4. Palacios Rub. in. l. 45. Tauri. num. 13. & ibidem. Anto. Gomez. nu. 125. Guidonem deciſi. 578. Curtium ſeniorem. conſil. 60. & nouiſsimè Ioſephum Ludouicum deciſ. 19. Poſtremo illud præterit neminẽ,
31 ab hac poſſeſsionis datione † quæ ex remedio legis illius finalis, & legis Sorianæ fit appellationi locum nõ fore, textus in. l. quiſquis C. quorum appella. non recipi. l. fin. ff. de appell. recip. gloſſa in dicta. l. fin. C. de edict. diui Adrian. toll. verbo miſſus, & illic Bartol. quibus reliqui omnes autores adſtipulantur, & communem eſſe opinionem autor eſt Tiraquellus in tract. *le mort ſayſir. 6.* part. declaratione. 6. Et Menochius de adipiſcenda poſſeſsione quæſt. 100. vbi nonnullas non contemnendas ſubnectit exceptiones. Quanuis autem noſtrati iure Regio in cęteris poſſeſſorijs iudicijs appellatio admittatur, niſi quando duæ ſentẽtiæ fuerint concordes, vt habetur in. l. 8. titulo. 20. libro 4. Recopila. tradit Couarruuias practic. quæſtio. capite. 23. concluſione. 1. & Anto. Gomez. in. l. 45. Tauri in fine. Villalobos in antinomia iuris, litera. A. numero. 61. Olanus eodem loci. numero. 121. Verumtamen vltimarum voluntate fauore obtinuit, vt in iſtarum legũ de quibus agimus remedio appellatio non admittatur, quod attinet ad effectum ſuſpẽſiuum, ſicuti docet Couarru. dict. ca. 23. concluſione. 3. & probat multifariam lex illa Soriana, de qua quia ſatis dictum eſt alio tranſgrediamur, ſi tamen illud prius dixerimus, ſi hæredes in poſſeſsionem pro indiuiſo miſsi in poſsidendo non conueniant, ſed tumultuentur † vndique, debere prętorem ſua illos iuriſdictione compeſcere, & curare vt inter ſe caueant qualiter vtantur fruantur. Quòd ſi id per illorum proteruiã minus licebit, mandabit hęreditatem ſequeſtro interea dum bonorũ diuiſio fiat. l. ſi vſusfructus. §. ſed ſi inter duos. ff. de vſufruct. l. ſi quæ cautiones. ff. famil. hercis. Innoc. & reliqui quos modo citauimus: cur enim ad arma, & rixam procedere patiatur prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua componere? vt inquit Iuriſcon. in dicto. §. ſed ſi inter duos, ſic etiam & iure comparatum eſt, ſi duo domini habẽt communem oppidum, & in adminiſtratione eius non conueniant poſſe iudicem eos cõpellere vt alternis annis vtãtur. Abb. in cap.

in cap. fin. de ſententia & re iudi. Prælegatario vero ſeu meliorato an iſtarum legum remediũ competat, dicendum nobis eſt poſtremo huius libri capite. §. 9.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio data à iudice non citato ipſius rei poſſeſſore nulla eſt.*
2 *Cum facilè conſtare põt quis rei ſit poſſeſſor generalis non ſufficit citatio per edictum ſeu proclausa.*
3 *Finita conductione poteſt conductor à domino propria autoritate expelli.*
4 *Actus alioqui non neceſſarius ſi interueniat minus tamen vitiè non vitiat.*
5 *Spoliatus à iudice cauſa non cognita ante omnia reſtituendus eſt.*
6 *Poſſeſſor qui non fuit citatus etiam armis poſſeſsionẽ ſuam impune defendere poteſt.*
7 *Cauere magnopere debẽt iudices ne quem quam in poſſeſsionem mittant, niſi citato prius ipſius rei pòſſeſſore.*

Poſſeſsio non citato ~eſſore data an cõfirmari debeat ſi appareat eum, quanuis à principio citatus fuiſſet nihil ad eam impediendam iuris habere. CAP. VI.

PAR eſt inter omnes ſcriptores ſententiã, nullam eſſe dationẽ poſſeſsionis decreatm à iu-
1 dice †, non citato ipſius rei poſſeſſore. Bartol. in. l. fina. C. de edicto diui Adria. tollen. num. 16. & illic Baldus numer. 41. & Decius 32. Corneus 26. Curtius 63. & Sebaſtianus Sapia. 66. Zuchardus 311. Nec ſufficit quidem generalis citatio per proclama, ſiue edictum, ſi non † magno negotio 2
deprehendi poterat quis rei poſſeſſor eſſet: ſicuti tradit Bartolus in. l. ſi eo tempore. C. de diſtract. pign. & conſilio 91. nume. quinto. prima parte. Ancharranus, & Dominic. in capitul. final. de electio. in ſexto. Baldus in dicta. l. fina. C. de edicto diui Adria. tollend. quæſtione quarta. Alexan. conſilio quinto. volum. ſecundo. Iaſon in. l. ſcimus. in princip. numero tertio. C. de iure deliberan. Menochius de recuperan. poſſeſ. remedio 8. quæſt. 13. Non deſunt tamẽ qui exiſtiment cõfirmandã eſſe talem poſſeſsionis dationem ſi conſtet eum qui modo contradicit, tametſi à principio citatus fuiſſet nihil ad eam impediẽdam iuris habere. Salycet. & Iaſon in dicta. l. fin. C. de edict. diui Adri. tollend. Angelus Aretinus in. §. quadrupli. nu. 46. Inſtit. de actio. Decius conſil. 449. volu. 4. nu. 18. Quibus tamen contradicunt alij affirmãtes nullo modo poſſeſsionem eiuſmodi confirmãdam eſſe in quibus Bald. in. l. 1. C. de Carbo. edict. & Ioan. de Imol. in. l. ſi finita. ff. de damno infect. & Ludoui. Roma. in. l. iuſtè poſsidet. ff. de acqui. poſſeſſ. & ibidem Socinus colũ. 4. Horum vero diſcordia componi mihi poſſe videtur, ex eleganti Bartoli diſtinctione

in.l.tertia.C.de pigno.quæstione quinta. nu. 26. vbi hanc eandem quæstionẽ agitans ita distinguit. Aut primus iste possessor poterat à possessione extraiudicialiter expelli, & erit confirmanda possessio etiam nõ citato possessore data: aut non poterat possessor extraiudicialiter expelli, & nullo pacto erit confirmanda possessio Bartoli autem opinionem sequitur Iaſ.in.l.2.C. de iure emphyt. nu. 112. & in.l. iubere cauere.nu. 4.ff.de iurisd. omn.iudi.Ruynus consi.152.nu.10. Bartolus vero,vt ego sentio rem acu (vt dici solet) tetigisse videtur verissimaq; illius videtur esse distinctio. Nã quãdo
3 possessor poterat † extraiudicialiter expelli,veluti, verbi gratia, si conductor esset, finitaque esset conductio,quo casu etiam sine iudice potest à domino expelli,secũdum glossam in.l. emptorem. verbo,colono. C.de locato. & in l.cum fundum. ff. de vi & vi arma. & Guido decisione 480. nu. primo.Nihil eo casu refert ab aduersario ne, an ab ipso iudice causa non cognita deiectus sit, sic enim se res habet, vt actus alioqui non necessarius si interueniat,mi
4 nus † tamen rite vitium non afferat.l.cum tabulæ. ff.de bonorum possess. secundum tabulas,glossa in.§.in multis.Insti.de libertinis. Iaſ.in.l.secunda.numero.15. ff.de iurisdictione omnium iudicum. nihil ergo prohibet quin confirmanda sit possessio,quam & pars ipsa sine iudice apprehendere poterat. Atqui quando possessor extraiudicialiter expelli non poterat, nihil est in causa, cur possessio quæ iniustè data fuit, confirmari debeat.vetat hoc.l. si qua loca.& illic glossa. C. de fundis & saltibus reipublicæ.& l. autoritate.C. vnde vi. vetat & illa vulgaris iuris regula:spoliatus ante omnia est restituendus.l. si quis ad sẽ fundum.C.vnde vi.cap.fin.de ordin.cogn. capit. licet Episcopus. de præbendis,in sexto. quæ procedit vtiq; etiam si à iudice † cau- 5
sa non cognita spoliatus sit.l.meminerint. C.vnde vi.& illic glossographi omnes. text.in cap.conquerente.de restitutione spoliat. & illic Abbas & reliqui. Baldus in.l. ob maritorũ. C. ne vxor pro marito. Menochius de recuperã. possessio.remedio 8.numer.23.& probat apud nos textus apertus in.l.secunda.titul.13. libr. quarto Recopilatio. Quid quod ex omnium scriptorum consilio,perinde, ac iudex in dicta causa facilis fuit in danda possessione æquè facilis esse debet in ea reponenda, & vt nostri loquuntur, perinde ac fuit facilis in intromittendo, ita debet esse facilis in extra mittendo, itaque si parte non citata dedit possessionem consulto fecerit,si aduersario quoque non citato eam reposuerit. vt scribunt Bart.& Bald.Alex.& Iaſ.in.l.pacto quo pœnã.C.de pactis. Alex. cõsi.5.vol.2. & Cacialup. de debitore fugitiuo, quæst. fin.& sentit non obscurè Bart. in.d.l. fin. nu. 21.C.de edict.diui Adria. toll. & probat.l.1.§.1. ff. si mulier ventris nomine. Absurdum fuerit igitur si confirmet possessionem iudex, quã è contrario reuocare debeat, suffragatur & his generalis iudiciorum consuetudo, quæ perpetua est apud omnia per æquè tribunalia,vt nõ aliter à iudice possessio decernatur quã adiecta illa clausula saluo iure melioris possessoris,quæ quidem conditionẽ præ se fert, id est, vt si alius iure possideat pro non data possessio habeatur, vti scribit Bald. in.d.l. fin.C.de edict.diui Adr.tol. q.4. His vero omnibus illud cõsequẽs est dicere impune posse possessorẽ qui citatus nõ fuit nõ dico pugillaribus,& stilo, sed etiã culpi-
7 de suam defendere † possessionẽ atq; aduersariũ vim inferentẽ vi quoq; propellere.iuxta text.in.l. prohibitũ.C.de iure Fisci.lib. 10. & quæ tradũtur à doctoribus in l.vt vim.ff.de iust.& iure. & in.l. 1.C.vnde vi.& à Panorm.& Felino in.c.de cætero.de re iud.Menochio quoq;,de recupe.poss.remed.8.nu.32. & tradit speciatim Paris de syndica.§.resistẽtia.nu.3. Quo quidẽ remedio scio solitos esse nõnũquã possessores vti, atq; inde nõ leuos,simultates exortas. Id propterea cẽs quotquot vbiq; terrarũ sunt iudices etiam, atque etiam admonitos † esse velim,ne 7
nisi citato prius possessore vsquã gentium alicui possessionem decernant: alioqui sciant se litium, atque rixarum certissimã velut Illiadem intexere. Atqui extremum iniquitatis est, illine exurgere iniurias vnde iura nascũtur. l.meminerint. C.vnde vi.

SVMMARIVM.

1 *LICITI sunt ludi omnes qui virtutis causa fiunt.*
2 *Taurorum lusus quem in multorum exitium inueterata maiorum inuexit consuetudo exibilatur.*
3 *Mulierẽ quæ prægnans mortua sit lex Regia Quiritum humari vetat anteaquã partus excidatur.*
4 *Liciti item sunt ludi omnes qui arte magis & ingenio quã fortunæ calculo reguntur.*
5 *Ludi liciti clericis etiam permissi sunt modo honestatem non transiliant.*
6 *Iure Regio ad tricenos vsque aureos neq; amplius singulis diebus ludere licet ad ludos permissos.*
7 *Illiciti sunt ludi omnes qui aut in totum à fortuna aut partim à fortuna partim ab arte reguntur.*
8 *Ludus tesserarum seu talorum, quis sit.*
9 *Aleatorum susceptori impune iniuriam inferre & furtum illi facere licet.*
10 *Laici haud peccant ludos ludendo prohibitos,modo fraus cesset.*
10 *Clerici peccant ludos ludendo prohibitos.*
11 *Ex cõscientiæ præscripto seu in cõscientiæ foro restituere quis nõ tenetur quod lucratus fuerit ludis prohibitis modo fraus cesset.*
12 *Iasonis reprobatur opinio.*
13 *L. si quis cum sciret. ff. de vsucap. pro emptore nouè & acutè explanatur.*
14 *Qui ludenti pecuniam credidit actionem habet ad repetendum.*
15 *Aleatorum susceptori non datur actio ad repeten-*

repetẽdam pecuniam quã lusori credidit.
16 *Mutuans minori ludenti ad repetendum non habet actionem.*
17 *Contractus & obligationes causa ludi factæ irritæ sunt.*

An certi cõdictio detur ei qui ludenti mutuam pecuniam dedit. CAP. VII.

VT SI quid forsan tędij ex superioribus quæstionibus cõtraximus excuti valeat, hancmodo iudicrã interserere quæstionẽ cõueniens putaui. Etenim perinde ac ij qui ab scorpijs icti sunt solent ab ijsdẽ remediũ petere, ita verè studiosi illud propriũ est, vt animi lassitudinẽ è grauioribus studijs cõtractam ab ijsdẽ studijs amœnioribus tñ recreet atq; relaxet, sicuti etenim in vita æquè, & in studijs pulchertimũ & humanissimũ est seueritatẽ comitatẽq; miscere, ne illa in tristitiã hæc in petulantiã procedat: vt autor est Plin. Iunior epist. lib. 8. Lusus igitur cõsuetudo quæ modũ nõ excedat, nõ vitio quidem, sed laudi potius asscribẽda est: iuxta Aristotel. sententiã Ethic. lib. 4. & Sanctũ Thom. 2. 2. q. 168. artic. 3. iudicra autẽ quęstio hęc est. An ei qui aleatori pecuniã credidit certi cõdictio detur: hæc (vt nemo non scit) actio est quæ ex mutuo nascitur, vti satis constat ex principio. Inst. quib. mod. recõtrah. obligã. Atq; ex titulis codicis, atque. ff. si certũ peta. vbi Doctores & alias passim rẽ latius explicant. Principio autẽ illud prænotasse oportebit ludorũ in quibus pecunia periclitat† (de his em tractare inté dimus) licitos alios esse alios illicitos. Liciti imprimis sunt ludi oẽs quivirtutis causa fiũt, quales sunt ij qui pilo vel disco iaciẽdo, curréndo, saliẽdo, luctando, pugnando fiũt, sicuti explicat Iurisco. in. l. solẽt. ff. de aleato. & in. l. qua actióe. §. in colluctatione. ff. ad. l. Aquil. Recensentur & alia eiusmodi ludorũ genera in lege Græca quæ est lex final. C. de relig. & sumpt. fune. & in. l. athleta. ff. de ijs qui notãt. infam. refert & alia nostras Ioan. Garsia de expẽsis. ca. 21. nu. 29. & in vniuersum quotquot apud antiquos erant ludorũ genera, memorat frater Hieronymus Romã in cõm. de republi. 2. par. libro. 10. Et sanè in his virtutis & gloriæ ludis summo studio exercebantur antiqui vti Olimpica apud Græcos & Circẽsia apud Romanos certamina testimonium dant, ad quę (vt oẽs perẽquè autores referũt præsertim Pausanias, & Strabo) ita industrij, & exercitati congrediebantur homines, vt quæ de illis narrãtur penè fidẽ superent, & quãto melius illi quã huius tẽpestatis plerique homines qui rem, tempus, existimationé, ac tantum non vitam (vtinã non animam) pernocti diurnaq; alea misere perdunt, sat scio si cana illa &

la & veneranda antiquitas modo repueraſceret, christiana præsertim imbuta pietate nostrorũ morum vehementer puderet illam. Et tamen hoc lusus & iocus?

l. fina. C. de spect. 1 At illam immanem & sanguinolentam taurorum exagitationẽ, & vt imperator vocat lachrymosa ferarũ spectacula quis christianorum ferat? Quis in illud truculentum & belluinum non† cõ
2 moueatur certamen? quod etiã multis legum canonumq; exẽplis refragantibus in certissimã multorum hominũ stragem, & in totius Reipublicæ pernicioſisimũ exemplũ peruersa maiorũ introduxit cõsuetudo. Adeo nihil est tam scelerosum, nihil tam atrox, quod nõ probetur, si id consuetudine probari cõtingat. Planè quãuis diuturnis moribus hoc ludi genus probatum sit, & sint autores nonnulli qui cõsuetudinis autoramento ducti illi blandiãtur: vt Medina de restitu. quæst. 21. & Ioan. Garsia loco superiori. Non desunt tamen viri grauissimi qui illud, vt rem noxiam & antiquã gentilium redolẽrem barbariem magnopere abominentur: in quibus Grego. Lopides in. l. 57. tit. 5. Parti. 1. & Bernard. Diaz in praxi canonica cap. 66. & Frater Alcocer in peculiari tracta. de ludo. & Hiero. Romã in cõm. de republi. 2. part. libr. 10. c. 6. Senserunt hoc idẽ huius regni procuratores plebisque tribuni, qui in Vallisoleta no cõuentu habito Anno 1555. enixè petierũt à Rege, vt hoc ludi genus à nostra exterminaret republica: sensit & hoc sancte pieq; sanctissimus Pius Quintus Pontifex Maximus, qui illud è Christiana republica propria sanctione relegari præcepit, ò tempora, ò mores. Quid dicam? vita hominis olim legislatoribus tanto in pretio fuit, vt vetaret lex Regia Quiritum mulierẽ quæ prægnãs mortua† sit humari antea quàm 3
partus excidat, & qui cõtra fecerit spem animantis cum grauida peremisse videtur. l. vetat lex Regia. ff. de mortuo inferendo. Nos hodie, quia scilicet prudentiores sumus vitam hominis tanti facimus, vt ceu rem ludicrã & nihili æquũ putemus illã ad nostros lusus, & inanes voluptates bestijs trucidandã obijcere. Nũquid desunt alij ludi quibus nos innocuè quibus nos licenter oblectari valeamus? Sed agit hoc antiquus ille hostis: hoc ille cõmunis humani generis patrat inimicus Satan. Quid? Solebat inueterator ille cũolim in filios Adę ipsius parentis peccato tyrannidẽ exerceret, ita in ipsos tyrãnicè sæuire, vt etiam charissimorũ natorum proprium sanguinẽ; nedum alienũ in victimã litare illi pium & religiosum putarent homines. Sustulit hoc summa ipsius omnipotentis Dei pietas, & misericordia singularis, proprio etiam vnigenito filio

Quirites dicuntur à Quirino is est Romulus secundum Cicero. libr. 1. de legibus.

Iesu Domino nostro in nostri redemptionem oblato. Quid ergo ille tenebrarum princeps? Quid ille præstigiarum autor? quãquã se eiectum videt: quia tamen, vt Petrus inquit Apostolus, *tanquã leo rugiens circuit quærens quem deuoret*, tentat etiam num, an quauis arte efficere valeat, vt humano rursus cruore adoleatur, & quoniam id ex aperto nõ potest per insidias adoritur: itaque sub specie oblectamenti, & lusus hãc hominũ carnificinã carnufex impius impiè ingerit. Hoc ego non hominum, sed cacodæmonum inuentũ fuisse cur non affirmem? Cum id & Pontifex summus fateatur in cap. præterea. 51. distin. & Chrysostomus in Matthæum homilia 6. & Pius ipse Pontifex in suo illo decreto, quem proprium motum appellamus. Et quem rogo alium meliorem huiusce modi lusus autorem existimare possumus: vbi homo res alioqui admirabilis, & pretiosissima (vt quod dictu grauissimum est dicam) cum bellua certamen aggreditur? vbi homo quẽ Deus, velut quoddam sui simulachrũ in hoc mundo constituit suam efferans naturam belluæ parem se facit. Ludite ergo, ò mortales taurorum ludite lusum, agite date operam ne hoc tam honestum oblectamentum vllo intermittatis modo. Ita hoc agite, vt cacodæmone ipso autore, & choreas exibilante cum fera lætabũdi tripudietis, & hoc deniq; agite, vt corpora (parum hoc) quin hominũ animas non auro aut argento non cuiusuis hominis opera, sed ipsius vnigeniti Dei filij proprio sanguine & cruenta morte redẽptas dæmoni ipsi (exhorresco referens) certissimo humani generis inimico sacrilege sacrificetis. Sed quid ego stomachor? quid hæc nec quicquã plerisq; ingrata reuoluo? Scio me surdo (quod aiunt) narrare fabulã: sed narrem si libet, quia tũ huius loci opportunitas me admonuit, non potui nõ mihi morẽ gerere, & rẽ prorsus detestabilẽ, & Christiano nomine indignã pro virili execrari. aliò ergo trãsgrediamur. ¶ Non solũ autẽ superiores illi ludi qui virtutis causa fiunt liciti sunt† vt 4 diximus, sed & alij quoq; qui tametsi ad voluptatẽ & oblectamẽtum spectent arte tñ magis & ingenio quã fortunæ calculo regũtur, talis est ludus quẽ Itali schacorũ nos *axedrez* appellamus, cuius autorẽ Græcum fuisse Palamedẽ referunt Cacialupus, & Paris de Puteo in tract. de ludo: cũ quibus nõ cõsentit nostras Hierony. Roman. in cõm. de repub. 2. par. lib. 10. cap. fin. sed alios illius autores fuisse memorat. Palamedi vero tribuit ludũ tesserarũ seu talorũ, de huius autẽ ludi quæstionibus peculiarẽ tractatũ edidit Ant. de Prato iurisperitus, & alterũ elegãti carmine Hieronym. Vida Cremonẽsis. Ad permissos etiã ludos pertinet ludus globuli folliculi, atq; pilæ, & vt generaliter dicam 5 ludus oĩs qui nõ † à sorte siue fortuna pendeat isq; nõ tantũ laicis, sed etiã clericis permissus est, sicuti tradit Cacialup. in. d. tracta. de ludo. q. 4. & testatur cõem opin. Bertach. de episc. lib. 4. q. 1. nu. 10. dummodo ij (de clericis loquor) modũ & honestatẽ in ludẽdo nõ transiliant, sicuti intelligere licet ex ca. Eps. 35. dist. & in. c. penult. de vita & honest. cler. & in ca. inter dilectos. de excess. prælato. & in. l. 57. tit. 1. & l. 34. tit. 6. par. 1. explicatq; sedulo Sylvest. verbo, ludus. §. 4. & Bernard. Diaz in praxi canonic. c. 64. Nauar. quoq; in Manual. c. 19. nu. 4. Troill. de fortibus. 2. par. nu. 25. & Frater Alcocer in peculiari illo libello de ludo. Etenim ij (clericos inquã) cũ à rebus seculi in altiorem locum sublati sint, ita debẽt mores suos & vitã cõponere, vt actiones eorũ cunctis afferãt venerationẽ & exemplũ, vt habetur in cõcil. Triden. Sess. 22. c. 1. de reforma. Quãuis autem veteri iure permissum esset his ludis permisis sponsionẽ facere, vt in. l. solẽt. & l. sequẽti. ff. de aleato. vltra tamen vnum solidũ seu aureũ nũmum quantũuis diues quis esset ludere nõ permittebatur, vt Græca illa lege sancitur, & declarat Cacialupus in illo tract. de ludo. quæst. 6. Hoc tamen apud nos aliquo modo immutatum est, lege nãq; † Regia 6 sancitum extat, vt hisce ludis permissis ad tricenos vsque aureos nec amplius singulis diebus impune ludere liceat: dummodo non in creditũ nec alia re quã in numerata pecunia sponsio fiat ea est. l. 9. tit. 7. lib. 8. Recop. quæ quidem ita plana est, & se se ipsam aperit, vt interpretatione aliqua non egeat. Nisi modo illud annotemus in cõmittẽda pœna illa lege cõprehensa non primos successus, sed postremam ludi aleam spectandam esse. Itaq; si varia vice, atq; vt ferè semper in ludo accidere solet aliàs secunda aliàs aduersa fortuna successerit, non aliter commissam esse pœnam dicemus, quàm si demum omni iam ludo expleto constiterit tota illa die triginta aureorũ aut luerum, aut iacturã factã fuisse. Nec nos quidẽ ex nostro marte id scribimus, sed ex Bartoli eleganti sententia in. l. inficiando. §. infans. ff. de furtis. num. 5. vbi similes leges ita accipiẽdas esse tradit, Bartolo vero subscripsere Paris de Puteo, & Cacialup. in illo tract. de ludo, & Hippol. in. l. si in rixa. nu. 19. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & deniq; omnium scriptorum calculis Bartoli probata est sentẽtia. Quã quidem, & ipsius Regiæ legis verba nõ modo non aspernãtur, vt imo apertè illam probare videantur, dum ait. *So pena que por la primera*

vez, assi el que lo perdiere, como el que lo ganare, &c. Itaque ad lucrum, aut iacturam solummodo lex respexisse videtur. Atque hæc hactenus de ludis licitis, modo de illicitis dicamus.

Ludi illiciti sunt, qui aut prorsus à sorte, seu fortuna, aut partim à fortuna, partim & ab arte
7 reguntur: qui quidem † omnes vna aleæ appellatione comprehẽduntur. Alea siquidem fortunæ ludus est magis quàm artis, aut consilij, sicuti plurimorum autoritate ostendit Erasmus Chilliade 1. Centuria. 3. Adagio 32. & Iuuenalis significant carmina Satyræ primæ, quæ in ethnicos olim iactata, vtinam non in nostros hodiernos mores adamussim quadrarent: ea eiusmodi sunt.

Et quando vberior vitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando
Hos animos. Neq; enì loculis comitatib⁹ itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca.

Hos itaque aleæ ludos iure moribusque prohibitos esse par est, inter omnes scriptores sententia glossa & reliqui in cap. clerici. de vita & honesta. clericorũ. Decius consil. 115. volumi. 1. testatur communem opinionem Bertachi. de episcopo. libr. 4. parti. 1. nu. 10. & Costa de ludo artic. 2. num. 34. & probatur in. l. 1. ff. de aleat. & in Authen. alearum lusus. C. de religio. & sumpt. funer. & in Authẽ. interdicimus. C. de episc. & cler. & in proœmio Digestorũ. §. illud. & apud nos apertius in. l. 5. tit. 7. libr. 8. Recopil. Meritò autem iureque hi ludi dãnantur, non tam quidem, quod sortis iudiciũ sui natura improbũ sit, modo ad augurium illud non protendat, vt in capit. fors. 26. quæst. 2. quàm q multa ex huiuscemodi ludis scaturire soleant mala, quæ nos hic recensere supersedebimus simul, quia vulgo etiam plusquã oporteat nota sunt simul, quia plenè illa recensentur ab Hostiensi in titulo de excess. præla. & à reliquis deinceps ab eo autorib⁹. Quãdo igitur alea, idest ludus omnis, qui à sorte pendet iure ꝓhibetur prohibitum esse censendum est ludum quem Latinorum † aliqui talixillorum vocant, & significatius tesserarum, seu talorum appellare possent, vulgò, *dados* appellamus: is enim à sorte magis quàm ab arte pendet, id quod Terentianus Mitio in Adelphis ostendit, dicens. 8

Ita est vita hominum quasi cum ludo tesserã
Si illud quod maximè opus est iactu non cadit
Id quod cecidit forte, vt arte corrigas.

Tessera autem tabula erat in quã tali iaciebantur, vt significant Martialis carmina lib. primo Epigram. 146.

Supposita est blando nunquam tibi tessera talo:
Alea sed parcæ sola fuere nuces.

Tali vero fritillo, id est, vasculo quodam iaciebantur in tesseram, vt significant Iuuenalis carmina Satyra 14. in principio.

Si dam-

Si damnosa senem iuuat alea ludit & hæres
Bullatus: paruoq; eadem mouet arma fritillo.

Is autem talorum seu tesserarum ludus qualis olim fuerit intellige re licet ex Suetonio in vita Octauiani Augusti cap. 71. ita enim inquit, *Inter coenam lusimus πεττοῖς, & heri & hodie: talis enim iactis, vt quisque canem, aut senionem miserat in singulos talos singulos denarios in medium conferebat quos tollebat vniuersos qui venerem iecerat.* Tabularum quoque ludus inter prohibitos censendus est, item & folliorum, seu chartarum, quem vulgò *naypes* appellamus. Nec non ludus quem veteres, atque recentiores par impar appellãt, de quo extat apud Horat. versiculus ille

Ludere par impar, equitare arundine longa,

Et ne longiores simus prohibitus censendus est ludus omnis, qui non tam arte quàm sorte regatur, sicuti recentiores leges, vt veteres omittamus satis superq; ostendunt, præsertim. l. 5. titul. 7. libro. 8. Recopilat. & planè vsque adeò hi lusus apud oẽs peræquè leges malè audiunt, vt aleatorum susceptori impune iniuriam in-
9 ferre, atque adeò illi furtum † facere permittant, vt est videre in l. 1. ff. de alea. & in l. 6. titu. 14. par. 7. Amplius in tantũ hi ludi prohibiti nonnullis autoribus prohibitos esse censentur, vt affirment quisquis vltra permissã lege summã luserit mortale (quo nihil grauius dici potest) peccare peccatũ. In qua sententia fuit Alphõs. de Castro vir sanè inter paucos eruditissimus libr. 1. de lege pœnali. cap. 12. Quinimo non desunt qui hisce ludis ludentes ad restitutionem damnent eorum quæ vltra præscriptam lege summã lucrati fuerint quando ij non voluptatis animique gratia, sed lucri magis luserint, in quibus est Panor. in capit. clerici. nu. 12. de vita & honesta. cleric. & Cacialupus de ludo. quæst. 10. & sentit communẽ esse autorum opinionem Ias. in. l. iurisgentium. §. ait prætor. nu. 5. ff. de pactis. & Sylvest. verb. ludus. nu. 13. eiusdem quoque fuit sententiæ Auenda. in cap. correct. 2. part. cap. 9. nu. 4. Ego vero veriorem censeo opinionem illorum, qui ita ludentes à mortali excusant peccato, dũmodo alias fraus cesset: aut alia causa nõ † accedat 10
quæ noxia sit. Atque dummodo ij nõ sint clerici quoniam hos sacri Canones, & nuper concilium Tridentinũ à talibus lusibus deterrent. Huius sententiæ fuit Caietanus in summa verbo, ludus. & Sotus de iustitia & iure. lib. 4. quæst. 5. artic. 2. concl. 3. & Nauarrus in Manuali cap. 19. nu. 7. & 12. Sed & probabiliorem cẽseo opinionem illorum qui existimant, quod quis his ludis † lucratus fue 11
rit, ex conscientiæ præscripto restituere non teneri: dummodo is quo cum ludit rerũ suarũ administrationem habeat, & vis frausq;

ceſſet, ſicuti placuit Ioan. Andre. & Calderino in cap. clerici. de vita & honeſt. cleri. & Alphonſo de Caſtro de lege pœnali, lib. 2. c. 2. coroll. 3. & Soto de iuſtit. & iure. libro. 4. quæſt. 5. artic. 2. concluſione. 4. & Nauarro in Manuali. cap. 19. num. 9. & Couarru. in regul. non dimittitur. 2. part. §. 4. & tradit pluribus verbis frater Franciſcus Alcocer in peculiari tract. de ludo, & denique communem teſtatur opinionem D. Padilla in l. de fideicommiſſo. num. 7. C. de tranſactionibus. Ex quo ridiculũ mihi eſſe videtur quod quidã tradunt Theologi apud Iaſonem. in l. iuriſgentium. §. prętor ait. nu. 5. ff. de pactis (ſi tamen litera verax eſt) ſi quis inter ludẽdum omnẽ
12 prorſus † pecuniam vno dunta-
xat excepto nũmo perdiderit, poſteaque reflante alea perditam pecuniam recuperauerit non poſſe eum ſecura cõſcientia pecuniam illam retinere. Hoc ſanè qua ratione conſiſtere valeat non ſat intelligo. Sequatur quanuis Neruzanis in Sylua nuptiali. lib. 5. nu. 6. Nã rogo cur peioris debet eſſe conditionis is qui prius perdidit quàm qui poſterius? cum iuxta iuris regulam contrahentium par debeat eſſe conditio. l. final. C. de fruct. & litium exp. cap. 2. de mutuis petitio. Deinde refragatur Bartoli reliquorumque ſententia de qua paulo ante mentionem fecimus in ludo poſtremam aleam non primos ſucceſſus ſpectãdos eſſe, & denique refragatur illud, quod iure certiſsimo cõſtitutum eſt, ea quæ in faciendo conſiſtũt, quoniam diuiſionem non recipiunt à poſtremo actu perfectionem recipere. l. ſeruitutes. & l. in executione. ff. de verbor. obligat. l. 1. §. ſi vſusfructus. ff. ad legẽ Falcid. C. nihil. 7. quæſt. 1. In maiore ſanè cum minore ludenti quia diuerſa iſtorum eſt cõditio, quæſtio hæc forſan cõtrouerti poterat ex gloſſa in. l. ſi minor. 25. annis filio familias. ff. de minoribus alijsque multis, quę quoniã longiora ſunt & ad vſum forenſem (qui nobis potiſsimum curę eſt) minus attinent hic miſſa facimus. ¶ Hæc ergo præfati iam ad propoſitæ quæſtionis deciſionem accingamur. diſpiciamus itaque ſi quis ludenti pecuniam mutuauerit certi cõ dictione agere valeat. Et eſt ſanè de ea re inter ſcriptores diſsidij non parum. Alij nanque non dãdam mutuanti conditionem putant, in qua ſententia fuit Guido de Suza. in. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor. Panormitanus. in capitulo clerici. numero. 15. de vita & honeſtate clericorum. Syluester verbo ludus, verſiculo quinto. Thom. Gramma. deciſione. 40. qui omnes potiſsimum in hanc ſentẽtiam ducuntur, autoritate textus in. l. ſi quis cum ſciret. ff. de vſucapione pro emptore. vbi Iuriſconſultus

in hæc

in hæc verba ſcribit. *Si quis cum ſciret venditorem ſtatim pecuniam conſumpturum ſeruos ab eo emiſſet, plerique reſponderunt eum nihilominus bonæ fidei emptorem eſſe idq; verius eſt: quomodo enim mala fide emiſſe videtur qui à domino emit niſi forte, & is qui à luxurioſo & protinus ſcorto daturo pecuniam ſeruos emerit non vſucapiet.* Hactenus Iuriſcõſultus: cęterum contrariæ ſententiæ permulti nõ languidæ fidei autores ſubſcripſere conſtanter affirmantes mutuãti cõdictionem competere, egloſſa in. l. quod ſi minor. §. reſtituto. ff. de minor. gloſſ. in dict. l. ſi quis cum ſciret. & illic Albe. & Imol. & denique hanc teſtantur cõmunem eſſe opinionem Stephanus Coſta, & Cacialupus in illis tractatibus de ludo hic quæſt. 8. illearti. 6. principali. Et hoc quidem verius videtur ex. l. final. ff. de aleato. atque ex. l. 3. §. necnon. ff. de in rem verſo. Quid ergo ad legem illam, *ſi quis cum ſciret*, reſpõdent interpretes? Planè non mediocriter in illius intelligẽtia diſcordant. Namq; gloſſa, & Albe. tradunt illic luxurioſo illi bonis interdictum fuiſſe. His vero repugnat Bartol. quia, inquit, ſi ita eſſet nihil poſterior ſpecies differret à priori, & tamen ait verba illa *niſi forte*, exceptionem præſeferũt ac diſcriminis differentiã important. Quid ergo Bartolus ipſe? Inter priorem, & poſteriorẽ caſum hoc intereſſe ait, quod in priori caſu emptor, etſi ſciebat venditorem male pretium conſumpturũ eſſe, neſciebat tamẽ in quẽ vſum conſumpturus eſſet, in poſteriori vero caſu non latebat emptorem in quem ſpecialiter vſum venditor pecuniam conſumpturus eſſet, ſcilicet in ſcortum, cum Bartolo vero reliqui ab eo deinceps claſsici conſentiunt omnes. Verum enim vero neque hi neque illi (tantorum autorum pace dixerim) illius textus intellectum† 13
aſſecuti ſunt: neque vllo modo illorum verborum *niſi forte* vſum atque ſignificationẽ caluere. Planè ſi verum amamus indubitanter tenẽdum erit, tã priori quàm poſteriori illius legis caſu emptorem illum qui à luxurioſo emit bonæ fidei emptorem eſſe: eamque proculdubio eſſe Iuriſcõſulti ſententiam. Id autem vt intelligatis ſic habetote verba illa *niſi forte*, quibus illic Iuriſconſultus vtitur non inducere exceptionẽ ſed confirmationem potius eorũ quæ præceſſerunt. Etenim ſicuti ex doctiſsimis veterum monumentis lõga lectione didicimus, ſolent autores dum prius dictum alio aut ſimili aut probabiliori argumento confirmare volunt, vti verbis illis *niſi forte*. Oſtendit autẽm hoc primum Cato Maior apud Marcum Ciceronem de Senectute. *Non enim*, inquit, *viribus aut velocitatibus aut celeritate corporis res magnæ geruntur: ſed conſilio autoritate*

toritate sententia quibus non modo non orbari, sed etiam augeri senectus solet. Nisi forte ego vobis qui & miles & tribunus & legatus, & consul versatus sum in vario genere bellorum cessare nunc videor? Idem pro Caio Rabirio, & libr. 1. de legibus. & aliàs sæpè. Quintilia. lib. 1. institu. cap. 15. *Similiter oratorem qui debet esse sapiens non geometres faciet, aut musices, quæq; his alia subiungam, sed hæ quoque artes, vt sit consummatus iuuabunt: nisi forte antidotum quidem, atque alia quæ morbis, aut vulneribus medentur ex multis, atque interim contrarijs quoque inter se effectibus componi videmus?* Idem quoque apparet ex capite sequēti eiusdē libri. Ostendit quoq; Diuus Hiero. in prologo Bibliorū, seu in epist. ad Paulinum, ita inquiens. *Quidquid enim alijs exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus suggerebat, nisi forte rusticum Petrum rusticum Ioannem dicimus.* Sed ne foris exempla petamus hoc idē ostendit apertissimè Iurisc̄ōsultus in. l. Labeo. in fi. ff. de suppellect. lega. in fine. in hæc verba. *Nam etsi*, inquit, *prior atq; potior est quàm vox mens dicentis, tamen nemo sine voce dixisse existimatur, nisi & eos forte qui loqui non possunt conatu ipso & sono quodam ἀναφθεγγωδῶς dicere existimemus.* Possem & alios non paucos in eandē sententiam allegare locos, sed ad rem ostendendam superiores satis superq; sufficere existimo.

Igitur verba illa, *nisi forte* apud legem illam *si quis cum sciret*, nō aduersantur priori Iurisconsulti responso, sed illud potius confirmant. Itaque vtroq; in casu vult Iurisconsultus emptorem qui luxurioso illi, & statim in malos vsus consumpturo pecuniam dedit bonę fidei possessorem esse: & ita proculdubio tenendum erit, repugnet quanuis nobis communis interpretum sententia tam in dicta lege, si quis cum sciret, quā glossa Abb. & reliqui in cap. si diligenti. de præscript. Nisi fortè opinio potior est quàm veritas, aut interpretum autoritas potior debet esse quàm Iurisconsulti. Secundum hanc igitur nostram interpretationem quę verissima est tantū abest, vt illa. l. si quis. cum sciret, huic posteriori opinioni (quæ mutuanti aleatori actionē dat) refragetur, vt per contrariū illam potius vehementer adiuuet. ¶ Concludamus igitur eum qui ludenti pecuniam credidit certi condictionem habere, quā communem esse † opinionem superius diximus. Hæc tamen conclusio temperanda seu limitanda est. Primum vt locū non habeat quando colluſor mutuaret colluſori, nam nullam prorsus actionem haberet, iuxta glossam in dicta. l. si quis cum sciret. & in. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. & l. fin. ff. quarum rerum actio non detur, estque communis

nis omnium scriptorum sententia teste Cacialupo in illo tractatu de Ludo. quæstio. 8. quod intelligere te velim, etiam si (vt ex facto respondi) colluſor per interpositam personam id faceret: puta mutuando Titio, vt is mutuaret colluſori: nam quod quis per se facere non poterit, neque per alium licebit. l. nō dubium. C. de legibus. l. si filiusfamilias. ff. ad Maced. l. 1. C. de natura. liberis. Deinde conclusio hæc locum nō habere dicendum est in aleatorū
15 susceptore: nam is si alicui † aleatorum pecuniam mutuaret repetitionem non haberet, sicuti placuit glossæ. in. l. fin. ff. de aleat. verbo, accepit. & Ioan. Andr. Abb. & Imol. in cap. clerici. de vita & honestate clericorum. & Stephano Costæ de Ludo. articulo sexto. & Cacialupo, quæstione octaua. qui communem esse opinionem fidem facit. Tertiò superior illa conclusio non procedit
16 in minore † qui pecuniā mutuo acceptam ludo perdidit ex sentē tia Iurisconsulti in. l. si vero non remunerandi. §. si adolescens. ff. mandati. & in. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. Iā illud palam est conclusionem illam locum non habere aduersus prodigum cui bonis interdictū est: qui enim huic ad ludum mutuauerit repetitionem non habebit, iuxta gloss. in dicta. l. si quis cum sciret, cū qua reliqui omnes consentiūt autores: postremo ex nostratibus legibus Regijs hæc cōclusio temperanda est, & intelligenda quando † mutuum in pecunia numerata factum fuerit aliter atque si non in pecunia numerata, sed in creditum ludatur, puta, aut habita fide sponsionis, aut etiam datis pro ea pignoribus ex promissoribusue, quoniam huiusmodi obligationes ac expromissiones quę in ludo siue ludi causa fiunt leges Regiæ omnino labefactāt ac irritant, vt est videre in. l. 8. & 9. tit. 7. lib. 8. Recopil. id quod (& quod ad vetera iura attinet) statuēdum esse placuerat Cacialupo, in illo tract. de Ludo. quæst. 8. num. 34. Proinde cum leges illæ Regiæ cū iure cōmuni conueniant, si quid fortasis dubij circa illas acciderit sunt nō strictim sed benignius interpretandæ, iuxta ea quæ notantur in Authent. si quas actiones. C. de sacrosanctis eccles. & alias sæpè. 17

SVMMARIVM.

1 *DONATIO omnium bonorū præsentium, & futurorum hoc est pactum de succedendo vtroque iure prohibitum est.*

2 *Regio iure donatio bonorum præsentium tantum non valet.*

3 *Donatio causa mortis tam bonorum præsentium quàm futurorum valet.*

4 *Donatio causa mortis quantum ad solemnia contractus contractibus exequatur: porro quantum ad iuris effectus testamenti sortitur naturam.*

An

An donatio omniũ bonorum mortis causa facta valeat ad interpretationem legis 69. Tauri. CAP. VIII.

VETERI iure donatio omniũ bonorũ præsentiũ, & futurorum infirma erat, quoniam pactum de futura succesſsione prohibitũ est
1 legibus,† ne scilicet testãdi facultas auferatur hominibus.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbor.oblig.& illic annotant Bart. Alex.& Iaso. reliquique classici, Decius Purputatus, & reliqui in l.fi.C. de pactis. Donatio tamen præsentium dũtaxat bonorũ veteri iure rata erat.l.omnes.§.Luci⁹. ff.de ijs quę in fraud.cred. & illic glossa Bar. Alber.& reliqui. testatur cõmunẽ Alex.in dict.l. final. nu.3.C.de pactis.& Ruynus cõsi. 178.lib.1.nu. 3. Hodie tamen nostrati Regio iure ne præsentium quidem bonorum nedũ futuro-
2 rum † quoq; donatio fieri potest, vt cautum est in.l. 69.Tauri,quæ est hodie.l.8.tit.10.lib.5.Recopil. quam cũ interpretes illic studiose explicent, atque etiam Couar. lib.3.Varia.cap.12.& Dueñas Regul.219.vna dũtaxat quæstio digna visa est mihi quam hoc loci tãgerem, hæc est. An ea lex Regia pertineat etiam ad donationem causa mortis:quam quidem quæstionem mouet illic Anto.Gom. num.5. & putat legis Regiæ prohibitionem ad id quoque donationis genus spectare.Sed hallucinatur sanè Antonius (tãti viri pace dixerim)par est enim interscriptores omnes † sententia, dona- 3
tionem causa mortis omniũ bonorum non modo præsentiũ,sed etiam futurorũ validã esse,glossa verbo accommodauerit, & illic Bar.Bald.& reliqui in.l.fin.C. de pactis.Castellus in eadẽ lege Regia verbo *donacion.* Dueñas Regul.217.limitatio.1.D. Molina de primoge.lib.2.cap.10.nu.14. Boerius qui plures refert decisio. 353. nu. 4. testatur communem alios plures referens,qui testantur cõmunem, Iulius Clarus lib.4.receptarum sententiarum.§.donatio. nu.7. communem item testatur Imola in Rubri.de testamẽ. nu.5. & Decius cõsil.578.nu. 7. & Ioã. Gephalus consil.43. num. 9. Verisimaque mihi communis videtur sententia,etenim quamuis donatio causa mortis,quod † attinet 4
ad solenniz contractus cõtractibus exequetur,gloss.& Bart. in.l. 2.ff.de dote præleg.Guillel.Benedi.in.c.Raynũtius.verbo testamẽtũ.4.nu.34.Cæterũ quãtũ ad effectus iuris ad testamẽti naturã magis accedit. l. 1. §. final. C. de caducis tollen.l.fin. C. de donatio. caus.mortis.l.illud.& l.fina.C.de codicill.l.in mortis causa. & l. illud.ff.de donat.causa mortis.Baldus qui ita distinguit in.l. secunda. ff. de legatis primo. cuius distinctionẽ totum amplecti mundum affirmat illic Ias. testatur etiam communem Suarez allega. 20.& Couarru. in Rubrica de testamentis.3.part.num. primo. & Decius consil.662. volumi.5. nu. secundo. & magis communem affirmat Hippolytus singul. 136. In hac vero quæstione an donatio causa mortis omnium bonorum valeat,nõ agitur quidem de solennibus cõtractus, sed potius de ipsius donatiõis effectu. Atq; ita ex testamenti natura quæstio hæc magis definiri debet: sed neque hoc vtique casu testandi facultas donatori tollitur, quippe cum donationem quandocunq; reuocare valeat, vt in. §. primo. Inst.dedona.& l.fin.tit.4.parti.5. Cessat igitur ratio ob quam prohibuere leges ne omnium bonorum donatio fieret: legis ergo ratione cessante & illius cessare debet dispositio iuxta notissimas iuris regulas. Quod hic quidem(ne doctissimi alioqui Gomezij autoritas quenquam in errorem induceret)notandum duxi.

SVMMARIVM.

1 *ACTORVM accumulatio fieri debet aut ratione rei iudicatæ, aut litis pendentis, aut ne causæ continentia diuidatur.& numer.sequen.*
2 *Causæ continentia multis dicitur modis.*
3 *Quibus casibus exceptiones rei iudicatæ litis pendentis & ne causæ continentia diuidatur locum habent,ibi actorũ fieri debet accumulatio.*
4 *Cum accumulatio locum habet debent acta originalia transferri ad tabellionem cui accumulatio pertinet.*
5 *Cum accumulatio locum non habet non tenetur notarius acta originalia accumulare.*
6 *Vtri ex tabellionibus actorum accumulatio attineat.*
7 *Iudice ex officio procedente apud vnum notarium,accusatore vero alium eligente priori notario pertinet accumulatio.*
8 *Executio rei iudicatæ aut euictionis pertinet ad notarium apud quem prima lis agitata fuit.*
9 *Accumulatio actorum diuersa res est ab actionum accumulatione.*
10 *Hodie facta actorum accumulatione necessarium non est,vt acta reproducantur.*

Actorum fieri quando debeat accumulatio. CAP. IX.

DE actorum, seu processiuum (vt vulgò vocant) accumulatione frequens est in foro quæstio, tãtoque difficilior quod ab interpretibus (quod sciam) tacta non est. Paucis ergo in pragmaticorum gratiam attingamus. Duplex autem hic quæstio versatur:altera quando actorum fieri debeat accumulatio:altera ad quem ex notarijs accumulata monumẽta attineat. Sciendum est igitur actorum accumulationem † tribus ex causis 1
fieri debere. Primum ratione exceptionis rei iudicatæ, vt in.l. & an eandem.ff.de excepti. rei iudi.

& in

& in cap. 1. de litis contest. in. 6. secundo, ratione litis pendentis. l. vbi cœptum. ff. de iudic. tertio, ratione exceptionis ne continentia causæ diuidatur. l. nulli. C. de iudic. Causæ autem † continentia multis dicitur modis, secundum Bald. & Alber. in dicta. l. nulli, & Afflictum. decis. 354. numero. 13. Primò. Vbi eadem est actio, eadē res, & personæ eædem. Secundò. Vbi eædem sunt personæ, eadem res, actio vero non eadem: veluti in petitorio, & possessorio. Tertiò. Vbi eædem sunt personæ & eadem actio, sed res non eadem, vt in actione tutelæ, & negotiorum gestorum. Quartò. Vbi est diuersitas personarum, & rei, sed actio est eadem: quia ex vno, & eodem fonte procedit cōtra plures. Quintò. Vbi eadem est actio, & eadē est res, sed personæ sunt diuersæ, vt in duplicibus iudicijs. Sextò. Quando iudicia se habent vt genus & species. Hæc è Baldo Alberico, & Afflicto locis superioribus. Igitur quibus in casibus hæ tres † exceptiones rei iudicatę litis pendentis, & ne causæ cōtinentia diuidatur locum habēt ibi, & actorum fieri debet accumulatio. l. 1. cum seq. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur. c. fin. de rescript. c. dispendia. eodem titul. in. 6. l. si idem cum eodem. §. quod si mutuæ. ff. de iurisdict. omnium iud. l. 1. C. de assertione toll. l. si de proprietate. C. si non à competen. iudice. l. cognitio. §. si plures. ff. de liberali causa. l. iam collatores. §. penul. C. de re militari. libro. 12. & dicta. l. nulli. C. de iudicijs. l. 12. titul. 1. libro. 8. Recopil. Bald. in dict. l. si idē cum eodem. §. quod si mutuæ. Innocē. in cap. cum M. Ferra. de constit. Afflictus dicta decisione. 354. His autem omnibus in casibus in quibus fieri debet accumulatio, debet notarius acta authentica seu originalia transferre ad tabellionem † ad quem pertinet accumulatio, neque vllàs quidem eo nomine sportulas desiderare potest, vt est cautum in. l. 1. titul. 27. libr. 4. Recopil. Cæterùm quando accumulatio fieri iure nō debet, nō est notarius inuitus cogēdus acta originalia accumulare, etiam si apud † ipsummet vtraque causa pendeat, secundum Bartol. in. l. eos. §. super his. C. de appell. Baldus. Iaso. Alexā. & reliqui in. l. is apud quem. C. de edendo. Atq; hęc de priori quæstione. Videamus nunc cui nam ex tabellionibus facta accumulatio attineat. Et res sic se habet. Aut accumulatio fit inter notarios diuersi fori, & palam est accumulationē attinere ad notarium ipsius iudicis, qui de causa debet cognoscere. c. translato. de const. & quæ illic traduntur. Porrò cum accumulatio fit inter notarios † eiusdē fori, dicendum est pertinere accumulationem ad notarium apud quē cœpta

cœpta primum lis est iuxta regulam: qui prior est tēpore. ff. de regul. iur. & quæ scribit Bald. in. l. si idem cum eodem. §. quod si mutuæ. ff. de iurisd. omn. iud. & Boerius de autor. magni consilij, nu. 80. & quæ latè cumulāt doctores in c. capitulū sanctæ crucis. de rescript. & eo iure vtimur. Ergo vt rem exemplis demōstremus: si iudex ex officio apud aliū notariū cœpit de delicto cognoscere iniuriā autē passus alium ad querelā 7 asciuerit †, dicendū est pertinere accumulationē ad eum notariū, apud quē primū causa ex officio cœpta est testesq; iam ad summariam sunt informationē recepti: idem statuendūquoq; erit in exe cutione rei iudicatæ aut euictionis causa, hoc est tractandam cau sam esse apud eum notariū apud 8 quem prima † lis auspicata est, qñ scilicet rei iudicatæ aut euictiōis causa in eodem agitatur foro. Ex superioribus autem satis apparet actorum accumulationē rem longè diuersam esse ab actionū accumulatione, de qua copiose tractant scriptores in. l. edita. C. de edēdo. & in. l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acq. posse. proinde ne putaueris idem iuris in vtraq; esse ad extremū illud admonēdū 9 duxi, id quod † tanquā singulare cōmendat Ias. in. l. is apud quem. C. de edēdo. nu. 14. cū hæc actorū accumulatio fit debere eū cuia interest illorū reproductiones post accumulationē facere alias fidem ea nō facere: apud nos hodie minus procedere, cū debeat iudex ex actis veritate tantū inspecta ius dicere, vt est consultissimè definitū in. l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. de cūius intellectu statim latius verba facturi sumus.

SVMMARIVM.

1 *PATRIO iure veritate inspecta iudicandum est neque solennium defectus vitium iudicio affert.*
2 *Hodie etsi litis defuerit contestatio iudicium valet.*
3 *Actore ex vna causa agente & alia probante an iudicium valeat.*
4 *Si quis rem emphyteuticam iure commissi petat, cōmissum autem non probet, sed probet rem emphyteuticam esse, damnandus est reus, vt quotannis canonem soluat.*
5 *Actore probāte aliā rē quā quæ fuit petita absoluēdus est reus ab obseruatiōe iudicij.*
6 *Potest actor qui aliam rem pro alia petyt errorem suum inter litigandum corrigere.*
7 *Si iudex interpellatus iudicij solennia neglexerit nullum est iudicium.*
8 *Exceptio à reo non opposita an illi prosit.*
9 *Quæ in iure aduocatis defuere iudex supplere potest non ea quæ in facto.*
10 *Exceptio nō est in specie exprimenda, sed satis est factum narrare ex quo resultet exceptio.*

Solennium defectus quando vitiet hodie iudicium ad interpretationē. l. 10. tit. 17. lib. 4. Recop. CAP. X.

QVanquā iure cōmuni irritū sit iudiciū in quo legitimus ordo, seu iudiciorum defuerit solēnitas, vt in. l. prolatā. C. de senten. & interlo.

terlo.omn.iudi. & alias sæpè. Patrio tamen seu Regio iure diuersum est: nostrati em̃ iure satis est, vt actor à principio petat, quod
1 intẽdit cætera vero solẽnia† si defuerint nõ sunt impedimẽto quo minus possit iudex secundũ veritatẽ quæ ex actis sibi cõstiterit ius dicere: hæc est lex singularis titu. 17. libr. 4. Recopil. nu. 10. Ex qua multa quidem inferre nobis liceret, sed ex more pauca quæ ad vsum quotidianũ magis attinent referemus. Et primo infertur verũ nõ esse quod doctissimus alioqui scripsit Greg. Lopides in l. 8. tit. 10. par. 3. verbo, *lo que no.* hodie perinde ac olim adhuc litis cõtestationis omissionem vitiare iudicium. Etenim nostrę legis verba, vt quæ latissimè patent ex ꝓfesso
2 † repugnant, sunt enim illiusmodi, *o que desfallecen las otras solemnidades y substancias de la orden de los juyzios que los derechos mandan, o alguna dellas,* huius autẽ nostræ opinionis fuit etiã Auend. respõso 1. nu. 21. Infertur deinde licet veteri iure actor agens ex vna causa siue actione & probãs ex alia succũberet. c. abbate. de re iud. in. 6. l. 1. ff. si mensor falsum modum dixerit Bart. in l. 1. ff. de edẽdo. Porrò nostrati iure contrariũ est† recipien
3 dũ, sicuti in simili statuto respondit Paris de Puteo de Iynd. §. sentẽtia & Maráth. in speculo 4. par. distinct. 9. Alex. cõsi. 114. vol. 6. & Auẽd. alios referẽs respõso 1. con
cluſ. 10. refert plures Tiraq. de retract. cõuentio. ad fin. tit. nu. 101. Ex causæ em̃ diuersitate veritas nõ immutatur quam sequẽdã nostra hæc lex Regia iubet: proinde idẽ erit dicẽdũ si causa lite pẽdente superuenerit: tametsi quod ad ius cõe attinet aliud erat receptũ qñ causa fuerat specialiter expssa vt habetur in illo c. abbate. de re iu. in. 6. tradũt Faber, Ang. & Ias. in. §. omniũ. Insti. de actio. Si quis igitur rem emphyteuticã iure cõ
4 missi petat† nõ ꝓbet autẽ cõmissum, ꝓbet tñ rem emphyteuticã esse, dãnandus est reus, vt canonẽ quotãnis soluat, etsi causa diuersa est id quod & secũdum ius cõe probat Afflict. decis. 83. nu. 9.

Limitãda est tñ hæc nostra lex Regia qñ actor ꝓbaret aliã rẽ quã quæ fuit petita, nã tũ absoluẽdus
5 erit reus† ab instãtia seu obseruatiõe iudicij. De eo em̃ quod petitur vult lex Regia, vt iudex sniam dicat nõ de rẽ diuersa, sicuti & veteri iure statutũ erat in c. licet hely. de simonia. & in l. 15. tit. 22. p. 3. & id quoq; placuit Auẽd. d. resp. 1. nu. 22. Meminisse tñ debem⁹ cũ quis ita aliud ꝓ alio agẽdo cõplexus est posse in eodẽ iudicio suũ
6 errorẽ† corrigere validũq; iudiciũ erit, vt ipsemet definit Iustinian⁹ in. §. si quis aliud ꝓ alio. Inst. de actio. Quibus cõueniẽs est dicere verã nõ esse opin. Ant. Gomez in cõm. to. 3. c. 11. nu. 6. scribẽtis damnandũ esse reũ, etsi accusator ꝓbauerit

1 uerit delictũ fuisse cõmissum alio die quàm qui libello cõprehẽsus fuit, veriorq; mihi videt Angeli distinctio in. l. denũtiasse. §. quid tñ. ff. ad l. Iul. de adult. distinguentis inter delictum, quod semel tm cõmitti põt, vt homicidium, & illud quod pluries cõmitti põt, vt furtũ cũ in eo quod pluries cõmitti põt diuersitas tẽporis criminis diuersitatẽ inducat. l. habebat. ff. de inst. & illic Bald. ac proinde de re diuersa quã quæ libello est cõprehensa pronũtiarit iudex quod neq; vetera iura admisere neque hãc nostrã legẽ Regiã admittere dicendũ est. Limitãda est deinde hæc lex qñ iudex interpellatus ordinẽ iudicij prætermisserit, id qđ ipsa lex Regia declarat. Sunt autẽ
7 qui putent † eo casu generalẽ illã clausulã sufficere. *pero mihi iustitiã ministrari,* in quibus fuere Didac. Perez in l. 2. tit. 4. lib. 3. ord. & Mexia ad leg. Tolet. 9. par. fundam. 1. Sed nõ est ita: specialẽ enim interpellationẽ necessariã esse lex ipsa nõ obscurè significat, ait em̃, *y la parte pidiere declarandolo,* non ergo gñalis illa clausula sufficiet. l. 2. & illic tradita. ff. de liber. & posthu. Quod si aliud admitteremus fieret, vt lex illa alioqui vtilissima de nihilo deseruiret. Hæc de actore, quid vero de reo pone eũ non allegasse exceptionẽ quæ tũ constat ex actis, an absolui debeat: Et quod ad ius cõe attinet ita distingui solet. Aut exceptio remouet
actionẽ ipso iure, & debet illã iudex ex suo† officio supplere etsi à 8
pãrte omissa fuerit: aut nõ remouet ipso iure, sed ope exceptiõis, & suppleri à iudice nõ debet, ita distinguit glossa Bartol. & reliqui in. l. vbi pactũ. C. de trãsact. & in l. vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. nã quod iure statutũ est, vt quæ desunt aduocatis iudex suppleat ad ea pertinet quæ nõ ex facto, sed in iure consistunt, vt tradit glo. & interpretes in. l. 1. C. vt quę desunt aduo. iudex suppleat. Hãc vero distinctionẽ† & secun- 9
dũ nostrũ ius Regium amplectendã esse puto. Nã cũ isthæc lex Regia in actore postulet, vt saltẽ actionẽ suã simpliciter ꝓponat cõsequenter, & in reo idem statuendum erit, vt & ipse exceptionem suam saltem simpliciter obijcere teneatur. Quod enim in actore statuitur, & in reo statuendũ esse intelligendum est, cap. 2. de mutuis petitio. & illic tradita. Quod autem diximus exceptionem opponendam esse non eò pertinet, vt in specie exprimenda sit, sed satis erit, vt† factum ita narretur, vt 10
ex eo resultet exceptio, sicuti tradit Bart. in l. 1. ff. de exceptionib. & Afflict. decis. 354. nu. 10. Bald. in l. per hanc. C. de temp. appell.

SVMMARIVM.

1 *Clementina 1. de in integrũ restitu. apprime declaratur.*
2 *L. fin. tit. fin. parti. 6. commendatur.*

3 *L 3 titul. 8. libro. 4. Recopil. commodissimè explanatur.*

4 *Cum tota legitima dilatio impartita non est, in integrum restitutione concedenda competens terminus dandus est.*

5 *Tertio oppositori an danda sit in integrũ restitutio ad probãdum elapsis quindecim diebus à lege præscriptis.*

Intra quantum temporis spatium in integrum postulanda sit restitutio. CAP. XI.

NON mediocris est inter scriptores controuersia intra quãtũ temporis spatium in integrũ postulanda sit restitutio aduersum lapsum temporis, si quidem glossa. 1. in. l. interdum. ff. de minor. Bart. & reliqui in. l. fin. C. de temp. in integ. restit. idem Bart. in. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus caus. maior. Ang. & Ias. in. §. rursus. Inst. de actio. aiunt, quãdo tempus læsionis est minus quàm quadriennium petendam in integrum restitutionẽ esse intra tantum temporis quantum læsio abstulit, vt, verbi gratia, si intra quinque dies debuit minor appellare, & nõ appellauit intra alios quinque debeat in integrum restitutionem postulare, & hanc cõmunem esse opinionem testatur Balbus de præscript. 1. part. q. principalis. §. 22. nume. 27. Respondent autem Cæs. autores ad Clementinam 1. de in integ. rest. quæ contrarium † definit, accipiendã esse 1
in causa ecclesię de qua loquitur. Contra vero Ioan. Andr. & reliqui Pontificij aiunt illam clementis constitutionem late patere, ac non tantum ad ecclesiam, sed & ad cæteros omnes quibus in integrum restitutio competit pertinere: & hanc quidem opinionẽ approbat. l. fin. titul. fin. Parti. 6. quæ digna quidem est cuius † semper 2
memineris, quippe quæ scriptorũ dissidium tollat, & communem refellat opinionem. Igitur apud nos intra quadriennium in integrum potest restitutio postulari, siue tempus læsionis fuerit breuius, siue longius quàm quadriennium, id quod etiam placere video Gregor. Lopidi in. l. 9. tit. fin. Parti. 6. & Anto. Gomez tom. 2. cap. 14. nu. 7. quamquam rem raptim & perfunctoriè tractẽt. Hoc autem nõ pertinere palam est ad restitutionẽ in integrum quæ aduersus omissam probationem datur, nam hęc apud nos intra quindecim dies post factã publicationem petenda est, vti est cõprehensum in. l. 3. tit. 8. lib. 4. Recopil. in cuius mentionẽ quoniam incidimus, & quia † res est quæ vsu fæ- 3
pè venire solet nõ ingratũ me facturum existimaui si illi aliquid, quod ex vsu esse possit subnectamus: & primum illud meminisse oportebit, quod lex ait concedendã in integrũ restitutionẽ esse nõ amplius quã cũ dimidio tempore prioris

prioris dilationis accipiendã esse qñ in priori dilatione totum legitimũ tempus datum est, alioquin nõ dimidium tempus dilationis, sed id quod pro rei qualitate iudici competens visum fuerit impertiendũ erit †, sicuti bellissimè scriptum reliquit Matth. de Afflict. decisio. 124. Sed & illud non erit obliuiscendum hanc Regiam definitionem, & ad tertios pertinere oppositores quibus iure in integrum cõpetit restitutio: id est, 4
vt elapsis † illis quindecim diebus non audiantur, sicuti placuit Couar. pract. quæst. c. 14. nu. 3. quauquàm dubius, & nutans nec immeritò: nam vsu contrariũ obseruari significat Otalora de nobilitate. 2. part. 3. principal. ca. 9. nu. 1. Proinde verius videtur quod idẽ tradidit Afflictus decis. 15. iudicis id relinquẽdum arbitrio, id est, iudicẽ causa cognita existimare debere vtrum tertius terminis elapsis seu cõclusa causa in integrũ 5
instituendus sit. Postremo illud notandum duximus, quod est apud Anto. Gomez tomo 3. ca. 1. nu. 7. Hanc in integrum restitutionem aduersus omissam probationẽ cõcedendam non esse minori accusanti, cui tempus ad probandum elapsum est, quæ & Alexand. fuit opinio ad Bartolum in. l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui operis nũtia. Ex argumento textus in. l. auxilium. ff. de minorib. qua definitum est non esse in integrum restituendum minorem cui tempus ad accusandum elapsum est. Hanc etenim opinionem † à iuris regulis 6
ego longè abhorrentem esse opinor. Iure enim comparatum est nunquã in integrum restitutionẽ minoribus competentem excludi videri, nisi quãdo specialiter lege excluda fuerit, glossa & interpretes in. l. postquam liti. C. de pactis. Cum igitur nulla vsquam sit lex quæ hoc casu minoribus accusantibus in integrum restitutionem aduersus omissam probationem abnegaret: non est cur nos eam minoribus denegemus. Parumque me lex illa *auxilium* mouet, siquidem loquitur quãdo minor nunquam ius suum in iudicium deduxit. Porro vt Iustinianus eleganter inquit in. l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. anno. *non similis est qui † penitus ab initio tacuit* 7
ei qui postulationem deposuit, & in iudicium venit, & subijt certamina: litem autem implere per quosdam casus præpeditus est, & sanè vel ille vnus textus ad expugnãdam contrariam opinionem satis est. Suffragatur etiam nobis Afflicti decisio. 390. vbi in ecclesia hoc idem definitũ esse scribit, & denique aduersus illos multa succurrũt quæ nos iniquis spatijs excluſi missa facimus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor tutoris rem pupilli malè gerentis prõficere sibi poterit tutorẽ suspecti arguendo.*

2 *Tutor ſuſpecti accuſatus debet lite pendente bonorum pupillarium adminiſtratione interdici.*

Fideiuſſor tutoris rem pupilli malè gerentis ſibi quemad modum proſpicere poſsit. CAP. XII.

SVMMARIVM.

1 *Deis dignitas præſtantior eſt quàm comitis aut marchionis.*

2 *Comitis dignitas quod ad ius regium attinet præſtantior eſt quàm marchionis.*

3 *Sacra Biblia omnia reliqua monumenta, & ſecularia chronica, tum antiquitate, tum autoritate vincunt.*

4 *Titulorũ iſtorũ prærogatiua ad ſucceſſores nõ tranſit ſed à Rege debet impetrari.*

TVtor in re pupilli malè verſabatur, ſi deiuſſor qui ℔ eo interceſsit valde ſibi timebat: cõſulebat igitur quẽad modũ iure cauere ſibi poſsit. Reſpõdi in hac ſpecie nominatim à Iuriſcõſultis cautionẽ nobis tradi in.l.ſi plures.ff.de admin.tuto. & in.l.fi.ff.rem rat.hab. Nẽpe, vt ſuſpecti arguatur tutor: huiuſmodi
1 eñ accuſatio† omnibus patet.l.1. §.cõſequés.ff.de ſuſpect.tut. Quę vtiq; cautio longè vtilior accõmodatiorq; erit quã ſi qua fortè ſumi põt ex l.ſi ℔ ea.C. mãdati. nã hoc caſu lite pendẽte mox, ac lis
2 cõteſtata fuerit tutor† adminiſtratiõe interdicet.§.ſi quis autẽ. Inſt. de ſuſpec.tut. & aperti⁹ in.l.3. tit. 18.par.6. in illa longior forſan dilatio erit. Sed neq; nos hic cõtingũt verba Barto. in.l.ſed ſi forte.ff.de ſolutio. dicẽtis hoc facere malitioſos aduocatos, qui qñ volũt impedire tutoris adminiſtrationem faciũt eũ ſuſpecti accuſare. Quis etenim hoc caſu malitioſos nos meritò dixerit, cũ ex iure ipſo fideiuſſoris periclitãtis indẽnitati & ſolicitudini cõſulamus? l. ℔culus.ff.de dãn.infect.l. ſeru⁹ dotalis.ff.ſolu. mat. Neq; enim vt Iuriſconſultus inquit, videtur voluiſſe fraudare edictum qui ſibi proſpexit.l.ſi pupillus.ff.de acquir.hæredit.

Quis maioris ſit dignationis titulus, ducis comitis an marchionis? CAP. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Deis dignitas præſtantior eſt quàm comitis aut marchionis.*

2 *Comitis dignitas quod ad ius regium attinet præſtantior eſt quàm marchionis.*

3 *Sacra Biblia omnia reliqua monumenta, & ſecularia chronica, tum antiquitate, tum autoritate vincunt.*

4 *Titulorũ iſtorũ prærogatiua ad ſucceſſores nõ tranſit ſed à Rege debet impetrari.*

QVoniam de rebus magnis audire pergratum pleriſq; eſt, etenim, *Nõ omnes arbuſta iuuant humilesq; myricæ*. vt Virgilius ait. Diſpicere hic fuit cordi quis ſit præſtantior titulus, ducs ne, comitis, an marchionis? Et ſanè quod ad ducem attinet ſiue ius cõmune, ſiue Regium ſpectes, cæteros præſtare magnates in cõperto eſt †: vt ap- 1
paret ex Rubrica quis dicat Dux, Marchio, Comes, atque ex c. fundamẽta.§.proinde. de elect. in 6. & l.11.titul.1.part.2. Oſtendit etiã prooemium legum Regiarũ Recopilationis, & ita Doctores ſentiũt omnes: porrò inter Comitem & Marchionem nonnulla eſt cõcertatio

tatio etenim quod ad ius cõmune attinet ſcriptoribus magis placere video marchionem comiti anteferẽdum eſſe, vt effuſius explicat Boerius in tractatu de autoritate magni conſilij.2. par.§.1. nu.6. Niſi modo idem fuerit comes ſimul & marchio, quia tum præferendus eſt illi qui altero tantum titulo fuerit inſignitus, ſicuti tradit Iaſ.in.l.re coniuncti. nu. 18.ff.de legat.1. & hæc quidẽ quãtum ad ius commune attinet: cæterùm, quod ad nos pertinet magis mihi perſuaſum habeo comitis titulũ præſtantiorem eſſe quã marchionis, ferè enim vbiq; locorum Regiæ leges loquendo comi
tes marchionibus anteponũt, vt
2 cum aliàs ſæpè reperire† licet tum in dict.l.11.titul.1.Parti.2. ratòque hic ordo peruertitur ideoque ſequendus.l. quoties. ff. de vſufructu. Quod ſi Hiſpaniæ annales cõſulas facile cõperies comitis titulũ antiquiſsimũ eſſe, marchionis cõtra quã recentiſsimũ, id quod animaduertit etiã frater Hier. Romã in cõmẽ. *de las republicas*.2.par. lib.4.c.10. Quinimo quondã non nunquã comites ducibus præſtabant, vt ſignificãt acta antiquorũ conciliorũ quibus ita inſcribi ſolitum erat. Ella comes & dux: Fandilla comes & dux. Vti animaduertit Vaſeus magiſter olim noſter multis nominibus ſuſpiciendus in chronico Hiſpaniæ tom.1. c.22. Æquè etiã ſi Iuriſcõſultorũ, & priſcorũ imperatorũ monumẽta reuoluas comitis frequens eſt mentio, marchionis nulla: quatuor eñ, atq; plures etiã extant tituli de comitibus lib. 10. codicis: meminit etiã comitis Rom. Pontifex in c.ſignificauit. de reſcript. & ſunt vtiq; exẽpla hæc ſanè quã antiqua. Verum illud longè antiquius, q℔ in ſacris quoque Biblijs (quæ reliqua omnia† monumẽta 3
& vetuſtate & autoritate vincũt) comitis mẽtio reperitur, vt videre eſt Regũ 2.c.20. marchionis vero titulũ apparet recẽtiorũ imperatorũ inuẽtũ eſſe, & cuius in feudis mẽtio dũtaxat habeatur. Apparet igitur poſt Gothorũ & Vandalorũ eruptionẽ originẽ illũ habuiſſe. Id quod animaduertit etiã Vldaricus Zazius in tract. de feudis.5.part.ſub tit. de ijs qui feudũ dare poſſ. Et hæc quantũ ad iuris rationẽ attinet, nã ſi mores ſpectemus in vſu nõ tã titulorũ quã generis, fortunarũ, opumq; ratio habetur: itaq; tãto quiq; maiores habẽtur quãto cæteros genere & dominatione præſtãt quibuſq; apud Regẽ & ſedendi & capitis cooperiendi copia datur, quoſq; vulgò, *los grandes* appellamus. Et qñ in hãc titulorũ mẽtionẽ incidamus anteaquã hinc diſcedã, illud admonẽdũ duxi, hãc titulorũ prærogatiuã ad ſucceſſores non trãſire: patre itaq; vita functo filius nõ aliter parẽtis titulũ vſurpat, quàm ſi prius ſibi cõcedat à Rege, Suarez

in.l.quoniam in prioribus.limitatione 11.nu.3. & ita vtimur. Solet enim primogenitus mortuo patre curare,vt à Rege siue† coram
4 siue per epistolam parentis appelletur titulo. Quod igitur à plerisque traditum est filium comitis maiorem natu posse comitem in vita patris appellari, gloss.in capit.fin.24.quæst.1. Abb. in capit. tanta. qui filij sint legi. locũ apud nos habere non potest nisi modo eam prærogatiuam principali impetrauerit beneficio. Diues, vt vides erat hæc ad tractandũ materia, sed nobis breuitati in omnibus consulere cordi magis est.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto facta à patre etiam in contractu oneroso liberis non nocet.*
2 *Quando confessio de recepto à patre facta non excedit trientem vel quincuncem caret suspicione & valet.*
3 *Pretium patri numeratum fuisse argumẽtis & coniecturis probari potest.*

Confessio de recepto facta à patre in contractu venditionis an illius noceat liberis? CAP. XIIII.

RErum quotidianarum institutũ (quod tractandũ suscepimus)efficit, vt rem sanè quàm quotidianam attingamus. Pater cuidã ex liberis fundum vendiderat, pecunia vero in præsentiarum numerata non fuit: sed pater accepto tulit: patre deinde vita functo cæteri liberi inutilem esse venditionem contendebant, quòd dicant in sui fraudem fuisse factã. Quæro quid statuendum putes? Et ne morer, inter scriptores communiter† conuenit cõfessionem de recepto factam à patre in contractu etiam oneroso (liceat mihi illorum verbis vti) tanquã suspectam liberis eius non præiudicare,etiam si iureiurando fuerit cõfirmata: atque siue ea in extranei siue in alicuius ex liberis fauorẽ facta fuerit Specul. titul. de confessionibus. §. nunc videndum. nu.11.Paulus de Castro in.l.1.ad finem.C.de inoffic.dona. Cœpola cautela 21. Iason in.l.si arrogator. nu.24.ff.de adoptio. Guiliel. Benedict.in cap. Raynuntius. verb. si absque liberis.nu.28. Auend.in cap.correct.2.part.cap.29.nu.12. Anto.Gomez in comment. titu. de legat.nu.81.refert ex more plures Tiraquel.de retract.linag.§.1. glossa 18.nu.80.& communem refert Decius in.l.si donatione. C.de collatio. Hanc tamen communẽ sententiã (quod ad nostrates leges† Regias attinet)accipiẽdam ipse puto:quando isthæc cõfessio excederet modum meliorationis præfinitum à lege, puta tertium & quintum respectu liberorum, vel quintum respectu extranei.Nam si modum meliorationis à lege præfinitũ non excederet,posset itaque pater, filio cui vendidit melioratione facere,cessaret vtique fraudis suspicio, ac proinde valeret confessio de recepto in contractu venditionis à patre facta:sicuti nõ obscure probat textus elegans in.l.qui testamentum.ff.de probatio.habebit itaque eo casu naturam donationis non venditionis, sed & illud meminerimus pretiũ numeratum fuisse argumentis, & con-
3 iecturis† probari posse, Alexan. consil.18.vol.3. Angel. consil. 34. Salycet.in.l.si mater. C. de contrahend. empt. Castellus in. l.9. Tauri. verbo *la quinta*.Greg. Lopides in. l. 3. tit.14.partit.3.gloss. finali. Tiraq. loco modo citato. nu. 89. refert plures Aymõ Crauete. de antiqui. temp. 1. parte. §.propositum. num.69.

SVMMARIVM.

1 *POST fratres fratrumque filios non datur repræsentationi locus.*
2 *Patruus præfertur fratribus patruelibus in successione consobrini.*
3 *In retractu rei familiaris idem est iuris seruandũ quod in successione hæreditatis.*

Frater patruelis an succedat cum patruo consobrino ab intestato defuncto. CAP. XV.

SITIVS intestatus vita functus est, relicto patruo:atq; item duobus fratribus patruelibus, ideſt, filijs aliorum patruorum, iam defunctorũ(quos vulgò primos appellamus)quæsitum non semel fuit, an fratres patrueles cum patruo Titio succederent? Respondi patrui iura potiora esse nihilque iuris fratres patrueles in successione habere. Etenim post† fratres 1
fratrumque filios nõ datur repræsentationi locus,vt in Authenti. post fratres.C.de legitimis hæredibus.l.6.tit.13.partita. 6. At patruus hac in specie propinquiori gradu defuncto attingit quam fratres patrueles,quippe quũ ille in tertio gradu,hi in quarto(secũdum ciuilia iura loquor) defuncto contingant.vt in. §. tertiõ. & §.4.l.nisi.de gradibus. Verum(ne in re manifesta tempus teramus) hanc nostram sententiam apertissimè definit Imperator.in.l. auunculo.C.communia.de succeſſ.cuius hæc sunt verba. *Auunculo prioxi qui est tertio gradu quàm consobrino qui sequerem† occupat deferri suc-* 2
cessionem intestati certi iuris est. Et illic tradunt Bart.Baldus, & reliqui classici,& Boerius quoq; decis.302. Hoc autem quod in successione hæreditatis definitũ extat pertinere etiam constat ad retractum rei familiaris† cum par 3
vtriusque causa sit,sicuti nostrates tradunt ad.l.70.Tauri. Pertinebit iridem, & ad decernẽdum onus tutelæ,cum,vt regula est cõstitutum,ad quos hæreditas pertinet ad eosdem tutela respicit. l.

quo tutela. ff. de reg. iur. nó pertinebit tñ ad cauſam maioratus cũ iſthic vltra filios fratrum detur re præſentationi locus, iuxta. l. 40. Tauri. cuius argumentũ explicãt luculẽter, tum Doctores illic, tũ Couar. pract. quæſt. cap. 38. & Molina de primog. libr. 3. cap. 7.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis tribus extingui modis ſolet.*
2 *Feudum per delictum vaſſalli amiſſum domino delictum condonante nouũ non cenſetur, ſed antiquum.*
3 *Quando dominus apprehendit poſſeſſionẽ emphyteuſis per cõmiſſum extinctæ, poſteaque illam emphyteutæ remittens cõmunis efficitur vtriuſque coniugis, ſecus ſi poſſeſſionem non apprehendiſſet.*
4 *Non poteſt dominus emphyteuſis ea quæ iure ſtatuta ſunt in alterius coniugis præiudicium immutare.*
5 *Quando emphyteuſis extincta fuit, quia perſonarum extinctus eſt numerus domino poſtea emphyteuſi renouante non efficitur communis vtriuſque coniugis.*
5 *Bona quæ alterutrius coniugis gratia proficiſcuntur communia non fiunt.*
6 *Generationum finito numero tenetur dominus renouare emphyteuſin hæredibus emphyteutæ.*
7 *Emphyteuſis finita & ex integro renouata habet naturam paternæ emphyteuſis.*
8 *Non eſt ſpectandũ tẽpus quo quid acquiritur ſed in quo acquiſitionis cauſa extitit.*
9 *Emphyteuta renuntiante emphyteuſi dominoque ex integro renouante non fit communis vtriuſque coniugis.*

De emphyteuſi finita, atq; ex integro à domino inſtaurata, an fiat communis viri & vxoris. CAP. XVI.

SEques quæſtio in foro quotidiana ſatis eſt. Emphyteuſis quam coniugum alter habebat extincta eſt, deinde vtriqué coniugi à domino renouata fuit. Quæritur, an coniux cuius antea emphyteuſis non erat poſsit partem in ea deſiderare ex deciſione noſtratuum legum quæ bona conſtante matrimonio acquiſita inter coniuges communicari decernunt. Vel an potius tota pertineat emphyteuſis ad illum ipſum coniugem cuius antea fuerat. In qua re illud admonuiſſe oportebit emphyteuſin cum breuiſsimè tribus modis extingui. Vel cómiſſo, puta propter † canonẽ non ſolutũ alienationẽue iniuſtè factam, iuxta l. 2. & l. fin. C. de iure emphyteu. vel quia generationes ad quas data fuit deſierunt: vel quia emphyteuta in dominum renuntiauit emphyteuſin. Primo caſu cum commiſſo extincta eſt emphyteuſis, & dominus culpam condonãs emphyteuſin denuò renouauit, extat gloſſa quæin feudo hãc definit quæſtionem in. l. ſi peculium. §. ſi ære. ff. de peculio. & in l. quod dicitur. §. fina. verbo, creuiſſe. ff. de impenſis in rebus dotalibus factis, quæ aiunt, feudo per vaſſalli delictũ amiſſo dominoq; delictum condonante non cenſeri feudum nouũ †, ſed potius antiquum: 1 2

tiquum: illas vero gloſſas præter claſsicos ibidem ſequitur Anch. conſil. 171. & Alex. conſil. 34. vol. 6. Zazius in tract. feud. 3. part. & Carolus Molineus in conſuetud. Pariſ. §. 30. quæſt. 28. atque vt vno veluti faſce plures complectar ſequuntur eas permulti quos refert Tiraquel. de retract. linag. §. 32. gloſſ. 1. num. 29. Verum gloſſarum illarum opinio accipienda ſanè eſt quando anteaquàm poſſeſsio feudi ad dominum peruenisſet culpam condonauit: aliter atq; ſi iam feudi poſſeſsio ad dominum peruenisſet: quia tũ etſi dominus noxiam condonãs feudum renouaſſet, non antiquum diceretur feudum ſed nouũ potius. Sic enim illarum gloſſarum opinionem accipiendam eſſe ſcribit Bald. in. l. 1. quæſt. 15. ff. de rerũ diuiſ. Paul. de Caſtro. in dicta. l. ſi peculium. §. ſi ære. ff. de peculio. Andreas de Iſernia, & reliqui in cap. 1. de vaſſallo decrepitæ æta. Alexan. conſil. 34. num. 4. volu. 5. Conuenienter ergo, & in propoſita ſpecie de emphyteuſi dicendum puto † vt ſiquidẽ dominus accepit poſſeſsionem emphyteuſis per commiſſum amiſſæ, atque denuo vtrique cõiugi renouauit (ceſſante ſcilicet omni fraude & colluſione) fiat vtriuſque cõiugis communis, tanquàm res noua & conſtante matrimonio acquiſita. Cæterum ſi anteaquàm dominus poſſeſsionẽ emphyteuſeos appre- 3

hendiſſet commiſſum condonauit, atque ex integro renouauit, tum tanquàm res quæ eadem in cauſa durauit nõ fiat communis, ſed remaneat in illius cõiugis poteſtate & dominio, cuius antea fuerat. Quæ veriſsima mihi ſanè diſtinctio videtur minusque mihi ea in re placet opinio Caſtelli. in. l. 16. Tauri. nume. 47. qui in ea quæſtione referri putat an dominus alteri coniugum emphyteuſin renouauerit; an vtrique: cum non poſsit dominus ea quæ iure †ſtatuta ſunt in alterutrius immutare præiudiciũ. ſicuti (vt cætera omittam) manifeſtum præſtat argumentum textus elegans in capit. requiſiſti. de teſta. Atque hæc de primo noſtræ quæſtionis articulo. Aliquando deinde emphyteuſis finem accepit, propterea quod numerus perſonarum, ſeu generationum finitus eſt, & hoc quidem caſu an emphyteuſis renouata vtriuſque coniugis communis fiat, difficilior eſt dubitatio. Procliuior tamẽ ſum † in hac ſpecie emphyteuſin communem non fieri, ſed ad illum duntaxat coniugem ſpectare, cuius antea fuerat: ea quidem ratione quòd leges Regiæ quæ bona conſtante matrimonio acquiſita communicati inter coniuges præcipiunt, non pertinent ad ea bona quæ alterutrius tantum coniugis gratia ſeu cõtemplatione acquiſita ſunt l. 2. & 3. titul. 9. lib. 5. Recopil. tradit 4 5

dit Suarez. titulo *de las ganancias.* limitatione.3.& 7. Atqui hoc casu tantum abest,vt illius dũtaxat coniugis gratia,cuius antea fuerat emphyteusis reformetur, vt etiam iure ipso compellente cogatur dominus eam emphyteutę seu eius hæredibus reformare,ex eleganti Bartoli sententia. in.l.1. §.permittitur.ff. de aqua quotid. & æstiua.vbi bellissime scribit finito numero generationum , ad quas emphyteusis data fuit,posse hæredes emphyteutæ iuste contędere vt ex integro illis emphy-
6 teusis † renouetur:Bartoli autem sententiam communem esse testis est Iason. in.l.2. numero. 23. C.de iure emphyteu. & magis communem affirmat Anto. Gabriel.libro secundo. titulo de iure emphyteu. cõclusione prima. & constat ex Tiraque. de retract. linag. in præfatione.numero.41. atque ex Boerio decis.107. & Parisio consil.118.libro.1.numer. 55. Accedit ad hæc altera eiusdem Bartoli egregia sententia. in. l. si mihi,& Titio.ff.de verbor. obligat:ad finem dicentis emphyteusin finitam , atque denuo reformatam habere naturam paternæ
7 † emphyteuseos : opitulatur etiã & vulgaris illa regula.non spectãdum esse tempus in quo quid acquiritur sed tempus in quo acquisitionis causa extitit.l.in ratione. §.Imperator.&. §. sequens. ff. ad legem Falcid.l. profectitia. ff. de iure dotium.tradit latè Albertus Brunus de augm.& diminu. conclusione.5.Possemus etiam & ad hanc † sententiã allegare alia quę in eadem ferè specie affert Palacius Rub.in repetitione Rubricę de dona.§.62.num.13. & Anton. Gomez.in.l.70.Tauri.nume.28. ea tamen (ne prolixissimus) prudentes omittimus. Postremò finitur emphyteusis quando emphyteuta illi renuntiauit cedens domino ius quod in illa habebat, & tum domino ex integro eam renouante,dicendum est † nõ fieri communem vtriusque coniugis, sed illius tantum cuius antea fuerat:sicuti non difficulter colligitur ex capite primo, de vassallo decrepitæ ætatis,in vsibus feud. etenim de feudo ad emphyteusin legitimum est argumentum, vt multis comprobat Iason. in.l. numero. 55. de iure emphyt. & Decius consilio. 624. volumine quinto. Verum est igitur quod tradit Palacius Rub.in repetitione Rubricæ de donatio.§. 30. nu. 6.si coniux cuius erat emphyteusis vt de suo bene mereretur coniuge seu(vt ipse loquitur)gratum vt illi faceret emphyteusi renuntiauit in hoc, vt dominus eam illius cõiugi reformaret,nullius esse momenti talem renuntiationem,atque neque ipsi coniugi renuntianti neque ipsius quidem hæredibus , quicquàm generare præiudicij.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *IVRE communi instrumenta post causæ conclusionem produci nõ possunt nisi modo instrumẽta postea reperta sint.*
2 *Si instrumentum post causæ conclusionẽ productum falsi arguatur, sunt partes ad probandum admittendæ.*

Cum instrumentum post causæ conclusionem producitur, aduersarius autem falsi ciuiliter arguit an partes sint ad probandum admittendę.

CAP. XVII.

QVanuis iure cõmuni post causæ cõclusionem instrumenta in ius produci nõ
1 valeãt,vti † ostendit textus in cap.cum dilectus. de fide instrumen.adhuc tamen Bart. in.l.admonendi.ff. de iureiuran. nu.3.existimauit admittenda esse instrumenta quæ postea reperta sunt. Bartoli autem opinionẽ (vt cæteros omittam) pluribus confirmat Suarez allegatio. 5.& communem testatur Ripa in dicta.l. admonendi.num.48.& communem moribusque receptam testatur Boerius consil.27.nu.6. & 18. idem facit ex nostratibus Couar. practi.quæst.cap.20.nume.8. nec huic sententiæ refragantur.l.1.titul.2.& l.prima.titul.5, lib.4. Recopila. nam quanlibet decernant instrumenta, quæ partibus nota sunt producenda esse ab actore simul cum libello : & à reo contiinuò cum exceptionibus. Verum scriptores quas partes incognitas habeãt tempus certũ intra quod producantur leges illæ , minimè præscribunt. Sed ecce † aduersa- 2
rius instrumentum , ita post conclusionem editum falsi ciuiliter arguit. Quæritur ergo an partes de ea re ad probãdum admittendæ sint?Et ne longius abeam absoluerunt hoc Rota decisio. 6. & Afflictus decis. 271. vbi aiunt Senatorum communi suffragio definitum fuisse partes ad probandum admissum iri, & ita quidem vtimur , id autem tanquam quotidianum ad nostrum quotidianarum rerum opus spectare arbitratus sum.

SVMMARIVM.

1 *QVOTIES constat de debito,quãta vero illius summa fuerit non constat, iureiurando actoris diiudicanda res est.*
2 *Iuramentum de veritate dicenda in omnibus generaliter causis,tam prophanis,quã spiritualibus locum habet.*
3 *Iuramentum de veritate dicenda cur eo nomine vtatur.*
4 *Errant hodierni pragmatica appellantes iuramentum de calumnia,quando respondetur positionibus, cum potius de veritate dicenda appellandum sit.*
5 *Capit. ex literis. de iureiurando. loquitur de iuramento in supplementum probationis.*
6 *Iuramentum in supplementum probationis locum non habet in causis magni momenti nisi vehementes præsumptiones patrocinentur actori.*

Quan-

Quando probatum est pecuniam mutuo acceptam fuisse, testes vero nō se recordari aiunt quanta illius summa fuerit, quid ius dicens sequi debeat ad intelligentiā cap. ex literis. de iureiurando.

CAP. XVIII.

VSV plerumq; venire solet vt testes in testificando dicant vidisse Titiū Seio pecuniā mutuo dedisse, quāta vero illius summa fuerit non recordari se aiunt: quamobrem quid ius dicens sequi debeat ambigi subinde solet. Extat autem ea de re Pontificia definitio in cap. ex literis. de iure iur. in qua idem Romanus idem summus Pōtifex Honorius III, præcepit iudicibus, vt per iusiurā dum de veritate dicenda à partibus exactum rem definiant effetq; tertius ille ad hanc rem aperti simus si non nobis Panormitani interpretatio illius sensum perturbasset, qui ibidem scribit textum illum specialem casum continere, accipiendumq; tantum modo esse quando agitur de causa vsurarum aut vbicunque animæ periculum vertitur, cū Abbate vero reliqui deinceps ab eo interpretes illic consentiūt. Atqui ego (quod illorum pace dictū velim) non rectè illos sentire existimo, magisq; placet textum illū latius parere perq; omnia iuris regulis conuenire. Enim verò iure communi generaliter receptū est quoties † constat de debito, quanta vero illius fuerit quantitas in dubitationem venit, actoris iureiurando diiudicandā rem esse. Huius sententiæ fuit Rayne rius de Forlibis in l.1.ff. de in litē iur. Bart. in l.1. §. si cista. ff. depositi. Cæpola cautela. 210. Afflict. decis. 337. num. 1. Hippolytus singul. 322. Boerius decis. 339. sub finem, & rursus consil. 25. num. 22. testatur communem esse opinionem Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum verbo creditor. Habent autem ij nō leue suæ opinionis fundamētum in l. si quādo. C. vnde vi. & in l. 1. §. si quis argētū. ff. depositi. simulq; in l. finali. C. de iure dominipetrādo, & apud nos in l. 2. tit. 11. par. 3. Cū igitur ita iuris regulis id generaliter probatū sit, quo iure quæso illius capituli definitionē (in quo nihil aliud deciditur) ita strictim, & acerbe interpretantur glossographi? & in angustum adducunt, vt tantummodo ad causas vsurarum aut pias pertinere dicant? præsertim cum illius textus ratio tam latè pateat: illam enim reddit summus Pontifex: *ne iustitia occultata veritate succumbat*. Non intelligo sanè vnde hæc Panormitani rectè sustineri valeat interpretatio?

Proinde

Proinde memini ego cū in quodam priuato examine textus ille prælegendus mihi cōtigisset, quā uis ex temporali studio à Panormitani opinione discessisse non sine magna doctæ frequentisque coronæ circunstantis approbatione & consensu. Postea vero cum inter Bartoli doctissima commētaria versaremur, reperi Bartolū ipsum id expressim sensisse in l. admonendi. nu. 40. ff. de iureiurand. vbi vir ille (vt erat & ciuilis, & Pontificij iuris scientissimus) nominatim in suam sententiam citat Pontificiam illam decisionē apertè significans eam generaliter accipiendam esse. Bartolum vero præter classicos omnes ibidem (quorum nomenclaturam superuacuum foret recensere) sequitur Anton. de Butrio. in cap. fin. de iureiur. & Alex. consil. 69. volum. 2. num. 7. & Decius cōsil. 536. volum. 4. numero. 12. Boerius consi. 25. numer. 22. qui ex aperto in illius textus intelligentia nobiscum sentit, itaque illius capituli. *ex literis*, decisionem generaliter accipiendam esse non est dubitandum. Illud autem parū me mouet quod Abbas ipse, & reliqui Pontificij scriptores inibi scribunt: iuramentum de veritate dicenda non habere locum nisi in causis spiritualibus hoc enim nullus est omnino textus qui probet: quinimo omnia iura, & canonica & ciuilia ac tā antiqua, quā recentiora contrarium manifesto ostendunt, præsertim textus in cap. 1. & 2. de iura. calum. in. 6. & ca. præsentium. de testibus. eodem libro. Itemq; cap. 2. de probatio. & clemen. sæpè. de verbor. significatione. l. in bonæ fidei. & l. generaliter. C. de rebus cred. & l. admonendi. eodem titul. ff. ex quibus apparet iuramentum de veritate dicenda, æquè in causis prophanis perinde ac † in spiri- 2
tualibus locum habere. Neque sanè intelligere possum, vnde interpretes hanc sibi tam iuri aduersam potuerint persuadere sententiam. Nam apud me ficulneū est sanè argumētū quod sibi astruūt ex capit. dudum. 2. de elect. & ex cap. literas. de iuramento calum. Nam quod antiqua illa iura dicāt in spiritualibus causis non iuramentum de calumnia, sed de veritate dicenda præstandum esse, an id propterea probant iuramentum de veritate dicenda præstandum non esse nisi in causis spiritualibus? Hanc sanè consequētiā, ne subtilissimus quidem Chrysippus vllo vnquàm modo mihi persuaserit. Sed & illud dispiciamus quod ab interpretibus prætermissum † esse piget, cur iura- 3
mentum hoc de veritate dicēda ita appelletur, est ne forsan iusiurandum aliquod quod non de veritate dicenda dicatur? cum iuramentum nihil aliud sit quàm veritatis confirmatio? Planè iuramē-

tum

tum hoc de veritate dicendâ dicitur ad differentiam iuramenti de calumnia ac iuramenti in litem: quoniâ hoc affectionis illud credulitatis dicitur. l. 2. §. quod obseruari. C. de iuramẽ. calum. l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iurando glossa in Rubrica. ff. de iureiuran. Hoc igitur iuramentum de veritate dicenda latius patet, dicitúrque quoties ob eruendam veritatem defertur. l. cum de debito. §. in omnibus. ff. de probationib. comprehenditúrq; sub eo iuramentum litis decisorium, vt in cap. fin. de iureiuran. Atque item iusiurandum per quod positionibus respondetur, vt in capit. præsentium. de testibus in. 6. Ex quo apparet errare hodiernos pragmaticos † appellantes hoc iuramẽtum de calumnia, cum potius de veritate dicenda appellãdum sit. Comprehenditur etiam sub illo iuramẽtum quod à iudice in supplemẽtum probationis defertur, vt in dicto cap. fin. de iureiur. & l. admonendi. ff. eodem titu. & ostendit glossa in Rubrica. ff. de iureiuran. Et sanè (vt ad destinatum reuertamur) de hoc iuramẽto in supplementum probationis loquitur textus in dicto cap. ex literis. de iureiurand. veruſque est tertius intellectus ab ipso Panor. illic positus à quo si non decessisset consultius vtique fecisset. Fallitur etiam Baldus (dicendum est enim quod sentio) qui illic existimauit † textum illum non loqui de iuramento in supplementum probationis, sed trutinationis veritatis (sic enim ille loquitur). Nã quod ait in causa criminali non deferri iuramentũ in supplementum probationis ad rem nihil attinet quoniam illic non agebatur de vsura criminaliter, sed ciuiliter seu pecuniariè (*vt vsurpem verbum Iurisconsulti in l. si ambo. §. quoties. ff. de compensa.*) quo casu locum esse in causa vsuraria iuramẽto de veritate dicenda, autor est Socinus regula 204. ab ipso Baldo expressim dissentiens. Quanquàm siue illud appelles iuramentum veritatis siue trutinationis veritatis siue in supplementum probationis, in idem res recidit, & quanquàm diuersis vtaris nominibus tantumdem significaueris rebusque non commutatis mutaueris tantum vocabula. De hoc autem iuramento in supplementum probationis, si ego hic longius agerevellem nihil aliud esset quàm rem actam agere quod veteri vetamur prouerbio, est nanq; res exposita & effusè, & accurate ab omnibus scriptoribus cum alibi, tum in l. admonendi. ff. de iureiuran. Atque octoginta limitationes plus minusue in quibus iuramentum hoc non defertur congerit Socinus dicta regula 204. Inter quas illa apud omnes perquè frequens est, non habere hoc iuramentum locum in causis † magni momenti. Hæ verò quæ dicãtur iudicis relinquitur arbitrio, vt testatur communem opinionem Ias. in repet. dictæ l. admonendi. nu. 272. Apud nos verò id definitum extat Regio iure in l. secunda. titul. vndecimo. Partit. tertia. quæ bellissimè definit causas leues hoc casu dici, quæ non excesserint decem morabetinos, scilicet, aureos. vt rectè illic interpretatur Gregorius Lopides, cui placet etiam in causa magna si vehementer præsumptiones vrgeant, deferẽdum esse hoc iuramentum in supplementum probationis, cuius non inuitus probauerim sententiam, cum animaduertam quàm plures autores idem sequi, quos refert Iosephus Ludouicus decisione 100. numero septimo. Et magnopere illis adstipulatur textus in dicto capitul. ex literis. de iureiurando. illic siquidem certum est maiorem agitari causam, quàm decem aûreorum. Et cauet tamen Romanus Pontifex, vt iureiurando definiatur controuersia. Sed de illius textus intellectu satis superque. Hæc enim quoniam identidem, & (vt Cæpola loco superiori memorat) millies incidere solent, à nostro rerum quotidianarum opere nó aliena putaui.

SVMMARIVM.

1 STADIVM *constat 125. passibus: itaque stadia octo milliarium implent.*

2 *Parasanga continet stadia triginta. Schenus stadia habet sexaginta. ibidem.*

3 *Apud Romanos in ratione itinerum lapis pro milliario accipitur.*

4 *Iure communi prohibitum est ne quis veredis, aut paraueredis (vernaculo sermone postas appellamus) iter faciat.*

5 *Aperitur intellectus l. 2. ff. de in ius vocando reiecta Budæi opinione.*

6 *Leucæ nomen Gallicum est.*

6 *Leuca nostrati Regio iure tribus millibus passuum constat.*

6 *Passus quinque pedum mensura est.*

7 *Leuca habet nostratium Virgularum Castellanarum millia quinque.*

Virgula, seu Castellana pertica tribus constat pedibus. ibidem.

Pes est tertia pars nostræ Castellaneæ Virgulæ. ibidem.

8 *Pes digitos quindecim transuersos habet.*

8 *Digitus transuersus quatuor continet hordeaceа grana.*

9 *Leges Regiæ facientes mentionem de leucis intelligendæ sunt de vulgaribus leucis.*

10 *Dimensio quæ per funiculum fit vetustissima est.*

11 *In mari leucarum dimensio astronomica deprehenditur ratione.*

11 *Vniuersi huius orbis ambitus leucarum millibus sex, & tercentis clauditur.*

12 *Itinerum diurnorum ratio (quas jornadas gentiliter appellamus) quemadmodum accipienda sit.*

13 *Peregrè proficiscenti indulgetur in hebdomadas singulas dies vnus quietis.*

14 *Vlna vtriusque brachij intercapedo est reiecta Alciati opinione.*

15 *Iugeri mensura quanta sit.*

Regiæ leges de leucis mentionem facientes, an sint intelligẽdæ de leucis ciuilibus, an de vulgaribꝰ. CAP. XIX.

Modus est certa mensura, Seneca epistola 67. ad Lucillum.

ANteaquàm ad propositam quęstionẽ respõdeam, pauca præponam. Itinerum mensura non eadem vbiq́ue est, sed prò regionũ varietate, varius quoque modus habetur alij stadijs itinera metiuntur, vt Græci. Constat autem stadium centũ viginti quinque passibus, itaq́; † stadia octo milliarium implent: sicuti apertè demonstrat Plinius libr. 2. naturalis historiæ cap. 23. in hęc verba, *stadiũ habet passus nostros centum viginti quinque, hoc est, pedes sexcentos viginti quinque.* Cõstat etiam ex Gellio libr. 1. capit. 1. Alij parasangis vtuntur, vt Persę. idem Plinius libr. 6. cap. 26. & Solinus Polyhistor cap. 58. cuius huiusmodi sunt verba. *Hic inconstantissimus est terrarum modus, nec immerito: cũ aliæ circa Persida nationes schenis, aliæ parasangis, aliæ incomperta disciplina terras metiantur, & incertam fidem faciat mensuræ ratio diseors.* Continet autem parasanga stadia trigin
1 ta, hoc est, tria millia septingentos quinquaginta † passus, vt
2 autor est Herodotus lib. 5. Ægyptijs schenus est in vsu, vti Diuus enarrat Hieronymus ad Iosuelẽ ca. 3. Habet autem schenus sexaginta stadia, hoc est, septem millia quingentos passus, idem Herodotus libro secundo. *Qui plurimum, inquit, terræ habent, metiuntur illam parasangis, constat autem parasanga tricenis stadijs, schenus autem sexagenis.* Romani vero milliarijs itinerum spatia distinguebant † mille passibus lapide erecto, cuius rei cum alibi passim suppetunt exempla, tum apertissimè ostendit Vlpianus in. l. prima. ff. de officio præfecti vrbi. ita inquiens. *Quidquid igitur intra vrbem admittitur ad præfectum vrbi pertinere videtur. Sed & si quid intra centesimum milliarium admissum sit ad præfectum vrbi pertinet, sed si vltra ipsum lapidem egressum est, præfecti vrbi notio non est.* Idem ostendit textus in. §. qui autem. Instit. de excusatio. tutor. & l. propter litem. ff. eodem titulo. ostendit etiam Suetonius in vita Claudij Cæsaris. *Ipse*, inquit, *quosdam nouo exemplo relegauit, vt vltra lapidem tertium vetaret egredi ab vrbe.* Ostendunt etiam Martialis carmina illa libr. 1. Epigram. 13.

Rura nemusq́, sacrum delectaq́, ingera musis
Signat vicina quartus ab vrbe lapis.

Et lib. 9. Epigram. 65. ad statuam Domiciani.

Herculis in magni vultus descendere Cęsar
Dignatur, latiæ dat nona templa viæ.
Quà triuiæ nemorosa petit dum regna viator
Octauum domina marmor ab vrbe legit.

Sed & illud amplius Romanis (vt erant omnibus in rebus prouidentissimi) curæ fuit: vt vnicuique lapidi per ordinem numerus milliariorum inscriberetur, ita, vt iter facienti facilè esset perlecto marmoris numero, cognoscere quantũ itineris peragrasset, haud leue profecto itinerantium leuamen. Hoc autem ita esse demonstrant liquido Quintiliani verba libr. quarto. Institu. vbi de partitione agens, ita inquit. *Neque enim id solum efficit partitio, vt clariora fiant quæ dicuntur rebus velut ex turba extractis, & in conspectu iudicum positis, sed reficit quoque audientem certo singularium partium fine, non aliter quam facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata in scriptis lapidibus spatia.* Durant & huius antiquitatis hodie vsque vestigia non languidæ fidei in via argentaria (vulgò vocatur *camino de la plata*) qua Salmantica Hispalim pergimus, in qua plurimæ extant veterrimæ columnæ hunc milliariorum inscriptæ numerum, quæ tamen si pluribus in locis temporis iniuria interuulsæ sint, plurimæ tamen adhuc visuntur eo pacto inscriptæ, vt si omnes restitutæ essent milliariorum seriem exactissimè implerent. Hoc autem Romanorum fuisse opus testatur Vasæus in suo chronico, tomo primo. capit. 22. Sed, & hoc Romanorum cau-
4 tum † erat legibus, extatq́ue ne cui cursu publico veredis, aut parauedis (vulgò *postas* appellamus) iter facere liceret sine euectionis diplomate, hoc est, sine principis permissu ac copia, sicuti effusius apparet, ex titulo qui speciatim, de ea re extat libro 12. Codicis. cuius Rubrica de cursu publico inscribitur, & illic annotat Alciatus, & apparet etiam ex Plinio Iuniori libro 10. epistola vltima. Atque proculdubio de hoc itinere cum diplomate peragendo loquitur textus in. l. cõtinuus. §. secundo. ff. de verborum obligationib. & annotat Budæus in l. eos. ff. de falsis. Erantq́; ad eam rem equi publici destinati, vti apparet ex l. animalia. eodem titul. de cursu publico, ac ex Hieronymo in epist. ad Iulianum. Quod igitur Iurisconsultus scribit in. l. secunda. ff. de in ius vocan. non esse in ius vocandum, cum qui equo publico in causa publica transuehatur, ad hanc euectionis speciem respicere puto: licet aliter illic eruditissimus ipse interpretetur Budæus. Verum vt ad propositum reuertamur quanquam ab eo tamen non multum diuertimus. Alij in quibus Galli & nos Hispani in † itinerum di- 5
mensione leucis vtuntur. Quod nomen Gallicum esse autor est Ammianus Marcellinus libr. 19. & probat Couar. libr. 2. Varia. ca. fin. nu. 5. leucæ verò mentio (si satis memini) in iure vel ciuili vel canonico non extat, nisi solũmodo in c. ex parte B. de foro cõpe. vbi doctores nõ satis cõueniũt in definiẽdo quot illa milliaribus cõ stet, atque vti illic refert Abbas: leucæ magnæ sunt in † Francia, 6

longiores in Burgundia longissimæ in Anglia. Et sit sanè in medio quod apud alias nationes de ea re constitutum est. Quod ad nos vero attinet leuca nostrati iure tribus millibus passuum constat, velut Regia extat decisione definitum in.l.tertia.titul.16. Partita secunda. passus vero (vt huius modi, seu mensuræ rationem omnem explicemus) quinque pedum mensura constat, vnius anterioris, & alterius posterioris, & tribus intermedijs, vt ostendit Columela libr.quinto. capit.primo. & tradit glossa in.l.tertia. ff. de verborum significatione. & in capit. sicut. 17. quæstione quarta. & probat l. quarta. titul.13. Parti.prima. Habet itaque leuca pedum quindecim millia, atque perinde nostrarum virgularum Castellanarum quinq; millia: constat enim postea illa Castellana tribus pedibus, vt intelligere licet ex l.quinta.titulo.13. libro sexto Recopilationis. §. 37. numero septimo. In hoc tamen animaduertendum erit, gressus, & passus nō idem esse, nam gressus est spatium illud quod gradiēdo, seu ambulādo pedes efficiūt: & quia ambulando non prorsus pedes extendimus nō habet nisi dūtaxat pedes duos & semissem.

7 Passus vero idcirco † longior est quoniam complectitur spatium illud omne, quod extensis quoad eius fieri possit pedibus pandi-

tur: & ideo ab illo verbo originem trahit à pando enim passus dicitur. Pedi vero (vt ad reliqua pergamus) nonnulli decem † sex 8
tribuunt digitos transuersos, scilicet, in quibus Diuus est Isidorus libr.15.etymolog.cap.15. Antonius Nebriss. in Lexico iuris ciuilis, dictione, digitus. Alciat. in l.mille passus.ff.de verb. significatione. Alij vero quindecim duntaxat digitis pedem metiuntur, vt glossa in dicto capit.sicut antiquitus.17.quæstione quarta. Baldus, Angelus, Romanus & Iason in. l. prima. ff. si quis cautio. & hæc nobis sequenda magis est opinio quando ea Regia est definitione recepta in.l.quarta.titul.13. partit.prima. Digitus vero transuersus (vt id quoq; dicamus) quatuor cōtinet hordeacea grana, vt superiores autores tradunt omnes, & quoniam carmine res cōprehensæ memoriæ facilius infiguntur, hæc tribus tibi volui, vt carminibus constarent.

Quinq; pedes passum faciūt: passus quoq; centum
Quinq; & viceni stadium dant: sed miliare
Octo dabunt stadia: via sic miliaria leucam.

His ergo quasi fundamentis iactis † ad propositam quæstionem 9
definiendam pergamus. Videamus itaque an Regiæ leges de leucis mentionem facientes intelligendæ sint de leucis ciuilibus, an de vulgaribus. Quanuis enim leucarum ciuilium certus apud nos sit modus, sicuti paulò antè diximus

mus, vulgarium vero leucarum incertissimam esse mensuram, seu modum palam est. Nanque in vsu nihil est tam ordinarium, quàm, vt alibi longiusculas alibi longiores offendamus leucas: sicuti experimentis nemo ferè est (qui modo claudus non sit) qui compertum non habeat. Sunt autem qui putent istiusmodi leges non de ciuilibus leucis, sed de vulgaribus intelligēdas esse: glossa in cap. nonnulli. de rescriptis. & in capit. cupientes. verbo, commodè. de electione. & in cap. præsenti. §. loca. de præbēd. in sexto. Specul. titul. de citatione. §. primo. nume. primo. Paulus de Castro, & Ias. in. l. prima. ff. si quis cautio. Gregor. Lopides in.l.4. titul.16. Parti. secunda. verbo, *jornadas*. Auilesius in cap. Correctorū. cap.4. gloss.1. Paris de syndicatu. §. nuncius. cap.2. & hanc inter autores parem, seu communē esse opinionem scribit Abb. in dicto capit. nonnulli. num.6. Porrò Bartol. pro suo clarissimo acerrimoque ingenio bellissimè mihi visus est distinguere in dict.l.1. ff. si quis cautio. interesse enim ait, an agamus de mensura loci propter solam proficiscendi causam, an alijs de causis, nam priori in specie per vulgares vias dimensionē faciendam esse tradit: altera vero specie non per vulgares vias, sed directo facienda erit dimensio, quòd si propter locorum iniquitatem directo fieri nequeat, facie da erit per aerem, quæ mensura à Græcis orthometria dicitur. Vtrunq; autem proprijs rationibus, siquidem cum de profectione agitur absurdū foret aliorsum mensurā facere, quàm quorsum iter agendum est: cæterùm alijs in causis cum solum de percipiēda locorum distantia agatur, res ipsa postulat, vt directo mensura fiat, alioqui non iusta foret mensura, sed potius cacometria, vt Græci vocant. Bartoli vero distinctionem sequūtur illic Bald. Angel. & Salycet. necnon Romanus & communiter reliqui, sicuti ibidem memorat Iason, & item Oroscius noster. & probat pluribus verbis Alexan. consil.22. volumi.4. & videtur adamussim illi congruere decisio textus in dict. capit. præsenti. §. loca. de præbēdis. in sexto. Sed dixerit aliquis. At videro. ne si hanc tam prolixam, & scrupulosam leucarum dimensionem sequaris, futurum sit, vt egrè & difficulter lites expediri valeant. Porrò huic difficultati commodissimè succurrit prudentissimus ipse Bartol. non superiori loco, sed alio longè remotiori, nēpe in tract. testimoniorū. §. vicena. numero. 55. vbi de hac eadem re agens, ait: in re dubia standum esse vulgari itinerum mensuræ: quia credendum est illam à certa antiquorum mensura exordium sumpsisse. Si quis er-

Post hæc scripta cōmunis & vera opinio recepta est pragmatica quadā sanctione Lucæ Madriti anno 1587. vbi tamē an, & ea Bartoli re cipiat distinctionē quæ etiam communis est.

go vulgari huic mensuræ contradicendum putauerit, quia dicat eam legali mensuræ non satis respondere ibi iudicis contuebitur officio, vt impensis illius qui contradixerit directo mensura fiat. Eo igitur pacto non erit timendum, vt quis temere hanc ciuilem dimensionem postulet. Hæc autem Bartoli distinctio quantũ ego experimentis consequor moribus apud nos recepta est. Sed neque est noua quidem huiusmodi † dimensionis ratio quæ per funiculum ducitur, sed vetusta nimis prisciisque iam olim prodita moribus: legimus enim Psal. 77. *Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis*, & in Psalmo 15. *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Id est, mensura terræ meæ in agro fœcundo euenit mihi: sicut apud Sophoniam prophetam interpretãdo scribit nostras eruditissimus Arias Montanus cap. 2. Meminit etiam de huius funiculi mensura textus in cap. cum terra. de elect. & illic declarant interpretes. Illud vero nemo erit, qui nesciat, istiusmodi leucarum mensuram in mari neutiquam locum habere, nam in mari quemadmodum rogo mensura duci poterit? quid quod itineris ac nauigationis diuersa causa est, vt & palam est, & animaduertit quoque Bartol. in tract. de insula. §. nullius. nu. 1. & Felin. in cap. olim. nu. 7. de exceptionibus. In mari igitur leucarum numerus astronomica † apprehenditur ratione, ex cardine septemtrionis, seu poli vtriusque ad æquinoctialem lineam dimensione ducta: secundum quam vniuersus hic mundus in gradus trecentos sexaginta diuiditur. Singulis autem gradibus denæ septenæ leucæ & semissis, seu dimidia attribuitur: sic subducta ratione fit, vt vniuersi huius orbis ambitus leucarum millibus ter & tercentis claudatur, ita vt si permeabilis vbiq; terra esset, & non plerunq; inuia & inaccessa peragrari posset annis plus minusue duobus. Et videbitur tibi forsan hũc terræ ambitum pro regionum varietate, & plagarum interiacentium multitudine longum nimis & quàm amplissimum esse latifundium. Sed hui si ad cæli spatium illud conferas, puncti tibi tantum constabit habere rationẽ, id est (vt Boethius est autor) si ad cælestis globi magnitudinem illud compares nihil prorsus habere spatij videbitur: verum hæc ad colmographos nos ad nostros redeamus. Et quia de leucis satis dictum est, nũc breuiter de diurnis itineribus (*quas Itali dietas, nos jornadas vulgo vocamus.*) Videamus itaque quantum itineris in singulos dies † peragendum statuatur legibus. Et discrepant sanè in ea re nostrates leges à iure communi, sed neque leges ipsæ Regiæ quidem inter se satis consentiunt.

tiunt. Nam l. 18. titulo. 7. libro. 1. Recopilationis. §. secundo. in singulas diætas denas leucas præscribit. Non idem l. 6. titul. 22. libr. 2. & l. 2. & 3. titul. 10. libr. 6. & l. 6. titul. 11. lib. 9. Recopil. Sed octenas tantũ leucas in singulos dies peragendas definiunt. Verum hanc nostratiũ legum antinomiã ego ex illa eleganti Bartoli distinctione profligadam puto. Hoc pacto, vt si quidem de itinere peragendo agatur octonas leucas in singulos dies proficiscenti dinumeremus, sicuti superiores illæ Regiæ leucæ demõstrant manifesto. Sin autem non de itinere peragendo principaliter agatur, sed potius de percipienda spatij distantia ibi denas leucas in singulos dies dinumeremus, nam de hac quidẽ specie loquitur textus in dicta. l. 18. titul. 7. libro. 1. Recopil. At ius commune siue Romanum cum neutrarum Regiarum legum definitione congruit: nam more Romano vicena millia passuũ in singulos dies dinumerare iubet prætor, vt in. l. 1. ff. si quis cautio. & in l. 3. ff. de verborum signifi. Atqui denæ, atque adeo octonæ leucæ amplius exterminant spatiũ: sed nos nostratium legum definitiones sequi debere manifestum est. Sepositio eo tamen quod plerisq; placet præter octonas illas † leucas, quas in singulos dies impartiuntur Regiæ leges indulgendas insuper esse peregrè proficiscenti ad laborem euandum, recreandique corporis gratia in singulas hebdomadas singulos dies feriæ, atque quietis, sicuti non tam lege, quàm humanitatis ratione permoti tradunt autores, atque imprimis glossa in cap. cupientes. verbo, commodè. de electio. in sexto. Angel. in. §. rursus. nume. quarto. de actio. in sexto. Iaſ. in dicta l. prima. ff. si quis cautio. nume. 15. Felinus in cap. olim. numer. sexto. de except. & rectè illi quidem: nam, vt Philosophus Politicorum 8. inquit, quisquis laborat requie opus habet. Verũ hic quia longius ire cœpi (quam principio cogitabamus) gradum reprimam illudque tantum notauero quod scriptum reliquit Alciat. parergon libr. primo. cap. 18. vlnam idem esse quod cubitus: id enim verum † non est (pace dicere hominis eruditissimi liceat) siquidem vlna est intercapedo illa quæ inter ambo brachia quoad fieri possit extensa vtrinque panditur, vulgò, *brazada* appellamus, idque non obscurè significat Ouidij carmina illa Metamorphoseos libro 8.

Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine trunci
Circumiere modum: mensuraq; roboris vlnas
Quinque ter implebat.

Et huius nostræ quoque sententiæ fuit Seruius super Virgilium Ecloga 3. Hæc autem vlnæ mensura apud Græcos, orgyia dicitur,

tur, sexque pedum continet longitudinem, vt scribit Budæus in l. finali. ff. si mensor falsum modum dixerit. Sed neque illud omiserim, quod ad rem geometricam, de qua agimus, & simul ad iuris vsum apprimè conuenit: iugeri mensuram ducentos & quadraginta longitudinis pedes esse
15 dimidio † quàm in latitudinem patere, vt docet nostras Fabius Quint. inst. lib. 1. cap. 17. forsan id circo ita dictum, quia tantùdem spatij arare vno die par boum cõ sueuerit, sicuti intelligere licet, ex Regum libr. 1. cap. 14.

SVMMARIVM.

1 *DIES mensis & annus instrumento inscribi debent.*
2 *Olim Romani per Consules, Græci per Olympiades annorum ducebant rationem.*
3 *Olim maiores nostri annorum rationem ab Era Cæsaris inibant.*
3 *Rex Ioannes eius nominis primus, primũ introduxit, vt Hispani à natali Domini nostri Iesu Christi annos computarent.*
4 *Era computatio initium habuit triginta octo annos ante felicissimum illum Saluatoris nostri natalem diem.*
5 *Regium illud septem partiti iuris opus promulgatum fuit anno Domini 1251.*
5 *Autor dabat operam huic operi Anno 1580.*
6 *Ad subducendã veram rationem eræ quæ cum hodierna congruat computatione addendi sunt annis Dñi triginta octo anni.*
7 *Era etymologia, vnde processerit.*
8 *Notariorum error notatur.*
9 *Hora confecti instrumenti necessario exprimenda non est.*
10 *Tabelliones scribentes per notas ac nõ bono atramento aut papyro animaduertendi sunt.*
Instrumentũ noctu conficere non est prohibitum. ibidem.
11 *Locus vbi instrumentum rogatur inscribi debet non tamen locus loci.*
12 *Tabelliones debent ad verbum omnia partium pacta & conditiones exprimere.*
13 *Si notarius per errorem vel oblitionẽ omiserit inscribere aliquid instrumento de ijs quæ inter partes conuenere damno id partibus esse non debet.*
13 *Notarius omittens aliquid scribere instrumento præsumendum est errore potius quã dolo fecisse.*
14 *Conuentiones ac pacta in præsentia partium ac testium ex scripto recitari à tabellione debent.*
15 *Instrumentum à partibus subscribi debet.*
16 *Quot testes instrumento adesse necessarium sit.*
17 *In contractibus excedentibus libram auri tres sunt testes necessarij in cæteris duo tantum sufficiunt.*
18 *Quæ maioris cautelæ gratia fiunt minus valent ad consuetudinem introducendam.*
19 *Instrumentis quæ concilio senatu aut iudicio fiunt testes necessarij non sunt.*
20 *Si quid additum ademptumue instrumento fuerit ante subscriptiones subnotari debet.*
21 *In exemplo instrumenti transferendo nihil omnino notarius immutare debet.*
22 *Notarius extendere non potest instrumentum protocoli decessoris etiam quod attinet ad solennes clausulas.*
23 *Notarius an possit instrumẽtum pro se vel aduersus se conficere, & an pro filio vel pro vxore.*
24 *Instrumentum factum à notario publicè excommunicato nullius est momenti.*

Quæ solennia nostrati Regio iure interuenire debeant, vt instrumentum publicum fidem faciat. CAP. XX.

MAnifestissimi iuris est instrumentum in quo desideratũ fuerit aliquid ex ijs solẽnijs, quæ instrumentis conficiendis adhiberi debent fidem non facere exequendumque non esse textus glossa & reliqui in l. generali. C. de tabularijs. libr. 10. Specul. titul. de instrumentorũ editione in principio. Quæ vero ea solennia sint quod ad ius commune attinet, scribit plenè Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de edendo. & plenius Panor. in cap. 1. numer. 3. de fide instrumentorum. Verum quia apud nos lege quadam regia Compluti à Regibus catholicis lata plenè est definitum, quę nam sint ea solennia quæ hodie in instrumentorum confectione obseruari debeant, destinati operis propositum me admonet vti parumper circa illius legis argumẽtum moram faciam, res est enim hæc quæ in vsum non raro venire solet. Extat autem hodie cõstitutio illa Regia. titulo. 25. libro. 4. Recopil. estque numero decimatertia. Non me quidem latet in illius interpretatione operam dedisse. Couatru. pract. quæstio. ca. 20. & Auenda. titul. *de las exceptiones*. num. 24. Verum non ita exactè vt nos illis aliqua non addere valeamus. Igitur vt breuitati consulentes ea tantum quæ præcipuè interpretatione egent prosequamur. Principio exigit lex illa Regia, vt dies mensis & † annus in- 1
strumentis inscribantur, id quod & antea vsitatissimum erat, sicuti apparet ex Authent. vt præpon. nomen Imperatoris. Atque ex. l. 1. §. editiones. ff. de edendo. l. 54. titul. 18. part. 3. Quamquàm in ea re, nec olim apud veteres nec recenter apud nos Christianos eadem obseruatio fuit: olim enim Romani per consules, Græci per Olympiades annorum ducebant rationem † & alij aliter. Sic quo- 2
que & hodie Christiani alij à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, alij ab illius incarnatione rationem ineunt. glossa final. in extrauag. vnica de censibus inter communes. glossa in dicta Rubrica, vt præpona. nomen Imper. Quid vero cæteræ obseruent nationes nõ moror: Verum quod ad nos Hispanos attinet: olim apud maiores nostros moris erat, vt annorũ computatio fieret ab era Cæsaris. Porrò Rex Ioannes † eius nomi- 3
nis primus anno Domini, millesimo, trecentesimo, octogesimo tertio, ea computatione antiqua ta nouissimè sanxit, vt à Domini nostri Iesu Christi natali die annorum iniretur computatio, sicuti ex illius apparet chronico, & notant cum alias alij: tum Couar. lib. 1. Varia. ca. 12. & frater Alphõsus Venerus in Enchiridione tẽporum sub principium. & Greg.

Lopides in dicta. l. 54. titulo. 18. parti. 3. verbo, *la era*, & frater Hieron. Romam in commenta. *de las republicas*. 2. parte. lib. 9. cap. 6. Id quod Christianissimus Rex, & religiosissimè, & sapientissimè fecit, par erat enim vt vnde nobis Christianis omnis salutis omnisque boni principium, & origo extitit, inde nobis annorum ratio, & initium constaret. Habuit autem initium istius Cæsareæ † eræ 4
computatio duo de quadraginta annos ante felicissimum illũ Saluatoris nostri natalem diem: sicuti superiores autores animaduertunt, & apparet non obscure ex procemio illo Regij voluminis, quod septem partitum vocamus ad finem ipsius procemij. Proinde diligentissimè nobis obseruãdum erit, cum forsan in vetusta aliqua monumenta inciderimus in quibus sub huius eræ annotatione annumeretur annus quo gesta res est, vt animaduertamus ad subducẽdam veram rationem quæ cum hodierna computatione congruat, dispungẽdos nobis esse ab ipsius eræ numero triginta illos octo annos, qui inter erã & natalem Domini diem interfluxere: nam eo pacto facilè percipiemus, & quoto anno Domini gesta res est, & quot inde ad nos vsque emanarint anni fingere cuius rei exemplum possumus in Regio illo præclaroque opere septem partiti iuris, quod inceptum fuisse cõstat ex illius procemio, era Cæsaris, millesima, ducẽtesima, octogesima nona: ex eo igitur quo subductis illis triginta octo annis qui inter eram Cæsaris, & Domini natalem diem interfluxere relinquitur inceptum fuisse opus illud anno Domini, millesimo, ducẽtesimo, quinquagesimo primo. Exinde vero ad præsentem annum † sesquimille 5
simum octogesimum, quo Dei misericordia agimus subducta ratione apparet effluxisse annos trecentos vnde triginta. Hoc autem in huiusmodi specie positum ad cæteras omnes vbicunq; eræ mẽtio facta fuerit transferri poterit. Quòd si ægrè tuleris retro rationem ducere, & malis ab ipso eræ 6
anno in præsentem † diem rationem trahere fiet non difficulter, addendo annis Domini illos triginta octo annos, & ita vtroque modo in parilem annorũ numerum ambæ exibunt computationes: fit autem hoc (vt tanquàm digito rem demonstremus) ad exẽplum duarum virgularũ inæqualium, quas si velis æquales facere necesse est, vt aut longiori detrahas aut addas breuiori. Cum ergo era Cæsaris sit maior quã era Domini, vt æquales fiant aut detrahendi sunt eræ Cæsaris illi triginta octo anni, qui supersunt, aut addendi sunt annis Domini: atque ita vtriusque eræ numerus erit æqualis atque iusta annorum exibit

exibit computatio. Est autẽ hoc nostrum consilium non parui dubitandum quidem: memini enim nõ paucos eosdemq; pereruditos viros eius rei ignorantia nonnunquam hallucinatos fuisse. Eræ autem verbum vnde originem traxerit disceptat eruditissimus, at- 7
que iuxta nobilissimus † Petrus Mexia in sylua 3. part. cap. 12. & Vasæus in chronico rerum Hispan. 1. part. & Couar. libr. 1. Varia. cap. 12. num. 3. & Hieron. Romam *in illo opere de las republicas*. 2. part. lib. 9. ca. 6. vbi dissidentiũ autorũ diuersas opiniones referunt: quæ quãquã propter ipsorum autorũ summam autoritatem non leue pondus habeant. Verum, quia in rebus ita vetustis, & ptiscis comminiscendi cuilibet, quod sibi videatur licentia datur non dissonum fore putaui si eius nominis nouam etymologiam exponerẽ. Puto igitur hoc nomen *Eræ* trahere principiũ à verbo illo, erat, quod in rerum gestarum relatione ac memoria passim in scriptorum monumentis occurrere solet, vt cum aliàs sæpè obseruare licebit tum in illud Euangelij Ioannis, vbi Apostolus ipse ceu aquila solis radios superãs sublimi ingenio diuinoque afflatus spiritu exordiens in altissima illa verba prorupit. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*: Geneseos quoque ad eundem modum inchoatur. *In principio creauit Deus cælum & terram, terra autem erat inanis & vacua.* Iob quoque sic incipit, *Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex & rectus.* Sic quoque Ouidius.

Ante mare & terras & quod tegit omnia cœlũ
Vnus erat totus naturæ vultus in orbe.

Et libro secundo.

Regia solis erat sublimibus alta columnis

Linus quoque Thebanus philosophorum antiquissimus, vt Diogenes Laertius est autor, operis sui hoc fecit initium.

ἦν ποτὲ ὅτε χρόνος ἦν ὅτε ἓν ἁπάντων ἐπεφύκει

Hoc est. *Tempus erat quo cuncta simul sunt condita quondam.*

Iustinus quoque historicus commentaria sua ita auspicatus est. *Principio rerum gentium nationumq; imperium penes Reges erat.* Possem eiusdem exempli quàm plurima afferre testimonia, sed ad fidem faciendam superiora, vt sunt idonea, & congruentia satis sufficere puto. Verum, vt ad propositũ reuertamur cum annorũ supputatio apud nos à Domini nostri Iesu Christi natali die incipiat. Palã est errare nõnullos tabellio- 8
nes † qui ad anni solaris initiũ spectantes nõ nisi à Kalendis Ianuarijs annorum numerũ incipiunt: quos notat glos. in dicta extrauagan. de censibus. Melius illi qui tollendæ ambiguitatis gratia intermedio illo tempore, quod inter sacrum natale & Kalendas Ianuarias intercedit vtriusque anni, &

ni & exeuntis, & incipientis mẽtionem faciunt, verbi gratia, dicẽtes vigesimosexto die mensis Decembris exeunte, anno Domini 1579. & incipiẽte anno. 1580. Quáuis autem dies confecti instrumẽ
9 ti necessario † exprimẽdus sit, horæ vero expresio non item: cum nulla omnino lex sit quæ id exigat, tametsi id vtile quandoque fuerit, puta, si eodem die de eodẽ negotio instrumenta plura rogari cõtingat, dubiteturque vtrum prius factum sit, nã in ambiguo potius erit illud in quo hora contineatur, secundum Bald. & Salycet. in l. de rebus. C. de iure dot. Est autem hæc annorum annotatio non notis seu numeralibus literis inscribenda, sed potius per dictiones & syllabas, vt falsi omnis euitetur occasio, vt in Authẽ. vt præpona. nomen Imperatoris, & habetur item apud Pontificios in Regula. 14. Cancellariæ Apostolicæ. Quinimo lege generaliter prohibentur tabelliones, ne quicquàm per compendium scribant, vt in l. 7. titul. 19. par. 3. & in Authen. modo citata. Id autẽ nõ
16 eo pertinet † vt eo nomine instrumẽtum nullum dicatur, sed vt in tabellionem animaduerti debeat sicuti etiã pœnas dare debet quãdo albo attramento, aut minus bono papyro vsus fuerit, secundũ Bart. in l. 1. C. de muner. legis. lib. 11. Sed neque illud prætermittendum erit cum noctu instrumentum confici cõtingat, quod & fieri rectè potest, vt in l. non minorum. C. de tranfact. nihil peccare tabellionem qui noctis non facta mentione præsentem diem scripserit. Innoc. in cap. consuluit. de officio deleg. Tiraquel. alios referens de retract. linag. §. 1. gloss. 11. num. 8. Ignoscendum quoq; erit illi si forsan per errorem non dolo alium pro alio diem scripserit, posteaque errorem suũ corrigens verum diem supposuerit, secundum Bart. in l. librarius. ff. de reg. iuris. Bald. in l. 2. C. de falsa cauła adiecta legato. Et copiosius apud Alexandrum consil. 70. & 74. volumi. 1. & cons. 190. vol. 6. vbi multa ad excusandos notariorũ errores videre poteris, sicuti enim per dolum peccãtes seuere coercẽdi sunt, ita per errorẽ seu ignorantiã lapsi in fraudẽ vocãdi non sunt. l. adhibitus. C. de ijs qui sibi ascribũt in testamẽto. ¶ Exigit deinde lex illa Regia vt is locus, vbi cõtractũ est inscribatur, id quod nouũ nõ est † sed iã olim iure & cõmuni, & regio stabilitũ. glo. in l. generali. C. de tabularijs, libr. 10. & in cap. Abbate sanè. de re iudi. in. 6. Atq; itẽ. l. 54. tit. 18. part. 3. Nũ vero locus loci, idest, domus vel platea, vbi actũ est inscribi debeat, in quæstionẽ vocari solet, & Bart. in Auth. vt præpo. nomẽ Imper. fuit eius sententiæ vt existimaret nõ solum locum generalem, sed etiam specialem nominãdũ esse, eiusque eiusque opinionem cum quadã tamen distinctione amplectitur Baldus in l. contractus. colum. 3. C. de fide instru. & in. l. optimã. C. de contrahẽ. emptione. & affirmat cõmunem Emanuel Suarez in thesau. receptarum sententiarum, verbo instrumentum. Verum illorum opinio, neque moribus apud nos est recepta, neq; itẽ iure Regio, sicuti apparet ex. l. 54. titul. 18. part. 3. Atque apertius ex hac lege Complutensi, cuius interpretationem tractamus, alternatiuè enim loquitur ita inquiẽs. *Declarando las personas que la otorgan, y el dia, y el mes, y el año, e el lugar, o casa donde se otorga.* In alternatiuis vero perspicui iuris est satis esse alteram partem esse verã, capitul. inter cæteras. de rescriptis. Proinde cauendus erit Auenda. qui cõtrarium scriptum reliquit *in titul. delas excepciones. num.* 20. sed & hanc nostram opinionem moribus comprobari satis cõpertũ est, & tradit Gregor. in dict. l. 54. Iubet præterea lex vt conditio-
12 nes † omnes, pacta, renũtiationes, submissiones de quibus inter cõtrahentes conuenit notarius speciatim, & ad verbum exprimat. Merito autem, nam alioqui casus omissus habetur pro omisso remanetque in dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff. de liber. & posthu. l. si extraneus. ff. de condit. causa data. l. quæcunque. §. fina. ff. de publiciana in rẽ actione. cap. susceptũ. de rescript. in 6. Dummodo sciamus placere multis ea quæ sunt de natura contractus quę instrumẽtis apponi sunt solita etsi omittantur pro expressis haberi, ex. l. quod si nobis. §. qui assidua. ff. de edilitio edicto. l. final. C. de fideiuss. cap. cum M. Ferr. de constit. & illic Abbas reliquique interpretes, & Couarru. quamquàm subdubius lib. 1. Variarum cap. 15. num. 9. merito vero nutat: nam contrariam sententiam veriorem, & magis receptã testatur Emanuel Suarez in thesauro recept. sentẽtiarum, verbo *clausula*, sed & si quid ex ijs quę inter partes conuenit notarius per errorem aut obliuionem omiserit hoc illis damno esse nõ debet, si testibus id actum esse probatũ fuerit. Baldus, & Ludouicus Romanus. in l. error. C. de testamentis; & probatur in l. si librarius. ff. de regul. iuris. vbi Bartol. accuratius explicat quando possit notarius errorem suũ corrigere. Quin imò si notarius aliter scripserit, quàm inter partes cõuenerit bellissimè scribit Alexan. cons. 74. volumine. 1. num. 6. præsumendũ esse errore † potius feciſſe, quàm 13
dolo, quę Bartoli quoque fuit sententia in consilio. 89. volumine. 3. & Baldi in Rubr. C. de fide instrumen. sequitur Lanfrancus in capitul. quoniam contra. de fide instrum. num. 23. & Socin. consilio. 94. volumi. 1. apud quos si iuuat vacatq;

vacatque videre permulta poteris & eadem singularia ad excusandos notariorum errores.

Præcipit præterea lex Regia, vt conuentiones, ac pacta, prout in
14 mundum ex compacto † redacta sunt ita in præsentia partium, atque testium à tabellione recitentur, ac relegantur, id vero & antea lege illa 64. titul. 18. part. 3. & iure communi cautum erat, tam in contractibus quàm etiã in testamentis, neq; antea contractus, aut testamentum perfecta esse dicuntur. l. contractus. C. de fide instrumen. l. fideicommissa. §. quoties. ff. de legat. 3. Authen. de tabellionibus. §. filia. Andr. apud Specul. titul. de fide instrumentorum. §. ostenso. in additione magna. Bart. in dicta Authen. de tabellio. §. fin. & in l. ex ea. ff. de testam. Suarez allegatione 1. in fine. Castellus in l. 3. Tauri. & in l. 50. verbo, *del officio*. Ruynus consil. 12. volu. 2. Couar. in c. relatum. 1. de testam. Tellus in l. 3. Tauri. 1. part. numer. 17. Cum autem lex illa partit. atque etiam recentior hæc quã interpretamur indistinctè loquantur, admittere nequaquam videntur Panormitani opinionem in capit. cum P. tabellio. de fide instrum. nu. 4. dicentis in ijs tantum instrumentis quæ scriptis fiunt recitatione opus esse, illud vero magis probo, quod quidam tradunt non satis esse si contractus memoriter à tabelliõe recitentur nisi etiam ex scripto relegantur, saltem in ijs quæ ad rei substantiam spectãt. Castellus in l. 3. Tauri. verbo, nuncupatiuo, nam vt cætera omittam, id vel huius legis verba satis demonstrant. Præcipit enim tabellionibus vti scriptos contractus, perinde ac scripti fuerint præsentibus partibus, ac testibus legant. Legere autem vt Iurisconsultus auror est, sic accipiendum est non intelligi, sed oculis perspici quæ scripta sunt. l. 1. ff. de ijs quæ in testam. delentur. & illic annotant Raphael Cumanus, & Ioã. de Imol. Quin legere ita notarius debet, vt testes quod agatur intelligãt, alioqui falsi crimine se alligaret, sicredimus Cardinali in capit. fina. de maior. & obediẽ. quem sequitur Zacharias apud Abbatem in proœmio Gregoriano.

Ait insuper lex, vt scripturæ protocolum partium subscriptione firmetur †, vel si pars literas nescíat, aliquis ex testibus, aliusue pro eo subscribat. In quo annotandum erit subscriptionem regulariter necessariam nõ esse, nisi dũtaxat in casibus à iure expressis, secundum Innoc. in cap. 1. de ijs quæ fiunt à prælato, & in cap. cum dilectus. de fide instrum. & vtrobique Panor. Quanquam vero placuerit Accursio in. l. generali. C. de tabula. libr. 10. instrumẽta omnium testium firmari debere subscriptione, & id quoque recipere videatur dicta. l. 54. titulo. 18. part. 3. Atqui id hodie cessasse dicendum est, cum isthęc nouissima lex Regia cui standum est, nihil tale postulet: id quod etiã animaduertit Anto. Gomez in. l. 3. Tauri. num. 30. & Couarr. practi. quæst. cap. 20. num. 4.

Cæterùm cum illhæc lex Regia
16 ad instrumẽtorũ † vim testes necessarios esse significet, neq; tamẽ quot interuenire debeant ipsa declaret, non abs re me facturũ esse putaui si illud hic summatim exponerem. Et sanè quod ad ius cõmune attinet, cõmuniter receptũ est regulariter duos testes sufficere vt instrumẽto intersint. glossa in. l. vbi numerus. ff. de testibus. glossa in regula, pluralis locutio de regul. iuris in. 6. Abbas & cæteri in cap. 1. de fide instru. paucique sunt casus qui ab hac regula excipiãtur. In quibus est ille, cum contractus libram auri excedit, & alij quos refert glossa, in authẽ. sed nouo iure. C. si certum petat. & in dicta regula, pluralis locutio, & Boer. decis. 118. Porrò quod ad nostrum ius regium attinet, & leges ipsas inter se, & auctores quoque dis diapasson dissentire comperies: siquidem Couarr. practicar. quæstio. cap. 20. numer. 4. tres necessarios esse testes affirmat, & eiusdem sententiæ fuisse antea videtur Castellus in. l. 41. Tauri, & Olanus in concordia iuris litera. I. num. 29. Ducuntur autem ij argumento textus in. l. 1. titulo. 9. lib. 2. fori, & l. 54. titul. 18. parti. 3. Econtrario vero Burgus de Pace. in. l. 3. Tauri. numer. 124. Satis esse affirmat si duo tantũ testes instrumento inscribantur, & scripsit id etiam antea Gregorius Lopez. in dicta. l. 54. verbo *tres omes*. & Villalobos in antinomia iuris litera. T. numer. 19. Quibus oppido suffragatur. l. 111. titul. 18. part. 3. Atque ita fit vt tum leges ipsæ Regiæ: tũ interpretes ex diametro inter sese pugnẽt. Ego vero hanc legum autorumque discordiam ex ipsius iuris cõmunis regulis dogmatisque componendam esse arbitror: nam sicuti cõmissura, vt est in Euãgelio nõ bene nisi ex eodem panno fit: ita neque aliunde melius iuris dissolui difficultates possunt quàm ex eodem iure. Placet itaque duo tantum testes instrumento regulariter inscriptos sufficere, quæ & iuris cõmunis cõmunis est sentẽtia & postremę leges Regię quas modo allegauimus † apertè probãt. 17
Reliquas vero regias leges, quæ tres testes inscribendos esse significant, accipiẽdas esse arbitror in casibus libram auri excedẽtibus, iuxta sententiam glossæ in dicta Authen. sed nouo iure. C. si certum petat. & in illa altera de instrumentorum, fide verbo nõ minus, quas ibidem classici omnes sequuntur. Atque hinc fit vt hodie in conficiendis instrumentis

soleant

soleant tabelliones tres testes adhibere: nempè vt cautius consultiusque negotiũ procedat. Quãobrem ea de causa quæ iure communi,& regio statuta sunt, labefactari non debent: quasi consuetudo ius introduxisse videatur: cum
18 ea quæ † cautionis fiunt consilio ad consuetudinis legem trahi nõ debeant. l. testamentum. C. de testam. ea. per tuas. de sententia excommu. Sciendum est tamen interdum etiam nullis adhibitis testibus validum esse instrumẽtum veluti cum publicè (ideſt autore populo senatu conciliove) cõtrahitur, Bald. in margarita, verbo instrumentum Hippoly. singul. 56.
19 Idem iuris est in actis † iudicialibus, vt in. l. in donationibus. C. de dona. Innoc. & reliqui in cap. quoniam contra. de probatio. vbi Lanfrancus testatur communem numero. 18. & alij plures relati ab Emanuele Suarez in thesauro recept. senten. verbo *acta*. Cauetur etiã Regia illa lege vt si quid additum adeptumve instrumẽto fue-
20 rit, id totũ ante † subscriptiones subnotetur,& corrigatur, erat id autem antea & iure communi receptum, vt apparet ex capit. inter dilectos. de fide instrumẽ. textus & illic Bald. in. l. 1. ff. de ijs quę in testamento delentur. Paul. in. l. final. C. de edict. Diui Adria. tol. num. 6. ex quibus apparet hanc obseruationem necessariam tantummodo esse, quando aliquid fuerit additum aut cancellatum circa ea quæ ad negotij principalis substantiam attinent: in cæteris vero talis obseruationis omissio vitium nõ affert, sicuti nostra ti regio iure bellissimè definitum est in. l. iii. titulo. 18. partita tertia. & apparet ex ijs quæ paulo ante diximus,& tradit etiam in hac eadem specie Anton. Massa ad formulam camarel. 3. parte. quæstione. 1. Est præterea Regia illa lege comprehensum, vt in exemplo transferendo nihil omninò † im- 21
mutet notarius ex ijs quæ in exẽplari seu architypo continentur: quin potius ipsissima protocoli verba in exemplum trãsferat, cui conuenit. l. 24. istius tituli. &. l. 55. titulo. 18. partita. 3. tradit Bald. in Rubrica. C. de fide instrument. & Alexan. consilio. 14. volumine. 6. quo fit vt falsi vrgente suspicione rectè desideret pars protocolum in ius exhiberi, vt cognosci possit, an cum exemplo cõgruat exẽplar, secundum Iasonem. in. l. fin. C. de edict. Diui Adria. tollend. num. 4. Ex ijs ergo regalibus legibus satis apparet explodendam esse illam Iasonis aliorumque opinionem quos ipse citat in. l. Gallus. §. idem credendum. num. 18. & 20. ff. de liberis & posthumis. quibus placuerat posse notarium (cui defuncti tabellionis protocola commissa fuere) extendere solitas clausulas quæ omissæ fuere, etiam sine iudicis autoritate: etenim

22 etenim, vt iuris communis † rationes missas faciam hæ nostrates Regiæ leges expressim contrarium definiunt, ita vt nullum omnino dubitandi nulli locum relinquãt. Quam quidem opinionem,& alii qui ex veteribus autoribus probatant in quibus Baldus in Rubrica C. de fide instrum.& Paul. in Authen. si quis in aliquo documento. C. de edendo. Sed hæc ad illius legis interpretationem satis. Illud tamen non omiserim quan-
23 quam notarius † non possit pro se instrumentum cõficere aduersus se tamen rectè posse Angel. in §. idem iuris. num. 32. Inst. de exceptio. Iaſ. in l. sciendum. num. 6. ff. de verb. oblig. an vero pro se, & alio conficere valeat tractat Bart. in. l. filius. §. sequens. ff. ad legem Cornel. de falsis. & in. l. 2. ff. de sicpul. ferũ. & an pater cõficere possit instrumentum pro filio, vel è contrario filius pro patre. tradit idem Bart. in. l. si pater. ff. ad legẽ Corneliã de falsis. & an maritus pro vxore. idẽ in l. vxori. in principio. eodem titul. & an famulus in rem domini. glos. in. l. tertia. titu. 19. Parti. 3. Illud ad extremũ dixe-
24 rim instrumentũ † factum à notario publicè excõicato irritum esse glos. in c. decernimus. de sent. excõmu. in. 6. Bald. in l. in exercendis. C. de fide instru. an vero cum instrumentũ irritũ est contractus quoq; irritus sit dicemus. c. fin. 1. par. §. 12. limita. 11. ad calcem.

SVMMARIVM.

1 *CVM socer rex est ac ignauus datus est illi curator qui illius suppleat desidiam & negligentiam.*
2 *Imperator totius mundi an dominus sit.*
3 *Hispaniæ non subijciuntur imperatori.*
4 *Portugalliæ regnum intra Hispaniæ limites continetur, atque proinde imperatori non subest.*
5 *Regum Portugalliæ feudum erat Legionẽsis Regis.*
6 *Portugalliæ regnum hodie iusto marte iustissimisque titulis Castellæ regno cessit.*

An Portugalliæ, seu Lusitaniæ regnum subsit Imperatori ad intelligentiam capit. grandi. de suppl. neglig. prælatorũ. lib. 6. CAP. XXI.

CVM Portugalliæ, seu Lusitanię rex, ita socors esset, atq; ignauus in rebus gerẽdis, vt illi⁹ inertia mala multa rempublicam lacesserẽt, Innocentius Papa IIII. id regni proceribus postulãtibus dedit regi curatorem † fratrem quendam 1
ipsius Regis Boloniæ comitem, si cutilatius expositum extat in capit. grandi. de suppl. neglig. prælat. lib. sexto. Quanquam vero in textu illo quis nam Rex ille fuerit non exprimatur, ex Hispanis tñ annalibus, presertim ex Archiepiscopo Toletano libr. 7. c. 6. & episcopi Burgensis c. 75. deprehẽdimus illũ fuisse Sanctiũ eius nominis secundũ, qui cognomento

capellus appellatus est, eiusq; corpus Toleti tumulatum fertur in Chronico Regis Alphonsi Decimi cap. 7. Fratri autem ipsius Regis Alphonso nomen erat qui comitatū Bononiæ apud Gallos ex dote vxoris suæ Matildæ Franciæ oriundæ adeptus fuerat. Quærūt autē interpretes in dicto. c. grandi. præsertim Imola, Anchar. & Francus, qui factum fuerit, vt in ea re non imperator, sed potius Romanus Pōtifex partes suas imposuerit, cum iure comparatum sit prouincias oēs Romano subiectas † esse Imperatori. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam. de iactu. Specul. tit. de feudis. §. 2. Bartol. in proœmio. ff. §. omnem. Cardin. in Clem. 1. de summa Trinit. alijque aliàs passim: testatur communem esse opinionem Iaſ. in. l. 1. C. de summa Trin. & fide cath. nu. 6. & Minchaca controuersiarum libr. 1. cap. 20. Paucique sunt qui ab hac opinione dissentiant, vt est videre apud Cassaneum in catalogo gloriæ mundi. 5. parte, concluſ. 28. adeoque hæc placuit Bartolo sententia, vt in. l. hostes. ff. de captiuis. & postlim. reuersis. nume. 7. scribat fortè hæreticum esse eum qui inficias iret Imperatorem dominum esse, & monarcham totius mundi: quod an verum sit melius catholicæ fidei cēsores iudicauerint, cum hæresis de ijs tantum rebus dicatur quæ ad fidem catholicam spectant, secundum Isidorum de summo bono, libro 2. & alios quos refert D. Simancas cathol. institu. titul. 30. nu. 5. nihil porrò ad catholicam fidē attinere videtur an Imperator dominus mundi sit necne: proinde à Bartoli sententia dissentiunt vltramōtani, & in his Faber in l. 1. C. de sum. Trini. & Cassaneus loco superiori, & nostras quoq; eruditissimus Dñicus Sotus lib. 4. de iust. & iure. quæst. 4. artic. 2. Quin & ipse Bartol⁹ ab se ipso desciuit in extrauag. ad reprimēdu. m verbo totius. Porrò, vt ad institutum reuertamur cum secundum communem opinionē Imperator dominus mūdi dicatur, torquet magnopere glossographos in dicto cap. grandi. quid fuerit in causa, vt Portugalliæ regno ita laboranti non ab Imperatore, sed à Romano Pontifice consultum fuerit, & nesciunt sanè dissoluere interpretes, quin augurum vsurpantes officium diuinando aiunt, vacasse tum temporis imperiū. Sentiunt itaque Portugalliæ regnum imperatori esse subiectum. Sed labuntur sanè doctissimi illi viri (quod bona eorum pace dixerim). Enim vero tametsi Hispania imperio † fuerit olim subiecta, vt in. l. secūda. §. post aliquot. ff. de orig. iuris. l. relegatorū. §. interdicere. ff. de interd. & releg. & de Lusitania ostendit text. in l. in Lusitania. ff. de cēsib. verū postea cū maiores nostri ferocissimi Gothi (à quibus nos Hispani oriūdi sumus) Hispanias debellassent expulsis hinc Romanis se se in libertatem asseruerunt: atque ita Hispanias imperio non parere conors est scriptorum omnium sententia. glossa in capit. Hadrianus 63. distinctione. Abbas in capit. per venerabilem. numero septimo. qui filij sint legitimi. Balbus de præscript. secunda parte. quinta principal. quæstione secunda. Couarruuias practicarum quæst. capitu. primo. Villalobos in antinomia iuris. in principio. & alij plures, quos nos retulimus priori libro capit. tertio. numero septimo. Ergo cum Hispania imperatoris potestati † subiecta non sit consequenter apparet, nec Portugalliam illi subesse. Portugalliæ enim regnum (quod partim ex Lusitania partim ex Gallecia conflat) intra Hispaniæ fines cedere in confesso est. Omnes enim ad vnum, & geographi, & historici consentiunt autores Hispanias à Pyrenei montibus ad Oceanum, vsque protēdi: quamobrem cum Lusitania imperatori non pareat, non Imperator, sed summus in eo negotio adeundus fuit Pontifex: iuxta capitul. nouit. de iudicijs. & quæ illic traduntur. Quam quam, vt ex Roderici Toletani Episcopi chronico colligere licet libr. septimo. cap. quinto, & sexto. atque ex Valerij historici libr. quarto. titul. tertio. & libr. septimo. titul. nono. & Regis Alponsi Decimi, capit. 18. Legionensis Regis socordia factum fuit, vt alius in illo regno, de his rebus ius diceret: cum iure † feudi regnum illud ad Legionensem Regem pertineret, atque proinde ilfiusmodi controuersiarum cognitio ad eum spectaret, iuxta capit. Cæterum. & capit. nouit. de iudicijs. Hanc autem nostram opinionem nempè Regem Portugalliæ superiorem non recognoscere, & id circo in illo capit. grandi. Papam partes suas interposuisse sensit, & ante nos Speculator titul. de feudis. §. primo. longè melius quàm superiores autores sentiens. Sensit & Barbatius consil. vndecimo. libro primo. & Grassalius de regalibus Franciæ libro primo. vbi an subsit summo Pōtifici tractāt. Hoc Portugalliæ regnum hodie Rex noster Philippus magnus (nō corporis quidem proceritate, sed animi potius magnitudine, & rerum gestarum gloria suis titulis adiecit iustissimo marte †, sed neque minus illi quidem leges iuraque quàm arma suffragantur, sicuti apparet ex multorum, eorumque doctissimorum virorum allegatiōibus pro ipso editis, quæ etiam typis excussæ circunferuntur. Ex quibus nō difficulter aduersariorum satisfieri potest argumentis, & nos aliquando si fata concesserint illis plenius acriusq; satisfecerimus.

¶ De executione instrumenti publici, seu guarentigij: & omnium ferè, quæ paratam executionem habent.

CAP. XXII.

RERVM HOC IN CAPITE tractandarum diuisio.

QVONIAM in foro nihil est magis assiduum & frequens quàm executionum tractatus: ex vsu fore putaui si ad illius interpretationem nonnulla hic in medium afferrem. Non quidem, quòd velim hic repetere ea quæ cum ab alijs, tum à viro doctissimo Roderico Suarez, accuratè de ea re tradita sunt: id enim à nostro instituto alienum semper fuit. Sed vt potius ea quæ ab illis aut omnino omissa, aut non satis luculenter scripta fuere: nec minus ea quæ vsu postea, & recentiorum legum definitione introducta sunt (quæ. Pauca quidem non sunt) quanta maxima possim breuitate perstringam. Rem autem omnem vti dilucidior sit, sex in partes distribuam.

PRIMA PARS.

¶ Atque primum, quæ instrumenta paratam executionem habeant demonstrabimus.

SECVNDA PARS.

¶ Deinde apud quem iudicem executio petenda sit aperiemus.

TERTIA PARS.

¶ Ostendit tertia, per quas personas executio peti debeat.

QVARTA PARS.

¶ Quarta, aduersus quas personas locum habeat executio.

QVINTA PARS.

¶ Monstrabit quinta quis sit in executione seruandus ordo, qualesque exceptiones impediant illam.

SEXTA PARS.

¶ Aget postrema de sportula, seu executionis decima.

SVMMARIVM.

1 RES iudicata de nonente facit ens, de albo nigrum & de nigro album. *Res iudicata quid sit. ibidem.*
2 *Res iudicata, quid à sententia distet. Ex re iudicata noua oritur actio. ibidem.*
3 *Cum executio rei iudicatæ apud eundem iudicem qui sententiam tulit facienda est ex eisdem actis fieri potest.*
4 *Res iudicata propriè dicitur à qua appellari non potest.*
5 *Casus in quibus appellandi locus non est.*
6 *Appellatione deserta sententia executioni mandatur.*
7 *Vter iudex pronuntiare debeat appellationem esse desertam.*
8 *Non satis est appellanti ad superiorem iudicem acta transtulisse nisi etiam intra legitima tempora sit ad causam citatus aduersarius.*
9 *Appellatio deserta pronuntiari nõ debet nisi prius citato aduersario.*
10 *Tametsi deserta fuerit appellatio adhuc tamen superiores iudices de sententiæ discepṫ meritis, ita vt si iniquã cõstet esse sententiã nullam desertionis habeãt rationẽ.*
11 *An ab interlocutione qua pronuntiatur appellationem esse desertam locũ habeat appellatio.*
12 *Sententia nulla non transit in rem iudicatam etsi fuerit appellatio deserta.*
13 *Iure Regio nullitas sententiæ intra sexaginta dies allegari debet.*
14 *Sententia mandari executioni non debet quando aduersus eam in integrum postulata fuerit restitutio.*
15 ¶ *Sententia ex falsis instrumentis vel testibus lata mandari executioni non debet.*
16 *Sententia quæ à iudice per fraudes lata fuit mandari executioni non debet.*
17 *Vulgare verbum, coccho, vnde traxerit originem.*
18 *Sententia quæ per aduocati præuaricationẽ lata fuit mandari executioni nõ debet.*
19 *Quando victor se iniustè obtinuisse fatetur mãdari executioni sententia nõ debet.*
20 *Mandari executioni sententia non debet quando fuerit nouata.*
21 *Casus in quibus sententia nunquã in rem transit iudicatam.*
22 *Præceptum comminationis mandari quando executioni debeat.*
23 *Cum executio sententiæ faciẽda est apud alium iudicem quàm qui sententiam tulit fieri nõ debet nisi per requisitorias literas.*

PARS PRIMA IN qua ostenditur quæ instrumenta paratam executionem habeant.

§. Primus. De re iudicata.

DIcturo mihi quæ instrumẽta paratam executionẽ habeãt: in primis se se nobis res iudicata offert. Rẽ enim iudicatam paratam habere executionem, lippis est (quod dicitur) res, & tonsoribus nota. l. post rem. ff. de re iudicata. l. prima. C. de executione rei iudica. capitul. quoad consultationem. eodem titulo. l. decimanona. titulo. 22. Partita tertia. Rei enim iudicatæ tam magnum est momentum, vt ceu alter † Gygis fatidicus annulus apud Platonem, de non ente faciat ens, de albo nigrum, de falso verum. l. res iudicata. ff. de regulis iuris. l. ingenuum. ff. de statu hominum. Iason in. l. Iulianus verum debitorem. ff. de condictione indebiti. numer. secundo. Res autem iudicata (vt scimus omnes) dicitur quæ fines controuersiarum pronuntiatione iudicis accepit, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit. l. prima. ff. de re iudicat. Sententia igitur à re iudicata hoc differt, quod decidens à decisо †, seu quod causa à causato, vt docent Bartolus, & Iason in dicta. l. prima. ff. de re iudicata. numer. primo. Inde fit, vt è re iudicata noua oriatur actio quæ iudicati, seu secun-

1 † *Entis nomen probat Quintil. libr. 2. capit. 16. quãquã dicat Plautinum esse & minus darum.*

2

dum aliquos in factum dicitur. l. in iudicati. ff. de re iudi. l. actori. C. de iureiur. & illic Bald. glossa in l. 1. C. de iudi. & in l. aliam. ff. de noua. Specula. titul. de execu. rei iudi. §. breuiter. Bartol. & reliqui in l. intra dies. ff. de re iudic. Hinc quoq; moribus vsitatū est, vt sententia in rem iudicatā trāsacta, veluti noua succedat lis acta ad summā redacta victori ad exequendū dentur (vulgò, *carta executoria appellatur*) in quam transcribi de more solitum est libellos actionum exceptionūq; item procurationis mandata, & in primis sententias, & alia denique monumenta quæ ad executionē expediendā magis attinere videntur, iuxta ea quæ notat Innoc. in cap. cū in iure peritus. de offic. deleg. nu. 4. & alij in cap. quoniā cōtra. de probatio. quanquā enim vero (vt mea fert opinio) si executio
3 apud eundē iudicem† qui sententiā tulit faciēda sit parui interfuerit vtrū ex eisdē actis sine istiusmodi summaria actorū transcriptione executio facta fuerit: quāuis enim lis finita sit, acta tamen adhuc vim suam habere non est dubitandum. c. quoniā cōtra. de probatio. l. is apud quē. C. de edēdo. id quod voluisse videtur Baldus in l. fin. C. de edict. diui Adr. tol. quæst. 7. & cōprobatur ex ijs quæ notat Innoc. in dicto. c. cum in iure peritus. & pbat. l. hæc sententia. C. de sententijs quæ sine certa quātitate proferūtur. Rem igitur iudicatā proprie accipere debemus sententiā à qua appellari† vel supplicari non potest, ta-4 metsi abusiuè, & larga significatione dicatur etiā ea à qua appellari pōt. glos. in c. non solū. verbo nouara. de appel. in. 6. Ioā. Andr. & Abb. in rubri. de re iud. Dominicus in ca. 1. §. fin. de excep. in. 6. Ias. in l. 1. ff. de re iud. Proinde ad hanc effugiēdam ambiguitatem solent iuris cōditores apertius loquēdo pro re iudicata dicere sententiam transisse in rem iudicatā, C. quoad cōsultationem. de re iudi. In omnibus igitur casibus in quibus appellatio iure summouetur sententia res iudicata dicetur iustèque executioni demandabitur. c. non solum. de appell. in. 6. & illic gloss. verbo casibus, quę ab omnibus recipitur. ea. pastoralis. de appel. in princip. &. c. pastoralis. §. præterea. de offic. deleg. qui vero ij sint casus in quibus appellatio† summouetur, refert Spe- 5
cul. titul. de appel. §. in quibus. Socinus regu. 24. Hippolyt. in l. vnica. C. de raptu virginum. nu. 138. Marantha in specul. 6. par. tit. de appel. nu. 269. & Auenda. in cap. correct. 1. par. c. 6. nu. 4. & omniū effusissimè Nicelus in concordia glossarū, cōcordia 6. vbi cōgerit plus minus cētum viginti casus. Sed & in casibus in quibus locū habet appellatio, si tamen ea fuerit deserta vel quia appellator fuerit ne-

git negligens in adeundo superio-
6 rem† iudicem intra diem à lege præfinitum, vel quia postea prosecutus non fuerit appellationē intra fatalia tempora, sententia executioni demandatur, nō secus, ac si ab initio prouocatum non fuisset. l. fatalia. §. fin. & l. fina. §. illud. & Authen. ei qui appellat. C. de temp. appel. cap. personas. & cap. cum sit Romana. de appel. & Clemen. si appellatione. eodem titu-
7 lo. Vter vero iudex† pronūtiare debeat appellationem esse desertam, iudex ne à quo an iudex ad quem (vt intelligat non piget interdū vulgaribus verbis vti) sic distingui ab scriptoribus solet. Aut appellator iussus à iudice qui sententiā tulit fidem nō facit, quemadmodum superiorem adierit iudicem exhibendo, scilicet, superioris solennes literas (quas vulgò *mejoram appellamus*) & tum iudex à quo pronuntiat appellationem fuisse desertam: aut vero cōstat appellantē superiorē adijsse iudicem, & tum superior iudex non inferior de desertionis causa cognoscit. Hanc distinctionē scribit Philippus Francus in capi. ex ratione. de appel. colū. 19. & Felinus in cap. ex parte. 2. de rescript. colum. penult. Iason in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. nu. 1. Marāth. in specul. titul. de appell. nu. 180. & hoc iure vtimur. Tempora vero intra quæ debeat appellator superiorem adire iudicem, atq; ad eum acta transferre præfigit. l. secunda. titul. 18. lib. 4. Recopil. cuius intellectum, & sedulò quidem explicat Auenda. Responso 2. Illud tamen memineris non satis esse appellatorem acta ad superiorem iudicem transtulisse†, nisi intra legitima 8
tempora, ideſt, illa Regia lege prę stituta citari fecerit aduersarium secundum Baldum in l. fin. §. illud. num. 1. C. de tempo. appel. Felinus in capit. illud. de præscript. nu. 11. Adeo vero appellatione deserta sentētia executioni demandatur, vt placuerit Innoc. in cap. ex ratione. de appella. posse iudicem deserta appellatione exequi sententiam absque alia citatione, illiusque amplectuntur opinionē Hostien. & Io. Andr. illic & Boerius decis. 206. nu. 11. Verū in contraria opinione fuit Bart. in l. prima. quæst. fin. ff. nihil nouam appel. pendente. & Bald. in l. si contra. C. de appellationib. & in l. secunda. in fine. C. de temp. appell. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. quæst. fi. & Abb. in capit. ex ratione. in fine. de appel. & ibidem Felinus nu. 9. Marātha qui alios plures citat in specul. 6. par. tit. de appel. nu. 223. Dida. Perez in l. 3. titul. 16. libr. 3. ordin. verbo, *fasta*. qui omnes tradunt non aliter quàm parte citata†, & causa cognita, an deserta 9
fuerit appellatio sententiam exequendam esse, & denique hanc

communem esse opinionem testatur D. Padilla in.l.prima.C.de iuris & facti igno.nu. 16. & cum ea quidem(quantum experimentis cõfequor) hodiernus forensis vsus consentit,illud quoque meminisse oportebit desertionis causam inuisam odiosamq; esse: proinde in obscuro ꝓniores esse debemus ad pronuntiandum appellationem nõ esse desertam. Iason consil.16.libr.3. Quapropter moribus tam apud nos, quàm apud
10 exteros increbuit †, vt appellatione per lapsum temporis non longissimi tamen deserta adhuc à supremis iudicibus examinẽtur acta causæ & de sententia meritis disceptetur,neq; tantũ momenti apud eos habeat desertio, vt confirmandã putent sententiam quã iniquã esse deprehẽderint.hoc ita apud Neapolitanos obseruari testis est Afflict. decis. 78. & 79. & 243. Atq; idẽ apud nos obseruari testatur Auend. Responso 2. conclus.11. & Quesada diuersar. quæstio.cap.27. nu.13. Illud præterea hoc loco annotandum erit, pleriſque placere à sententia, seu in-
11 terlocutione † per quam pronuntiatur appellationem (à definitiua, scilicet, sententia) esse desertam appellationi locum fore.Philippus Francus in cap.ex ratione. de appellationib.Marãth.in Speculo titul.de appel.nu. 190. Lanfrancus in cap. quoniam contra. eodem titul.de appel.nume. 114. quorum illa est ratio,quòd quantuis hæc interlocutoria sit sententia vim tamen definitiuã habeat. Cæterùm(vt dicam quod sentio) refragatur illis.l.fin.§.illud. C.de appellationib. qua cauetur appellatione deserta sententiam ad effectum perduci debere: perinde acsi à principio appellatum non esset, & refragatur itidem textus in cap.personas.& cap. Romana. de appellationib. quorum prior ait appellatione deserta compellendum esse appellantem sine cõtradictione aliqua iudicatis stare: alter verò à causa cecidisse ait qui intra fatalia tempora appellationem non fuerit prosecutus, nec amplius,inquit,super eodem negotio audiatur appellans: itaque manifesto eo casu appellationem summouere videntur, & sanè in vsu hoc magis frequentari scio. Moris est enim, vt iudices in eadem sententia qua desertam esse appellationẽ interloquuntur,executorias etiam literas victori dari decernant:atque id quidem & leges ipsæ Regiæ demonstrare videntur, vt intelligere licet, ex.l. fin.titul.8.& l.vnica.titu.27. libr. 4.Recopila. & idem sentit Didacus Perez in.l.3.titul.16.lib.3. ordinam.verbo; *finque firme.* Porrò quod diximus rem iudicatam paratam habere executionem accipiendum putant aliqui cum officio iudicis petitur executio, secus si actiõe iudicati petatur. Bart. in l.si in-

l.si intra.ff.de re iudi. Sed verior & rerum vtilitati magis consentanea est sententia vtroque casu executionẽ locum habere, secundum Iaso.in dict.l.si intra.& Suarez ad legem post rem iudicatã. §.secundo.nu.9. & Greg. Lopid. in.l.prima.titul.27.part.3.verbo, *del que dio.* quanquàm disceptatio hæc non multum hodie necessaria fuerit,quippe cum necessariũ hodie non sit in ius actionẽ edere,vt in cap.cum dilecti. de iudicijs.& l.10.titul.17.lib.4.Recopi. Ita tamen intelligendum est sententiam quæ in rem transiuit iudicatam paratam executionẽ habere nisi modo sentẽtia fuerit nulla, nam sententia nulla non modo iudicati persecutionem, sed ne nomen quidem sententiæ meretur.l.4.§.condemnatum. ff. de re iudi.l.statutis.C. de sententijs ex breuiloquo recitandis Clemẽtina Pastoralis de re iudic. Proinde sententia nulla nunquam tran
12 sit in rem iudicatam †, etsi appellatio ab ea interposita fuerit deserta.l.si expressim.& illic Barto. ff.de appell.Bald.in.l.contra maiores. C.de inofficioso testamento.Et demum illud constanter apud omnes constat interpretes leges siue plebiscita, quibus cauetur sententias, aut instrumenta executioni demandari non obstãte quacũque appellatione,intelligendas esse de instrumentis validis non de nullis aut irritis.Bartol.in.l.secunda. §.prætor. ff. qui satisd.cogan.Bald. in.l. secunda. C.de excusa. rei iudi.Hoc tamen ex sententia eiusdem Bartoli in dicto. §.condemnatũ.intelligendum est quando nullitas (vt nouo & vulgari verbo vtar) apparet ex ipsis actis, aut incontinenti probari poterit,non si altiorem requirat indaginem. Bartolo autem subscripsere reliqui omnes deinceps ab eo interpretes, teste Iasone ibidem.num.5.& Ripa numer.20. Dicetur autem incontinenti apud nos constare quando intra diem, seu terminum oppositionis constiterit, secundũ eundem Bartolum eodem loci, cui reliqui etiam assentiũtur. Est rursus ex nostrati iure Regio superior † temperanda conclusio, vt 13
locum tantũmodo habeat,quando intra sexaginta dies à lata sententia nullitas obiecta fuerit: nã licet veteri iure nullitatis remedium triginta dũtaxat annorum præscriptione summoueretur, vt scribit Marantha in Speculo titulo de sententia.nu.154.Bald. in.l. data opera. C. qui accusare non possunt. Balbus de præscript. 4. parte,quartæ principalis. quæstione 32. Verum Regio iure multo minor præscriptio, atque adeo prædicta sexaginta dierum sufficit,sicuti est comprehensum in.l. secunda.titul.17. libr.4. Recopil. Quam tamen Otalora de nobilitate.3.part.tertiæ principa. cap.5.

nu.3.putat locũ non habere quãdo nullitas esset manifesta, enormeq; ex ea exurgeret detrimentum. Quinimo Didacus Perez in l.2.tit.15.libr. 3. ordi. glos.1.existimat legem illam locũ nõ habere qñ nullitas esset manifesta & notoria, etsi enorme non exurgeret detrimentum, sed refragatur illi Alexandri responsum consi. 225. volu.6.& consil.105.volu.5. & Socin.cõsil.121.vol. 3. & Gozadinus cõs.103.nu.9. qui in simili statuto contrariũ expresim respondent, latèq; argumẽtis cõtrarijs satisfaciunt: idque probabilius videtur dũmodo meminerimus sexaginta dierũ spatium non cedere, nisi demum posteaquam notum fuerit litigatori latam fuisse sententiam, cum explorati iuris sit ignoranti nunquam currere tempus. cap. quia diuersitatem. de cõcess. præb. Alexan. consil. 4. volum. 2. num. 39. Deinde neque res iudicata mandari debet executioni.
14 si aduersus † illam in integrũ fuerit restitutio postulata. l. vnica. C. in integrũ restitu. postul. ne quid noui fiat. l. si ex causa. ff. de minor. l. si causa cognita. C. de trans. fact. quod seruandum etiam erit tametsi in integrum restitutio altiorem postulauerit indaginem, sicuti aduersus Bartolum asserit communem esse opinionem Iaf. in l. 4. §. condemnatum. num. 26. ff. de re iud. & Couarru. practica. quæstio. cap. 25. nu. 7. Diuersum tamen erit si ex aliquibus præsumptionibus siue coniecturis appareat in integrum restitutionẽ maligne postulari. vt est textus elegans in cap. suscitata. de in integ. restit. vbi Panor. & reliqui classici effuse rem agitãt, & nos an hoc iure regio omnino recipiendum sit tractabimus opportunius infrà. 6. parte. §. 11. numero. 53. Tertio iudicati executio suspendi solet & debet, si ex † falsis instrumẽtis aut testibus latam fuisse sententiam manifestis ostensum fuerit probationibus. l. final. C. si ex falsis instr. aga. l. Diuus. ff. de re iudi. l. satis. C. ad legem Cornel. de falsis. tradit Vancius de nullit. §. ex defectu solenni sententiæ. numer. 132. & Villalobos in ærario cõmunium opinio. verb. *sententia*. numer. 49. Quibus in locis glossæ & autores tradunt hoc per in integrum restitutionem impetrandum esse, etiam quando lata fuit sententia contra maiorem: atque proinde intra quadriennium postulari debere. Porro hoc intra viginti annos nostrati iure regio peti posse definitum extat in l. 13. titulo. 22. & in l. secunda. titulo. 26. part. 3. quas cum iure communi conuenire scribit Olanus in concordia iuris, verbo. sententia. numer. 10. At hæc sententia quam iudex pecunia corruptus tulerit, mandari executioni † non debet. l. venales. C. quando prouocare non est necesse. l. 1. C. de pœna iudicis qui

qui malè iudicauit. l. 15. titulo. 22. parti. 3. Hoc autem corruptorum iudicis vitium (vt obiter dicam) sordium nomine latinè notari solet. l. eadem. ff. ad legem Iuliam repetund. l. 3. de recept. arbitris. hoc ideo quia perinde ac iustus & cõtinens iudex mundas ac puras habere manus dicitur, ita è cõtrario sordidas, & absurdas qui pecunijs coinquinatur: extatque eius rei exemplum elegans apud Ciceronem epistol. libro. 8. epistol. 14. in qua Cęcilius illius autor facetè notans iudicẽ qui sordibus abluere studebat sordes quarum postulabatur inquit. *Nam dũ sordes eluere vult venas sibi omnes, & viscera aperit.* Quamquam huiusmodi sordium appellatio latius patet complecturq; auaros omnes, & illiberales, quique minutissimarum rerum cupiditate mouentur, vti apparet ex Aristot. ethicorum libro. 4. Notari quoque solent iudices qui hoc morbo laborant vetusto illo dicterio, *bouem habet in lingua*, aut illo altero quo Græcę eloquẽtiæ princeps, ideſt, Demosthenes notatus est, *argentinam patitur*. Quorum rationem eruditè edisserit Erasmus Chilliade. 1. centuria. 7. Adagio. 18. & 19. Vulgo autẽ hoc crimen apud Italos appellatur *baratteria*: apud nos vero *coecho*, nomen vt ego suspicor tractum à verbo coemptio siue coemo, quod apud latinos in malam
17 ferè partem † accipitur, vt apparet ex l. annonã. ff. de extraord. crimi. atque ex Cicerone pro Lucio Murẽna. *Horũ ingenio*, inquit, *senes ad coemptiones faciendas interimẽdorum sacrorum causã reperti sunt*, apparet etiam ex Suetonio in vita Vespasiani cap. 16. & in Neronẽ cap. 5. atque ex Boethio de cõsolatione Philosophica. libro. 1. prosa. 4. *coecho* igitur perindè ac *baratteria*, idcirco eo nomine appellantur, quia nempe his significemus iustitiam pretio emi atq; distrahi, sicuti debarataria scribit Amadęus de syndicatu. nu. 136. Cæterùm vt eo vnde digressi sumus reuertamur quod de sententia à corrupto iudice lata diximus, idem de sententia quæ per aduocati præuaricationem obtẽta fuerit dicendũ † est vtriusque 18
enim hoc casu eadem est ratio. l. 1. C. de aduoc. diuers. iud. & illic glossa. & reliqui interpretes, classici quoque omnes in l. venales. C. quando prouocare nõ est. Præterea neque executioni mandabitur res iudicata quando victor se iniustè † obtinuisse fateretur 19
iuxta bellissimam Innoc. sententiam in cap. quia plerique. de immunit. eccles. num. 3. quam miris modis extollit Panorm. tum illic num. 22. tum in capi. is qui fidem de sponsalibus. numero. 5. Baldus quoque in Authẽt. ad hoc de vsuris. & Marantha in speculo. titul. de sententia. num. 138. Ludo. Romanus. in l. admonendi. colũ. 11. ff. de

ff.de iureiuran. & illic effusius Iason nu.45.in relectione,complures eiusdem sententiæ assertores referens.Horum autem illud principuum est fundamentum, quòd præsumptio iuris, & de iure quæ ex re oritur iudicata per partis cõfessionẽ tollitur, iuxta ea quæ notantur in cap.is qui fidem. de spõsa.& in Authenti. etsi necesse.C. de donat.ante nupt.& hanc communem testatur opinionem Alciat.in cap.nouit.nu.46. de iudi. & Curtius Iunior consilio 104. Adde neque rem iudicatam exe
20 cutioni demãdari † si forsan partium fuerit cõuentione nouata. l.4. §. si ex conuentione. ff. de re iudic.l.secunda. C. de execu. rei iudic.tradit Suarez hic notabili primo. & nos alibi latius trademus.Item si aduersus sententiam quæ in rem transiuit iudicatam altera feratur,quanuis ab ea non sit prouocatum non mandabitur executioni.Hęc posterior sententia cum nullius sit momenti, sicuti expressim extat definitum in l.prima. C.sententiam rescindi nõ posse.cuius sensum præter classicos ibidem effusius explicat Alexan.consil.33.volumi.1. nume.11. quibus tamen adde.l. 13. titul. 22. Parti. 3. Neque aliud quidem iuris erit si sententia lata fuerit aduersus iuramentum, aut confessionẽ, cui nihil omnino obijci poterat. vti scribit Suarez in.l. post rem.§.secundo.num.3. Denique quàm plures sunt casus in quibus sententia nũquam transit in rem
21 iudicatam †, vt quãuis ab ea prouocatum nõ fuerit, possit denuò victus ex iusta & verisimili causa per querelã audiri,ac cognito errore sententiæ retractari debeat: talis est sententia in causa matrimonij lata.cap.lator.de sententia & re iud. vbi Abb.eleganter rem explicat:& viginti quatuor casus in quibus sententia nunquã transit in rem iudicatam,cõgerit Marantha in specul. 6. part.titul. de sententia. num.130. quos cum illic legere in promptu sit importunum fuerit nos eos hic repetere. Et quanquã hoc loco longiores fortassis esse videbimur,antea tamen quàm hinc abeam continere me non potui quin quotidianam illam quæstionẽ adijcerem. An præceptum illud quo iudex iubet parti, vt soluat,aut si senserit se grauatum compareat parte non comparente †,sit exequen-22
dum ? In qua re non satis inter se Doctores consentiunt, nam tametsi clausula iustificatiua(vt vocant) non adiecta, conueniat inter eos nullius momenti esse tale præceptum,teste Iasone in.l. nec quicquam.§.vbi decretum. ff. de offic.proconsl. & leg.nu.6. & probat.l.22.tit.22.Part.3. Atqui cum clausula illa adiecta fuerit,diuersos autores in diuersa fuisse opinione video. Siquidem Bart.in.l. prima.C.de execu.rei iudica.ait, istiusmodi præceptũ nullius esse momenti tanquàm inaudita parte datum, & idem placuit Ioan. Andr.apud specul. titulo de aduocato.§.sequitur,& Angelo de Aretio.in.§.curare.inst.de actio. num.10.Contra Baldus, & Salycetus in Rubrica.C.comminationes vel epistol.aiunt reo comparente intra diem præstitutum præceptum deuolui in simplicem citationem,sin non compareat firmum esse præceptum,idem scribit Panor.in capit.1.de causa possess.& prop.& Maranth.in speculo.titulo de sententia.numer.27. estque ad id glossa elegans in capit.ex parte.de verbor.significat. & hanc magis communem esse opinionem testatur Iaſ.in dict.§. vbi decretum.num.6.secundum quam videtur reo non comparẽte intra præfinitam diem præceptum exequẽdum esse: quod quidem verum ego esse putauerim, quando causa non magni fuerit momẽti. At in causis magni momenti Bartoli mihi sequenda magis videtur opinio:nam vt imperator inquit in.l.fin.C. commina tio. vel epist. *quod magno conflictu sententia discerni solet,id paucis literis temere descriptis definiri fas non est.* Iurisconsultus quoque, *omnia quæcunque causæ cognitionem desiderant per libellum expediri non possunt.* l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff.de officio proconsl.cuius intellectum nos infra tractabimus. 5.

parte. §. 2. Sed neque illud,quoniam non minus quotidianũ est, omittendum duxi executionem sentẽtiæ cum petitur apud alium iudicem quàm qui † sententiam 23
tulit fieri non aliter debere quàm ad requisitionẽ illius iudicis qui sententiam tulit.l.properandum §.sin autem reus.C.de iudicijs.capit.1.§.contrahẽtes.de foro competen. Specul.titul.de execu.sententijs.§.nunc dicendum.Cynus in.l.1.quæst.10.C. de cõfessis:quãuis enim Bartol.in.l.à diuo Pio.§. sententiam.ff.de re iud.id locum habere voluerit quando executio petitur officio iudicis,non quando actione iudicati seu in factũ, & plerique Bartolo assentiantur, Verum Bartolo refragãtur Imol. & Iason.ibidem & denique refragatur expressim illi.l.1.titulo. 27. part. 3. quæ indistinctè loquitur. Proinde ferendus non est Villalobos in Antinomia iuris, verbo, sententia.num.8.qui contrarium scriptum reliquit:sequatur quanuis eum illius æmulus Olanus eodem loci.num.11.Nam lex Toletana,siue.l.3.tit.22.libro.4.Recopil.cuius vnius argumento in suã sententiam vtuntur,id minimè probat,loquiturque generaliter, proinde accipienda vtiq; erit iuxta decisionẽ illius legis partitæ,cũ legũ correctionẽ effugere nos debere notissimi iuris sit,& hãc nostram quoq; sententiam probare videtur.l. 6. tit.17.lib.4.Recopil.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Arbitrorum seu arbitratorum sententiæ regio iure paratam executionem habent.*
2 *Arbiter iuris nihil aliud est quàm delegatus quidam iudex.*
Arbiter iuris recusari potest ibidem.
3 *Arbitratoris nomen nouum est & à Iure consultis non cognitum.*
Docendi gratia noua aliqua vocabula cõfingere improbatum non est. ibidem.
4 *Inter arbitrum & arbitratorem quid interest.*
5 *Compromissum quamobrem ita dicatur.*
6 *Vt arbitri sententia executioni demandetur necesse est vt compromissum in ius edatur.*
7 *Actus alioqui nullus partium consensu conualescit.*
8 *Arbitratoris sententia non secus ac arbitri per lapsum decem dierum omologatur.*
9 *Reductio ad arbitrium boni viri personalis est actio.*
10 *Vt sententia arbitri paratã habeat executionẽ nihil interest pœna adiecta sit nec ne.*
11 *Leges de pluribus loquentes locum habẽt & in vno si diuersa non verfetur ratio.*
12 *Compromissum factum in iudicem, apud quem lis pendet nullius est momenti.*
13 *Iure regio arbiter esse potest qui maior sit quatuordecim annorum.*
14 *Hodie valet compromissum post rem iudicatam factum.*
15 *Compromissum factum à prælato à curatore à minore ab vniuersitate aut de re maioratus an valeat.*
16 *Compromissum in duos tantum arbitros factum an valeat.*
17 *Sententia arbitrorum intra diem à partibus præfinitum ferri debet alias nulla est.*
18 *Cum arbitris qui malitiosè traxere diem vt compromissum euanesceret de dolo agi potest.*
20 *Dies compromissi exinde computatur ex quo arbitri acceptarunt compromissum.*
21 *Fatalia appellationis non currunt, nisi postea quàm iudex qui de appellatione debuit cognoscere electus fuerit.*
22 *Lex 7. titul. 18. lib. 4. Recopilationis declaratur.*
23 *Hodie à sententia arbitri locũ habet appellatio quantum ad effectum deuolutiuum.*
24 *A sententia arbitrorum intra decem dies appellare licebit.*
25 *In causa compromissi probationes non apud arbitrum sed apud ordinarium iudicem fieri debent.*
26 *Arbitrorum sententiæ mandari executioni possunt per quemcunque iudicem cui condemnatus subsit.*

Primæ partis.

§. II. De arbitri sententia.

HAbent deinde paratam executionem arbitrorum seu arbitratorum sententiæ,† non veteri quidem iure sed recentiori per legem latam Madritij, ea est hodie. l. 24. titu. 21. lib. 4. Recopil. de cuius intelligentia (vt non nihil dicamus) sciendum est veteri iure arbitrorum, seu arbitratorum sententias, neque actionem iudicati parere, neque executioni demandari, sed tantum eis metu pœnæ parebatur, cum scilicet compromisso pœna fuerat adiecta, alioqui si non fuerat adiecta, ad id quod interest dabatur actio quia scilicet priuatorum consensus iurisdictionem arbitris arrogare nõ poterat. l. 1. C. de arbitris. l. diem proferri. §. stari. ff. de receptis arbitris, & cap. per tuas. eodẽ titul. l. priuatorũ. C. de iurisdict. omn. 1

omn. iudic. nisi modo sententiæ huiusmodi arbitrorũ essent à partibus omologatæ, id est, approbatæ, vel expresim vel tacitè, quia eo casu, & veteri iure executioni dabantur. l. cum antea. C. de arbitris. l. 23. & l. fin. titul. 4. Part. 3. Loquimur autem de sententia arbitri à partibus delecti, nam sententia arbitri à iudice dati, qui arbiter iuris vulgò dicitur, parum à cæterorũ iudicum sententia differt, ferèq; nihil is aliud est † quã delegatus quidam iudex. l. arbitro. ff. qui satisda. cogan. l. fatalia. C. de tempo. appell. l. fin. ff. à quibus appel. non licet. l. à Diuo pio. in principio. ff. de re iudi. & ideo is recusari quemadmodum, & reliqui iudices poterit, textus & doctores in. l. si ex cõsensu. C. de epis copis & clericis. Ioan. Garsia de expensis. cap. 24. num. 27. Is vero & olim bonus vir appellabatur, sicut & hodie vulgò appellamus. l. continuus. §. 11. ff. de verb. obliga. l. fin. ff. rem pupilli saluam fore, ea quidem de causa quoniam ex bono & æquo non summo iure causam definiat, vt docet Philosophus Ethicorum libro 5. nu. 10. & Cicero in oratione pro Roscio Comedo illiusque iudicium arbitrium dicebatur, vt in Rubric. C. arbitrium tutelæ. & dicta l. fin. ff. rem pupilli saluam fore. More autem maiorũ is arbiter, seu vir bonus dari à iudice solebat in omnibus ferè negotijs & causis quæ facto magis quàm iure constabant: veluti in iudicio familiæ herciscũdæ, vel communi diuidundo. l. Mæuius. §. arbiter. &. l. arbitro. & l. arbitrium. ff. familiæ herciscũ. l. si soror. C. de collatio. itemq; in actione tutelæ, vt in illa Rubrica. C. arbitrium tutelæ. similiterque in actione pro socio, vt in. l. pro socio arbiter. ff. pro socio. necnõ in dote restituenda vel fideicommisso. l. Titia. ff. de solutio. l. penult. ff. de confessis. nec minus in iudicio aquæ pluuiæ arcendæ. l. supra. §. officium. & l. vicinus. ff. de aqua pluuia arcenda. in ijs sanè casibus cæterisq; similibus per arbitrum, seu virum bonum à iudice acceptum expediebantur cõtrouersiæ: is autem aut consensu partium dabatur, vt in. l. si ex consensu. ff. de appell. vel forte, vt significat Plinius Iun. in panegyrico. Sors, inquit, & vrna fisco iudicem assignat: & hunc vtique morem si hodie obseruaremus melius quidem opinor cum litigatoribus actum esset: hodie nanque solent iudices iubere, vt duo arbitri ab vtraque parte singuli delecti controuersiam dijudicent: in ijs sanè causis quæ facto non iure constant, vt habetur in. l. 50. & 51. titul. 5. lib. 2. Recopil. Ij vero arbitri dum conueniunt, dum discernunt annus est, & demum (suæ parti quoq; suffraganti) ferè nunquam idem sentiũt, datur igitur tertius, qui rem non declarat magis, 2

gis,atque ita lis indecisa labascit. Arbitratoris vero nomen,quanquàm apud Iurisconsultos non extet sed arbitri tantum,atque arbitratus, non inuiti tamẽ illud recipimus siquidem† docẽdi gratia 3 istiusmodi nomina interdum cõfingere.dummodo à rei substãtia non discedatur, non est improbatum autore Horatio, atque item Fabio Quintiliano.Sic enim verbi gratia,suitatem pro iure sui hęredis, & interesse pro eo quod interest,iam & à dissertissimis receptum videmus.Viglius. in. §. sui instit.de hæred. quali. & diff. Tiraquel.de retract.linag. in præfatione.num.34. Inter arbitrum vero & arbitratorem hoc interesse plerisque placuit,quòd arbiter dicatur/† quando ad eum eo pacto 4 itum est:vt secundum iuris diffinitiones audiat sententiamque dicat,arbitratori vero laxiorem tribuũt potestatem:quippè qui tam facto quàm iure diiudicet,atque ceu quidam amicus interuentor litem non tam iure quàm suo arbitratu componat:ita placuit Bartolo.in.l.societatem.§.arbitrorũ. ff.pro socio.Abbas in cap.quinta uallis de iureiuran.idem in capit. nisi essent, de præbend. nume.6. vbi ait,nõ solum arbitratorem in re dubia posse tollere de iure vni° & dare alteri,sed etiã in casu certo posse id facere pro bono pacis ad lites obuiandas,quę & Ciceronis fuisse sententia videtur in dicta oratione pro Roscio Comœdo:eandem differentiam amplectitur Ioã.Baptista Bartoli gener. in tract.de arbitris.lib.1.cap.3.& libr.11. per totum.Lanfrancus de Oriano, in tractatu, quem etiam eadem de re edidit statim in limine.Marantha quoque in Speculo 4.parte.dist. 14. quanquàm hanc vulgarem differẽtiam refellat, & acute quidem Corasius Miscellan. lib.4.cap. 18. Cuius opinio etsi vt ipsa iuris verior videatur,quoniã, vt dixi apud Iurisconsultos hoc arbitratoris nomen non reperiatur vsquàm,nihilominus tamẽ scilicet oris doctrinæ gratia hanc vocum differentiam non improbo, simulque quia leges Regiæ communem opinionem referunt seu approbant.vt videre licet.in.l.23. titul.4.par.3.atque in.l.4.titul.21. lib.4.Recopil. Compromissi autem verbum (hoc est† conuẽtio § qua in arbitrum itur) à compromittendo dictũ esse nemo est qui nesciat:quam tamen ob causam inde deriuetur à nemine (ni fallor) traditũ inuenies ne ab ijs quidẽ qui iustis voluminibus hãc arbitrorũ materiã, atq; ex professo tractarunt,in quibus Ioannes Baptista atq; Lãfrancus. Cõpromissum porrò(vt mea fert opinio)id circo à cõpromittendo dictũ est, q̃ in arbitro suscipiendo vltro citroq; pœna cõpromittebatur, itaque si pœna cõpromissa non esset, nullius momenti erat cõpromissum

sum, sicuti non obscurè ostendit Iurisconsultus in.l.litigatores.& l. non distinguemus. ff. de receptis arbitris.& Imperator in.l.1. C.eodem tit. à pœna ergo cõpromissa compromissi verbum originẽ traxit.In hoc autem, vt arbitrorum 6 sententiæ† executioni demãdentur,exigit Madritia illa lex, vt ipsum compromissi instrumentum in ius prius cum ipsa arbitri sententia edatur; id quod & iure quidem communi necessarium erat arbitri,vt sententia valeret.glossa in cap.cum in iure peritus.de officio deleg. & apertius apud Baldum in Margarita,verbo,*lis mota*, atque Paulus consil.165.Quanuis autem aliàs si qua antiqua sententia arbitrorum edatur præcessisse compromissum præsumatur, ex sententia Innoc.in.d.c.cum in iure peritus.& Bart.in.l.admonendi.nu.44.ff. de iureiur. hoc tamẽ in casu, vt executio locũ habeat, huiusmodi non sufficit præsumptio,vt autor est Auend.in capit. correct.1.part.ca.1.nu.27. quoniã dicat ea conditione à lege executionem datã. Sed hoc alia probabiliorique cõstat ratione,quia apud nos longi temporis mora executionem impedit. iuxta.l.63.Tau. Atq; proinde non potest hic longi temporis locum habere allegatio, id quod animaduertit quoq; Castellus in.l.64.Tauri nu.7. Ad huc tũ putauerim cõpromissum necessarium nõ esse q̃ sententia arbitri fuerit omologata, vel expressim,quia partes illi subscripsere vel tacitè, quia intra decẽ dies illi nõ reclamarũt ne alioqui corrigere videamur.l.cum antea. C. de receptis arbitris. quæ hoc casu 8 instrumentũ cõpromissi necessarium non esse haud obscurè ostẽdit,ait enim, *Sancimus in eos arbitros quos prædiximus, & quos talis eõ sensus elegerit sub eo pacto vel scriptis, vel non scriptis habito, vt eorum definitioni stetur, &c.* Et ita placet quoq; Alex.consil.84.volu.5.& Afflict. decis.117. & videtur hæc sentẽtia apertissimè probari in c.per tuas. de arbitris. vbi sententia arbitri aliàs nulla partiũ cõsensu cõfirmatur: ijsque cõsequens est quod generaliter traditur actum alioqui nullum partium † consensu cẽsua 7 lescere iuxta textum quem illic Baldus dicit meliorem de mundo in.l.2.C.communia vtriusque iudicis,& extollit etiam Barto.in l.si expressim.nu.2. ff.de appellat. recip.& in.l.1.in fine.ff. de ferijs. & Abb.in dicto capit.per tuas.& in ca.de causis.nu.8. ff. de officio deleg. quanquam non minus singularis est textus in.l. si ab eo. C. quomodo & quando iudex. Sed neq; ad executionẽ necessarium erit cõpromissum,quando is quo cum agitur compromissum factũ esse nõ inficiaretur, sicuti expressim probatur in. l. ne in arbitris. C. de arbitris. & illic norat Baldus & placuit etiã Auend.in cap.

1.par.c.1.nu.27.quanquã illius legis immemor aſcititia ad id argumẽta quædã afferat. Sed etſi interpretibus magis placuerit tacitã illã omologationẽ introductã ab illa lege *cum antea*, per† lapſum decẽ dierum ad arbitratores nõ pertinere ſententiã: quinimo adhuc eo caſu ad triginta vſq; annos reductionẽ ad arbitriũ boni viri cõpetere affirmẽt, ſicuti ſcribit Barto.in.l.ſocietatẽ.§.arbitrorum.ff. pro ſocio. & teſtatur cõem opinionẽ Lanfranc. ſupra dicto tractatu de arbitris.queſt.20.7.part. & Afflict.deciſ.132.& Marãth. in ſpecul.titul.de appel.nu.112.& id quoq; noſtrati patrio iure procedere affirmet Auend.in dictionario, verb. *arbitradores*. Atqui contrariã ſententiã, quod attinet ad noſtrum ius Regium verioré eſſe manifeſtat.l.23.& l.fin.tit.4.part. 3.quæ hoc caſu tam arbitros quã arbitratores ſine diſtinctione aliqua exæquat, atq; eas indiſtinctè de vtriſq; loqui probat Suarez in l.poſt rem notabil.4.& Greg. Lopides in.d.l.fin.verb. *el juez ordinario*. & rurſum in.l.26.verbo, *e ſi pena*. itaq; hodie abitratoris ſentẽtiam non ſecus, ac arbitri per lapſum decem dierum omologari magis probandum puto id quod etiã antea placuerat Speculatori titu.de arbitro.§.ſequitur.nu.24. & Abb.in ca.quintauallis.nu.36. de iureiuran. & Coraſio loco modo citato. Sed etſi communis opi-

nio Regio iure† probanda fuiſſet 9
nõ triginta annis, ſed viginti tantum danda eſſet reductio ſiquidẽ ea datur ex actione ab ipſo cõtractu procedente.l.vnde. ff.pro ſocio. proinde perſonalis eſt actio. §.perſonales.Inſtit.de actio. apud nos vero perſonalis actio viginti tantum annis præſcribitur.l. 63. Taur.ea eſt hodie.l.6.tit.15.lib.4. Recopi. quã nos latius explicauimus lib.1.c.1.§.12. Sed etſi iure veteri arbitri ſententia non omologaretur quãdo pœna erat adiecta niſi adijceretur etiam clauſula, *rato manente pacto*, ſecundum magis cõem opinionẽ quam refert Alexan.in.l.ait prætor.ff.de re judic. & illic Iaſon nu.12.verum noſtrati Regio iure indiſtinctè† manda 10
bitur executioni ſiue pœna fuerit adiecta ſiue non, vt intelligere licet ex Madritia illa lege, & tradit Grego.in.l.35.tit.4.Parti.3. verb. *las partes*. Quanuis autem lex illa Regia ſententias arbitrorum exequẽdas eſſe decernat, idem tamẽ iuris erit ſi in vnum duntaxat arbitrum compromittatur, nam leges de pluribus loquẽtes† procedunt etiam in vno: ſi non diuerſa ratio verſetur.gloſ.in c.1.verb.capellas ne clerici vel monachi.lib. 6.ab omnibus recepta, vt teſtatur Tiraq.de retract.linag.§.1.glo.21. nu.8. Sed & legem illam Regiam intelligendã eſſe de ſententijs, & cõpromiſsis validis non de nullis & irritis explorati iuris eſt ex.l.4. §.con-

§.condemnatum. ff.de re iud.l.1. ad fin.ff.ad Senatuſcõſul.Trebel. Bart.in.l.2.§.prætor.ff. qui ſatiſd. cog. Quãqua in ea re non multũ interpretum autoritas eſt neceſſaria: cũ id expreſsim definiat textus cuius ipſi nõ meminere in authen.in medio litis ſacras iuſsiones non fieri.colla.8.verſic. *Sed ſi quis*. Vt ecce exẽpli gratia, ſi in iudicẽ apud quem lis pendeat com
promiſſum† fiat (quod attinet ad 12
ciuilia iura) nullius eſt momẽti.l. ſed etſi in ſeruum.§.ſi quis iudex. ff.de recep.arbitris.cuius prohibitionẽ ad arbitratorẽ non pertinere exiſtimauit illic Accurſius: cuius opinionẽ concorditer amplectuntur omnes: vti teſtatur Lanfrancus de arbitris.2.part. nu.14: atque id etiã recipit.l.24.titul. 4. Parti.3. Nõuiſsimo tamen Regio iure tam ab arbitrio quã ab arbitramento ſummouẽtur iudices, ſicuti apparet ex l.17.titu.5.lib.2. atq; ex l.9 tit.6.libr.3. Recopil.id quod etiam placuerat Iacobo de Rauẽnis, & vltramontanis, vt refert Ioã.Baptiſt. in illo tract.de arbitris lib.4. ca.11. neq; immerito, cum oẽs fermè rationes huiuſmodi prohibitionis tã in arbitro quã in arbitratore ex æquo pugnent, & id placere etiã video Auẽd. in dictionario verb. *albidriadores*, & Villalob.in ærario, verbo, *compromiſſum nu.*172. Erit etiã pro exemplo ſi in minoré viginti quinq; annis cõpromittatur: nullius eĩ mo-

menti eſt tale cõpromiſſum; vt in 11
l.cum lege. ff. de recept. arbitris. quanquã noſtrati Regio iure ſatis eſt, vt arbiter maior ſit† quatuor 13
decim annis, vt in.l.3.tit.9.libr.3. Recopil. Præterea erit pro exemplo ſi poſt rem iam iudicatã compromiſſum fiat nullius enim illud eſſe momenti compluribus declaratur legibus, ea quidem ratione, quia non differendarum, ſed tollendarum potius litium cauſa arbitri ſuſcipiantur.l. ſi poſt rem.ff. de trãſact.c. expoſita.de arbitris. l.ſi cauſa.C.de tranſact.l. eleganter.ff.de condict.indebi.quarum ratione adducti Bartol. & reliqui beliſsimè illic tradunt ſi compromiſſum fiat de eo, quod iam inſtrumento publico ſeu guarentigio trãſactum fuerat nullius eſſe momenti, qñ rei iudicatæ, ac inſtrumenti guarẽtigij par ſit ratio viſq; eadẽ, & huic ſententiæ ſubſcripſit ſe etiã Ant.de Canario de executiõe inſtrumẽti quæſt.12. & Coſta in tract.de ludo.arti.5. Hãc tamẽ concluſionẽ intelligendam aiunt interpretes, niſi modo in compromittẽdo expreſsim actũ fuerit, vt re iudicata non obſtante vel contractu guarentigio cõpromiſſum valeat: cum iuxta notiſsimas regulas iuri ſuo renũtiare phibeat nemo: placuit hoc Paulo da Caſtro in dicta.l.ſi cauſa.C. de tranſact.& Alexan. conſil. 22. volu.1.nu.3. ex quo tentat dicere Iaſ.in dict.l.ſi cauſa.C.de trãſact.

14 si partes rei iudicatæ†, aut instrumenti guarentigij non ignaræ ad arbitrum ierint, validum esse cõpromissum, quasi iure suo sciẽtes prudentesq; renũtiasse videãtur: & quãquã Iason animi pendens, & nutans id scribat habeatq; sibi cæteros autores aduersos illius tamen opinionẽ incunctanter iuxta nostrum ius Regium sequi debemus: apertissimè enim lex illa Madritia hanc probat opinionẽ, ita enim ad principium præfatur, *Y algunas vezes teniendo la parte sententia, o sentencias en su fauor passadas en cosa juzgada, sabiendolo acuerdan comprometer los dichos pleytos, &c.* Apertissimè igitur vult lex compromissum post rem iudicatã factum si litigatores illius ignari nõ fuerint omninovalere in quo quidem lex illa alioqui notabilis notanda maximè est. Sunt præterea & aliæ multæ causæ propter quas compromissa irrita fiant quas omnes persequi huius non est instituti eas si placetvidere poteris apud Lanfrancũ,& Ioan.Baptistã in peculiaribus illis voluminibus de arbitris,vbi adamussim tractant de compromisso facto à prælato,aut à curatore minoreue: de compromisso vero facto de rebus maioratus† legito Castellũ in.l.64.Tauru.41.& Ant.Gom.in l.41. Tauri nu.86. & Pinellũ de bonis mater.l.1.tertia part.num.44.& nouissimè apud D. Molinam de primogen.lib.4.c.9. sed & de cõpromisso ab vniuersitate facto consule Corneum consil.148. volu.1.& Greg.Lopidẽ in.l.24.tit.4. par.3. & Capicium decis.93. Illud tamẽ quoniã ad præsentem rem egregiè pertinet,vt quærerem oportere iudicaui an compromissum in duos tantũ† tertio non adiecto fa- 16
ctum valeat? in qua re iura ipsa secum nõ mediocriter pugnare videmus,nam text.in.l.item.§.si in duos.ff.de recept.arbitris.& rex. in.c.innotuit. de arbitris. significant tale compromissum inutile esse.Id vero cur ita?an quia numerus impar facer habebat antiquis præsertim ternionis par contra abominosus erat,vt scribit Solinus Polyhist.c.3. & significãt illa Virgilij carmina in pharmaceutria.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circumdo terq; hæc altaria circum
Effigiem duco: numero Deus impari gaudet.

An vero, quia res ferè sine exitu futura est propter naturalẽ hominum ad dissentiendum facultatẽ & hoc magis est, vt declarat Vlpianus in dict.l.item.§.principaliter.Contrariã porrò sententiã, id est, eiusmodi compromissum in duos factũ tertio nõ adiecto validũ esse ,pbare videtur text.in.d.l. item.§.h.& c.cum speciali.de appella. Ex hac igitur ipsa legislatorum antinomia factum est, vt interpretes ipsi varias quoq; in sententias ierint:inter omnes tamen crebrior est illa distinctio, vt inanis sit compromissum in duos sic factum,

factum; vt si dissentiant tertium assumãt;nisi modo tertius nominatim sit cõprehensus,& ita procedat textus in dicto.§.si in duos. & in cap.innotuit.aut vero compromissum factũ sit in duos,nulla omnino de tertio assumendo mentione facta,& valeat compromissum,eisq; dissentientibus debeat prætor cogere arbitros, vt tertiam eligant personã cuius autoritati pareatur,atque ita procedat dictus §.fin.& ca. cum speciali.de appel. Hanc quidem distinctionem scribit gloss.in dict. cap. cum speciali. & sequuntur Inno. & Abbas in dict.cap.innotuit.de arbitris, ibique discriminis quasdam reddunt rationes, atq; eiusdem etiam opinionis est Lanfrancus in illo tract. de arbitris. membro.5.Hæc quantum ad ius commune attinet: cæterũm quod ad nostrum ius Regium, cõpromissum in duos factum omnino valet,nec interest an mentio de tertio assumendo facta fuerit necne atq; vt res exitum habeat cogendi erunt arbitri tertium assumere vt ostenditl.26.tit.4.parti.3.in fi. & illic sic eã intellexit Greg. Lopez,& Villalobos in ęrario verbõ arbitri.nu.238. & hæc rerũ vtilitati magis cõgruit,& quantũ experimentis cõsequor vsu prævaluit. Illud præterea lex illa Madritia postulat, vt intrã diẽ cõpromissio 17
cõprehensum† arbitri sententiã dicatur,in quo nihil nouii introductum esse certũ est:cum id & anterioribus legibus statutũ fuerit. l. 1.C.de receptis arbitris.l.27. titu. 4.Parti.3. vt demirer Iasonẽ oculatissimũ alioqui virum cõtrariũ scribere in.l.fin.nu.22.ff.de fertijs. falsoq; id ascribat Bartolo nihil tale diceti. Sed illud tũ memineris cũ arbitris qui malitiosè diẽ† tra- 18
xerint,vt finito die cõpromissum euanescat de dolo agi posse ex argũmẽto textus in.l.ii mensor.ff.si mẽsor falsum modũ dixerit, & l. si quis arbitratu. & illic interpretes.ff.de verb.obli. Quẽ admodũ vero cõpromissi dies proferri valeat latior res est quã quæ ad hũc locũ pertineat,& est ea satis exposita apud Lanfrãc.in illo tract. de arbitris sub principiũ.nu.46.atq; etiã apud Boerĩũ decis.183.& seq. Illud tamẽ quia quotidianum, ac perinde vtilissimũ est† temperare 19
me nõ potui quin dicerem, diem cõpromissi exinde cõputari (nisi aliud expressim† dictũ sit)ex quo 20
arbitri cõpromissum acceptarunt Bald.in.l.sicũ dies. ff. de arbitris. Marãth.in specul.4.part.distl.14. nu.6.Boerius decis.283.nu.5.Hippolyt.singu.423. Ant.Gabriel qui egregiè limitat in volumine communi.opinionũ lib.2.tit.de arbitris. conclus.2. Lanfrãc. in illo tract. de arbitris.in principio. num.17. Ex quo ipse eodem loci lit.elegantèr scribit,licet tẽpus prosequendæ appellationis† currat à die ap- 21
pellationis: attamen si quo plebi-

scito siue statuto cautum fuerit, vt certus iudex, puta, quispiã ex ordine decurionũ deligatur, qui de appellationis causa cognoscat nunquá appellationis fatalia currere nisi demum postquàm iudex ille delectus fuerit, etiam si magis partium negligẽtia factum sit ne
21 intra decem puta annos iudex appellationis deligatur: propterea quòd antea nũquam extet iudex apud quem potestas sit litigatoribus appellationem prosequendi, hoc idem repetit ipse Lanfranc. in cap. quoniam contra. tit. de appel. ad fin. & placet Ioan. Baptist. in tracta. illo de arbitris libr. 3. cã. 2. nu. 8. & probatur non difficulter in l. 3. C. quãdo prouocare nõ est necesse, atque in l. si in diem. ff. de condit. & demonst. & apertius in cap. super eo. de appell. &
Q tradunt illic clasici omnes. Hoc autem tam latè prosecuti sumus, quia oppido congruit ad intelligentiam legis Regiæ qua statutũ
O est, vt appellationum causæ minores quàm decẽ millia nũmum ad ordinem decurionum deferãtur,
22 apud quos is qui prouocauit† intra triginta dies causam perorare seu cõcludere iubetur, vt est videre in l. 17. titul. 18. libr. 4. Recopil. Etenim iuxta illa superiorũ autorum documenta dicendũ est triginta illos dies nõ currere, nisi demũ ex eo die quo decuriones ad
12 causam cognoscendã ab ordine fuerint nominati. Quin & secundum hanc cõem opinionẽ dicendum est, si is secundũ quem pronuntiatum est allegauerit appellationi locũ non fore, neq; decuriones posse cognoscere, quia dicat summã litis excedere decẽ millia nũmum donec super eo interlocutum fuerit nõ currere tempus illud triginta dierum, quæ quàm quotidiana sint minimè te latet: proinde hic obiter adiecisse importunũ tibi videri nõ debet. Ad legem vero illam Madritiã redeũtes cũ illa arbitrorũ† sentẽtijs qua
2 si rei iudicatæ persecutionem tribuat, cõsequens est dicere quãuis antea à sententia arbitri appellandi ius non esset, vt in l. 1. C. de arbitris. & l. 35. tit. 4. Parti. 3. At hodie appellatiõi locum fore quod attinet ad effectum deuolutiuũ, vt nostri loquuntur: etenim idcirco in dicta l. 1. negat imperator à sentẽtia arbitri appellari nõ posse quia ex ea actio iudicati nõ dabatur. Atqui hodie ex decisione huius Regiæ legis actio ex sententia arbitri datur: ergo cõsequitur manifesto appellationi locum esse, idq; in similibus statutis recipiendum esse tradunt Bartol. Bald. & Paulus de Castro in dict. l. 1. C. de arbitris. & Socinus regu. 17. testatur cõmunẽ Loffred. decis. 467. Atq; ex nostratibus nominatim id scribit Greg. Lopez in l. fin. tit. 4. Partitã 3. verbo, *del juyzio*. Appellandus est autem eo casu iudex superior ipsius arbitri, non iu-

dex actoris vel rei, nam licet alioqui inter scriptores maximopere controuersum fuerit, apud quem nam iudicem reductio sententiæ arbitrorum peti debeat: attamen quotiescunque ab ea appellare licet inter omnes conuenit iudicem ipsius arbitri adeũdum esse. Barto. & cæteri in l. prima. C. vbi & apud quem. Marantha in speculo titu. de appel. nu. 114. Couarruuias libr. 2. Variarum. capit. 12. num. 2. Auend. in cap. correct. 1. part. cap. 1. folio 12. Villalobos in ærario verbo, reductio. nume. 24. Et quoniam res quotidianas per-
24 sequimur† hanc maximè quotidianã non omittamus: intra quot nam dies eiusmodi appellatio interponenda sit? an intra decem dies olim appellationi, atq; etiam reductioni præscriptos in l. cum antea. C. de arbitris. & in l. 23. & l. fin. titul. 4. Parti. 3. an intra quinque dies qui hodie Regio iure appellationi præfiniuntur in. l. prima, titul. 18. libro. 4. Recopilationis, & antiquo iuri magis nobis standum esse videtur, cum explorati iuris sit legum correctionem effugiendam esse: illius autem Regiæ legis verba, etsi latè pateant, hunc tamen casum numine comprehendere videtur. Sed & illud
25 meminisse debemus† si in causa cõpromissi probationes fieri debeant, non id per se arbitrum facere posse, sed à iudice ordinario id impetrari deberi, cui arbitri iu-

risdictionem nõ habeant, sed notionem tantum. l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. glossa Bart. & reliqui in l. ait prætor. ff. de re iudica. Postremo illud te fallere nolo sententiam arbitri, sine ipsius arbitri vel alterius iudicis requisitione executioni posse mandari, per quemcunque† iudicem cui 26
subsit condẽnatus. Bart. in l. à Diuo pio. §. sententiam. in fine. ff. de re iudi. & illic Alex. Imola & Iason nu. 21. quod de compromissario arbitro velim intelligas, nam arbitri iuris sententiam iudex ipse qui dedit exequi debet, vt in dicta l. à Diuo pio. in principio. vbi tum veteres tum recentiores latissimè rem expendunt.

SVMMARIVM.

1 *IVramentum litis decisorium paratam executionem habet etiam post litem contestatam præstitum aduersus communem.*

2 *Etiam si actor nihil omnino probauerit de ferre iuramentum potest.*

Primæ partis.

§. III. De iuramento litis decisorio.

EXecutionẽ† quoq; 1
paratã habere constat iuramẽtum litis decisoriũ, idest, quod à parte parti defertur. l. secũda. & l. sed & possessori. §. penultimo. & l. iusiurandum à debitore. ff. de iureiuran. l. actori. C. de rebus creditis. &

apertius in.l.post rem. ff. de re iudica. quod intelligendum est sanè non solum de iuramento iudiciali,id est,quod in iudicio defertur, sed etiam de voluntario,hoc est, ex partium conuentione extra iudicium delato secundũ Alexan.in.l. prima. ff. de iure iuran. & Suarez in.l. post rem. §. secundo.nume.5. Hanc tamen sententiam non procedere aiunt interpretes,quando iuramentum delatũ fuerit iam libello oblato atq; lite contestata,sicuti placuit Alexan.in.l.secunda. ff. de iure iurã. & ibidem Iasoni num.18. & Suarez in dict.l.post rem. §.secundo. num.5. Sed verum mihi dicere liceat vereor ne opinio hæc minus vera sit,nam illa.l.post rem, generaliter loquitur: hæc enim illius sunt verba. *Post rem iudicatam, vel iure iurando decisam vel confessionem in iure factam nihil quæritur post orationem Diui Marci qua in iure confessi pro iudicatis habentur.* Deinde textus in l.1. & 2. & 3. & cæteræ fermè illius tituli.ff.de iureiuran. expressim loquuntur quando ius iurandum præstitum fuit lite iam mota,neque (si quid iudico) diuersitatis efficax ratio aliqua reddi potest:quamobrem magis ante litem cõtestatam,quàm postea iuramentum executionem paratam habeat. Neque me quidem modo aliquo cõturbat textus in l.iusiurandum, & ad pecunias. §. fin.ff.de iureiuran.cuius vnius argumento autores vtuntur, nam quod ait post ius iurandum præstitum debere iudicem absoluere vel condemnare nihil nostræ refragatur opinioni cum condemnandi, & absoluendi verbum ad causam iudicati rectissimè pertineat. l.1. & l.4. §. ait prætor. & §. condemnatum. ff. de re iudic. & aliàs sæpè, sed & quod de confessione in eam rem asciscunt sibi argumentum interpretes. ex l. Iulianus.ff.de confessis. falsum est, vt ostendendum nobis est in.§. sequenti. Denique si iure communi obscurum id foret, atqui Regio iure hæc nostra opinio apertè conuincitur ex.l.15.titul.11.Parti. 3.cum præcedentibus quibus manifesto ostenditur iusiurandum, hoc etiam lite iam mota rei iudicatæ autoritatem habere. Et hæc de iure iurando satis, cætera nãq; verbosius prosequitur Suarez dicto.§. secũdo. vbi in promptu est videre. Illud tamen quia ad totam hanc† rem elucidandam maxime conuenit quærere libet, an possit actor qui nihil omnino ne semiplene quidem probauit hoc iusiurandũ reo deferre? Est enim ea de re maxima inter scriptores controuersia,vt colligere licet ex Abbate in cap. fin. de iureiuran. Socino regula 205.Hippolyto singul.83. Selua de iureiuran.3.part. quæst.2. Quibus quidem placuit iuri iurando locum non esse,quæ & Speculatoris fuit opinio in titulo de iureiurando.§. 1. Verum crebrior est opinio etiã nihil omnino actore probante,ne vlla quidem pro eo præsumptione faciẽte iuramẽtum deferri posse, sicuti intelligere licet ex Iasone in repetitione.l.admonendi.num.71. ff.de iureiur.Decio in capit.2. de probatio. Suarez in titulo *de los juramentos.* §. 1. Hoc autem satis quidem vt mea fert opinio,& leges ipsæ tam veteres quàm recentiores significare videntur,quę nihil aliud omnino à deferente iusiurandum exigũt quàm vt prius iuret de calumnia,se id non malitiose deferre. l. iusiurandum, & ad pecunias.§. qui iusiurandum. ff.de iureiuran.l.delata, &.l. generaliter.C.eodem titulo.Neq; si quid iudico, quodpiã adducitur ex diuersa parte argumentum ad quod non facillimè respondere queas.

SVMMARIVM.

1 *Confessio in iure facta paratam executionem habet.*
2 *Lex.5.titulo.21.libro.4. Recopila. explanatur.*
3 *Nonæ leges sine causa ferri non debent.*
4 *Confessio etiam post litem contestatam in iure facta paratam habet executionẽ.*
5 *Lex Iulianus ff. de confessis explanatur.*
6 *Etiam si confessio non fiat apud subsellia dummodo apud iudicem fiat executionem paratam habet.*
7 *Nostrati iure confessio apud iudicem facta paratam habet executionem, etsi aduersarius non sit præsens.*
8 *Confessio iudicialis paratam habet executionem,etsi causa adiecta non fuerit.*
9 *Confessio non clara non meretur executionem.*
10 *Confessio credulitatis paratam etiam executionem habet.*
11 *Confessio non simplex quando paratam habeat executionem.*
12 *Quando reus confitetur mutuum sed se soluisse adjcit,quid definiendum sit.*
13 *Cum quis secreto pecunias mutuo accepit atque secreto reddidit quemadmodũ conuentus respondere debeat.*
14 *Quando quis verbis ambiguis possit iuramentum reddere.*
15 *Nauarri refellitur opinio.*
15 *Quando quis bona fide iurat non verba sed iurantis spectanda mens est,secus si dolo iuret.*
16 *An à principio litis possit reus ad confessionem statim adigi.*
17 *Confessio in iudicio facta paratam nũ habet executionẽ quando ex ea actio iurè non datur.*
18 *Confessio defuncti etiam aduersus illius hæredem paratam habet executionẽ.*
19 *Confessis in iure decem dies ad soluendum dantur.*
20 *A præcepto de soluendo in via executiua appellatio effectum suspensiuum nonh abet.*

Primæ partis.

§. IIII. De confessione.

CONfessionem item in iure factã paratã† exe- 1
cutionem habere,explorati iuris est. l.1. ff. de confessis.l.1.C. eodem titulo. l.post rem.ff.de re iud.l.7.titul.3. part.3. & aliàs passim,vt mirũ sit quid nostratem mouerit regem, vt rem alioqui notissimã, & multo ante vtroque iure sancitam nũ denuo noua voluerit constitutio

ne referre, atque instaurare: ea est Madritia lex quæ habetur hodie libro. 4. Recopil. titul. 21. l. 5. cuius hæc sunt verba. *Ordenamos y mandamos que de aqui adelante los conoscimientos reconoscidos por las partes ante el juez que manda executar, o las confessiones claras hechas ante juez cõ*
2 *petente trayan † aparejada execucion, &c.* Quid quod ne expedit quidem leges sine magna causa ferri
3 aut †vulgari † iuxta Isidori sententiam in cap. erit autem lex. 4. distinct. atque Aristotel. Ethicorum libr. 2. atque etiam Iurisconsulti in. l. in rebus. ff. de constitu. principũ. Vt igitur hanc Regiam decisionem superuacaneam non esse doceamus operepretium erit vt nonnulla de ea re verba faciamus, ex quibus, ni fallor, apertissimè apparebit isthanc legem, & quod ad cõfessionem attinet, quam vtilissimam esse. Sciẽdum est igitur antiquo iure confessionem in iure factam, tum executioni demãdari quando reus confessus fuerat, anteaquam libellus
4 in ius oblatus †, aut lis contestata fuisset aliter, atque si iam libello oblato, aut lite contestata confessio fieret iuxta communẽ scriptorum sententiam, atque in primis gloss. in. l. prima. C. de confessis Barto. in. l. prima. ff. eodem titu. Suarez in. l. post rem. notabili 13. & eandem recepit sententiã ll. secunda. titul. 13. Parti. 5. Atqui cum isthæc Madritia lex indistincte definiat confessionẽ exequendam esse, consequens est, vt dicamus antiquam illam distinctionẽ antiquatam esse. Etenim recentiores leges ita interpretãdæ sunt vt noui aliquid antiquo iuri addant, & ita accipiendæ ne frustra temereque editæ esse videantur, ex sententia Barto. in. l. vsucapio. ff. de vsucap. Iason in. l. 1. nu. 50. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. Vt omittam communẽ illam interpretum distinctionem nequaquam iure communi probari. Nam l. Iulianus. & l. qui Stichum. ff. de confessis. in quibus interpretes † totum suæ distinctionis locarunt fundamentũ, loquũtur sanè quando quis cõfessus fuerat debere se rem quæ in rerum natura non erat: quo casu necessario ferenda sententia erat nõ quidem rei iudicandæ causa, nam cõfessus pro iudicato habetur, sed ferenda erat rei tantum æstimandæ causa quæ perierat, sicuti alibi apertissimè idem ipse Iurisconsultus explicat in. l. proinde §. notandum. ff. ad legem Aquiliã. *Notandum est*, inquit, *quòd in hac actione quæ aduersus confitentem datur, iudex non rei iudicãdæ, sed æstimandæ datur: nam nullæ sunt partes iudicantis in confitentes.* Quæ Iurisconsulti verba ita sunt apertissima, vt non iniuria mirer, ita in re clarissima interpretes cecutisse: adde quòd verbum condemnandi quo leges illæ *Iulianus & qui Stichum.* vtuntur ad causam quoque iudicati pertinet vti superiori diximus paragrapho, & probatur in l. 1. & l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iud. Vnde ergo illinc colligunt interpretes cõfessionem non habere ea in specie iudicati persecutionem? ergo siue ius cõmune spectes, siue ius regium nouissimum cõfessio paratam habet executionem: nec interest an ante litem contestatam posteavè confessio facta fuerit. Hoc quoq; præterea noui isthac Regia lege in confessione introductum videtur, quod antea interpretibus placuerat in hoc vt confessio paratam haberet executionem oportere iudice pro tribunali sedente fieret, in ijs sanè causis quæ plenam cognitionem desiderabant. gloss. in. l. voluit. §. final. ff. de interrog. actio. Bart. in l. cũ scimus. C. de agrico. & cens. lib. 12. at hæc Regia lex duntaxat decernit vt apud competentem iudicem confessio fiat. Illud de
6 hinc nostrati hac Regia lege innouatum † videtur, quòd antea non aliter confessus pro iudicato habebatur quàm si præsente aduersario confessio fieret, vt testatur communem esse opinionem Alexan. consil. 112. volu. 6. nume. 34. & Iasõ. in. l. tale pactum. ff. de pact. Quinmo nonnullis placuerat etiam quando aduersario præsente confessio fieret necesse esse vt ab aduersario acceptaretur, eãque communem esse opinionem scribit Ias. in. l. error. num. 3. C. de iuris & fact. ign. Cæterùm contraria opinio & verior, & communior est: quoniam satis confessionem approbasse videatur in sui fauorem factam qui præsens sit & taceat. Hoc enim receptius esse apparet ex Marantha in Speculo, titul. de confessis. numer. 2. atque ex Dueña regul. 119. necnon ex Manuele Suarez in volu. comm. opinio. verbo confessio, itemque ex Olano in concordia iuris. litera. C. num. 8. & Ioseph. Ludoueico. decis. 9. num. 22. Porrò hodie apud nos cessabit hæc controuersia: nam cum isthæc Madritia lex nihil tale postulet vt noui aliquid afferat, & ne frustra edita videatur, dicendum est, etiam absente aduersario confessionem apud competentem iudicem factã exequendam esse. Quod & alia ratione † secundum nostrates Regias 7
leges probare possumus. Ratio eũ ob quam antiquo iure confessio non presente aduersario facta vires non habebat, ea quidem est, quoniam absenti obligabatur nemo, quæ Iurisconsulti ratio fuit in dicta. l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis: at nostrati iure nouissime comparatũ est absentibus nos obligari. vt in l. 2. titu. 16. lib. 5. Recopil. de qua nos alibi lõgiorem sermonem fecimus: legis ergo ratione cessante cessare quoque debet & illius dispositio. ea-
cum cessante de appell. estque in-

super isti nostræ opinioni adiumento illa apud Pontificios scriptores cõmunis sententia eo iure confessionem aduersario absente factam validam esse. vt videre est apud Lanfrancum in cap. quoniam contra. titulo de confessis. num. 36. & Maranthã in Speculo eodem titulo. nume. 19. & Iason. in. l. tale pactum. num. 2. ff. de pactis, à qua licet aliqui dissentiant: hanc tamen magis communem esse opinionẽ affirmat Emanuel Suarez in volum. comm. opinio. verbo confessio, & Ioseph. Ludouicus. decis. 9. num. 6. Iam igitur & ex hac nouissima definitione
8 † cessauerit controuersia illa quæ non mediocris erat apud interpretes an confessio in iure nõ adiecta causa facta valeret nã glossa finalis in. l. ff. de interrog. actio. scribit causam necessariam non esse, idem placet Baldo. in. l. si maior. C. de repud. hæreditate, & probat quoque Abbas in capitul. si cautio. num. 2. de fide instrumen. & Ruderi. Suarez in dicta. l. post rem. l. §. 3. num. 8. Contrarium vero existimabat ipse idem Baldus parum sibi constans in. l. 1. C. de cõfessis, & sequitur eum ibidem Salycetus oppositum. Verum hodie cum Madritia ista hæc lex generaliter loquatur, indubitato prior nobis sequẽda erit opinio: id quod, & alia ratione probat Duenas regula. 18. an fine. quod autem hac Regia lege cautum est vo confessio exequenda clara sit antiquo iuri eam respondere † palam est. l. certum est. ff. de confes. dummodo sciamus adiectionem illam plus minusvè dubiam non efficere confessionem, vt puta, si Titius cõfiteatur debere mihi cẽtum aureos plus minusvè. l. Publia. §. fin. ff. depositi. & illic Bartol. Baldus quoque in Rubric. C. depositi. quæst. 6. Corsetus de nũmis. 2. part. quæst. 29. sed nec minus erit clara confessio, si reus respondeat † se credere, quàm si respondisset se scire secũdum glossam, in cap. ex literis de iure iurã. in glossa finali, quæ inquit æquè præiudicare cõfessionem de credulitate (ita enim loquitur) ac de veritate, & eam communem esse testatur Curtius in tract. de positionibus. num. 52. Et quoniam rerum quotidianarum † nostrum est institutum de illo quæritur, si reus non confiteatur simpliciter seu purè, sed adiecta aliqua exceptione seu qualitate: an cõfessio partim approbari ab aduersario valeat, ac partim reprobari? & quemadmodum eo casu executio locum habeat? Mouet autem hanc quæstionem glossa extraordinaria. in. l. siquidem. C. de exceptio. quæ longam post disputationem ita distinguit, aut reus confitendo dicit incontinenti, id est, contractus tempore cõditionem aliquã pactionemvè intercessisse: veluti si dicat, mutuasti mihi decem

Acceptan do verbo nequis Bartholum putat Curtius. §. in Italia patitur §. 1. ff. de pact. & l. Stich. §. de annua leg.

cem ad Kalendas Maias, vel promisi tibi mille si Romæ habitares, & tum quia vnum tantum dictum cõfessio continet in totum debet, aut acceptari aut reprobari: neq; aliquo modo ferendus est qui acquiescat confessioni quatenus pro se facit repugnetq; quatenus sibi aduersa est. Autvero reus confitetur mutuum, sed addit soluisse se vel factum fuisse sibi pactũ de non petendo, & tum quia diuersa dicta confessio seu separata capitula continet in actoris arbitrio positũ est vtrum malit eam partim approbare, atque partim reprobare illius vero glossæ distinctionẽ præter scriptores ibidem sequitur Bartol. in. l. Aurelius. §. idẽ quæsijt. ff. de lebe. leg. Abb. in cap. bonæ 2. de postul. præla. Iason in. l. manifestè. ff. de iureiurã. & hanc communem esse opinionem habemus testimonium Lanfranc. de Oriano in repetitione ca. quoniam contra. de exceptio. num. 5. & Marantha in specul. titul. de confessis. nu. 27. & Guidonis in tracta. de literis compulsorijs. quæst. 21. & Boerij qui copiose rem agitat decis. 243. & 339. & idem affirmat Emanuel Suarez in theusauro receptarum sententiarum, verbo, confessio. Ex his ergo, vt ad legis Regiæ interpretationem sermo noster accommodetur, non difficile erit dijudicare quid iudex sequi in iure dicendo debeat: nam primo casu, id est, quando confessio non diuiditur si in totum actor confessionem acceptet, executio facienda non est nisi cum qualitate, seu exceptione confessioni adiecta, sin autem actor nolit confessionem in totum acceptare suo marte lis debet decurrere: posteriori vero casu, scilicet, quãdo reus cõfitetur mutuum, sed adijcit se soluisse, vel factum fuisse sibi pactũ de non petendo: quoniam confessio non est certa, executio locum non habet. Quid ergo eo casu iudex decernere debet? & non cõsentiunt † quidem ea in re scriptores: quibusdam siquidem placet latim debere iudicem reum damnare hoc pacto: cõdemno te vt soluas illi mutuum, quod accepisse confiteris intra decem dies, aut intra eum terminum docere solutionem, seu acceptilationem quam allegas: huius sentẽtiæ fuit Bald. consil. 201. volu. 5. & in. l. 2. C. sententiam rescindi nõ posse. alij vero existimãt suspendere debere iudicem condemnationem & reo ad probãdum dilationem concedere. Ioan. Andr. apud Speculatorem. tit. de sententia. §. Species. numer. sexto. Anto. de Butrio in capi. suborta. de sententia & re iudi. Alij vero nutant ancipitesque sunt, vt Speculator loco superiori, & Greg. Lopides in. l. secunda. titul. 22. Parti. 3. verbo, *la primera*. Quid tu ergo? Existimo sanè apud nos quæstionẽ hãc haud

haud magnam habere difficultatem cum animaduertam eam expresim decisam esse lege quadã septem Partiti iuris: cuius immemorem fuisse Gregorium Lopidem illarum legum Paraphrastẽ miror: ea est.l.8.titul.3.par.3.quæ hac eadem quæstione proposita definit dilationem reo ad probãdum dandam esse, intra quam si non probauerit solutionem aut acceptilationem quã allegat, dãnetur: probat itaque lex illa Ioannis Andr. opinionem, igitur secũdum istius legis definitionem si reus intra diem à iudice præscriptum solutionem non probauerit, aut acceptilationem quã allegat, exequenda cõfessio erit, cum certa & liquida iam remaneat: neque obstabit quidem appellatio, secundum hanc nostram Madritiam legem, cuius sensum explicamus. Sed succedit statim quæstio illa vulgaris. Titius dedit mihi mutuo centum eaque ego illi postea solui, res autem sine arbitris transacta est, idest tam mutuũ quàm solutio secreto atque sine testibus peracta est: agit vero nũ ille mecum vt mutuum reddam consulebatur quemadmodum in respondendo mihi cauere possim, & ita putant aliqui vt dicam
13 † nego mutuum accepisse: quòd si appareat me accepisse iam exolutum esse dico, hoc ita placuit glossæ in dicta.l. siquidem. C. de exceptio. idque salua fide siue cõ

buarl

scientia fieri posse placet Baldo in Rubrica. C. de fide instrumentorum. & Hippolyto singulari. 177. Verum cautio hæc duplici morbo laborat, primum quia periurio eam non vacare placuit Iasoni in.l.manifeste. ff. de iureiurando. & in.l.Iulianus verum dubitarem. numero decimoquarto. ff. de condictione indebiti. & Couarruuias libro primo Variarum. capite, 2. numero tertio. & Didaco Perez in. l. 1. titulo. 4. libro. 3. ordinamen. verbo, *posicion*. Deinde cum hæc confessio non sit simplex periculum est ne habear pro confesso, iuxta leges Regias quibus cautum est non simpliciter confitentem pro confesso haberi ea est.l.ista. 2. titulo. 7. libr. 4. Recopila. sicuti in similibus statutis habendum esse pro confesso respondent Bartol. & reliqui Classici in.l.1.§. si quis simpliciter. ff. de verborum obligationibus. & testãtur illic communem esse Alcia. & Zazius necnon Boerius decisione. 243. numer. 12. Alijs ergo placet cautius me ita respondurũ vt negem prorsus actorem quicquàm mihi dedisse mutuo propter quod illi obligatus sim. Hoc placuit Cœpolæ cautela. 60. placuit & Maranthæ in Speculo. 6. parte. titulo de confessis. numero vigesimooctauo. & Iasoni in dicta. l. manifestæ. numero octauo. Boerio. decisione. 243. ad finem. Verum enim vero & hic

& hic quoq; periculum vertitur ne cautio hæc captiosa mihi sit. Quid ita? quia non tam simpliciter quàm argute & vafre respondisse videbor atque proinde habẽdus ero pro confesso iuxta leges illas Regias quas modo allegaui, id quod, & animaduertit Didacus Perez loco superiori. Rogo ergo quemadmodum hoc in diserimine tute tibi cauendum putes? hoc sanè modo. Nego me mutuũ tale accepisse prout & modo quo à me petitur: quam cautionẽ vtroque esse foro tutam sentit Couar. libro. 1. Varia. cap. 2. num. 4. cuius sententiæ me non inuitus subscribo. Hoc enim magnopere confirmat quod doctissimus scribit Nauarrus in Manuali. cap. 12. num. 8.
14 si quis à non suo iudice † non rite aut rectè urare compellatur, posse eum citra peccatum talibus ambiguis verbis vti, quæ veritatẽ declarent non secundum mẽtem illius cui iuratur sed ipsius qui iurat, quanquàm quoniam aliud ex alio incidit illud minus minusq; probo, quod alibi ipsemet scribit Nauarr. in additionib. ad ipsum Manuale foli. 12. vulgari editum sermone, posse eum à quo pecunia mutuo poscitur, etsi eam habeat liquido siue salua fide iurare se eam non habere: quia, scilicet, animo suo intelligat non habere se illam ad mutuandum illi. Ni-
15 mirũ isthæc opinio ex † professo refragari videtur definitioni textus in capit. quacunque arte. 22. quæst. 5. *Quacunque*, inquit, *arte verborum quis iurat, Deus tamen qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit: dupliciter autem reus sit, quia & nomen Dei in vanum assumit, & proximum dolo capit.* Quæ Isidori sunt verba libro. 2. de summo bono. cap. 31. Neq; obstabit textus in capi. humanæ aures, eadẽ distinctione. vbi Diuus ait Gregorius in iurando considerari non deberi verba sed voluntatem, & intentionem iurantis: nam textus Gregorij accipiẽdus est quando qui iurat, simpliciter, & bona fide iurat: nam tum iuramentum interpretandum est secundum mẽtem ipsius qui iurat: Isidori vero textus intelligitur, quãdo quis dolo, & vafre † iurat, 16
nam tum iuramentum accipiendum est secundum sanum intellectũ illius cui iuratur. Illos enim patres, illaque iura ita conciliandа esse scribit (nõ quiuis, sed ipse sapientiæ fons) Sanctus Thomas 2.2. quæst. 89. articulo. 7. ad 4. & sequitur illic Caietanus, & Syluester verbo iuramẽtum. 3. num. 2. & Selua de iureiur. quæst. 2. num. 2. & Couarru. in cap. quanuis pactum. 1. parte. §. 5. & Dominicus à Soto lib. 8. de iustitia & iure. quæstione. 1. articulo. 7. Porrò in Nauarri specie certum est eum qui iurat dolosè, & vafre iurare: periurij ergo damnandus erit secundum Diui Isidori sententiam, verumq;

rumque est profecto verbum illud, quod vulgò apud nos dici solet, *vafre periurat qui vafre iurat*. Christus enim (vt Diuus scribit Hieronymus) arte non illuditur. quin iste maioris culpæ reus iudicandus est, quoniam sponte sua periuriũ subiuit, nam rogo quis illum adegit, vt iureiurando falsum affirmaret, quod leui tantũ poterat trãsigere mendacio? Sed
16 illud quoque non raro in † vsum venire solet. Solent pragmatici (id est procuratores, seu aduocati) agẽdo petere, vt reus ante omnia iureiurãdo respõdeat ijs quæ libello continentur. Quæro ergo an rectè id petant? Et id quidem negat Specula. titul. de positione. §. quarto. negant etiam Paulus, & Ias. in. l. iudices. C. de iudicijs. Marantha in specul. titul. de interrogatorijs. nu. 6. Quibus placet solummodo cogendum esse reum iurare de ijs quæ ad iudicij præparationem pertinẽt non de ijs quæ ad causæ decisionem principaliter spectant. Quæ vtique sententia probari videtur in. l. prima. ff. de interrog. actio. Cæterùm his magnopere aduersantur. l. 2. titul. 13. Parti. 3. & nouissimo iure. l. 14. titul. 8. libr. 2. Recopil. quibus manifesto ostẽditur posse reum statim ad iusiurandum cogi. Verum has leges accipiendas duntaxat putarem in causis breuibus, & summarijs (vt ita dicam) contrariam vero sententiã in causis grauioribus maioriſque momenti: quæ glossæ quidẽ videtur opinio fuisse in. l. proinde. §. notãdum. ff. ad legem Aquiliam. Hic tamen annotandum erit reum confitentem interdum damnandum non esse, scilicet, quando † ex eo, quod 17
confitetur iure non producitur actio, vt verbi gratia, Titius in minus solenni testamento centum mihi legauit hęres conuentus nõ inficiatur quidẽ legatum, sed aut minus solenni relictum esse testamento: in ea causa quidem res est, vt absoluendus reus sit: quoniam ex minus solenni testamento iure ciuili non oritur actio, & hoc sanè placuit Bartolo in. l. admonendi. nu. 39. ff. de iureiurand. & Baldo in. l. alia. numer. 4. C. de ijs quibus indig. & Socino seniori consil. 92. volu. 3. nam in testamento non solum est necessaria veritas, sed etiam solennitas quæ à cõfitentis volũtate minimè pendet: iuxta ea quæ latius affert Menochius de adipiscenda possessione. remedio. 4. quæstio. 15. videbitur sanè alicui contrarium probari in. l. fin. C. de fideicom. Sed alia in specie loquitur, vt est videre apud gloss. & interpretes illic. Illud quoque manifesti iuris est, co
fessionem defuncti etiam aduer- 18
sus illius hæredem † paratam executionem habere Philipp. Franc. in ca. cum speciali. versic. Tertio quæro. de appel. Hippolyt. in Rubrica de probatio. nu. 97. Postremo

mo illud meminisse oportebit cũ quis in ius confessus fuerit antequam executio fiat solere iudicẽ iubere reo, vt intra decem dies soluat: quanquàm enim veteri iure quatuor ad soluendum menses condemnatis darentur. vt in l. secunda. C. de vsuris rei iudica. glossa in cap. cum apud. 11. quæst. 3. & confessis quoque, vt in. l. certum. §. fin. ff. de confessis. Atqui
19 hodie tam consuetudine † quàm nostrati iure obtinuit, vt decem tantummodo dies darẽtur. glossa in. l. si debitori. ff. de iudicijs. quã testatur cõmunem Porcius in. §. omnis. Instit. de verborum obligationibus. & expressim nostrati iure recipitur in. l. secunda. titul. 13. & in. l. prima. titul. 27. & l. 7. titul. 3. Parti. tertia. & in l. sexta. titul. 17. libro quarto Recopilationis. tradit Olanus in cõcordia iuris, litera C. nume. 68. & 69. quanquam hoc temporis spatium causa aliqua vrgente poterit iudex ex suo arbitrio, aut proferre, aut coarctare ex l. 2. & 4. §. si quis condẽnatus. ff. de re iudica. Bald. in. l. fin. C. de execu. rei iud. Hoc vero præceptum de soluendo non est sententia, sed potius executionis præparatio, secũdum Bart. in. l. 1. C. de confessis. col. 3. & Bertachi. de gabellis. 8. par. memb. 4. nu. 4. appellare proinde ab eo nõ poterit secundum Specul. titu. de appel. §. in quibus. colũ. 1. & ibidem Ioan. And. Bald. quoq; Angel. & Paul. in dicta. l. si debitori. ff. de iudicijs, quod attinet †, scilicet, ad 20
effectum suspensiuum, nam quãtum ad deuolutiuum appellationi locus erit perinde ac in cęteris causis executiuis, vt tradunt cum aliàs alij, tum Ant. de Canario de executio. instrumenti. quæst. 46. & 47. & Couar. pract. quæst. c. 23. nu. 9. & quoniã de confessione satis dictum est alio transeamus.

SVMMARIVM.

1 *Chirographum in iure recognitũ paratam habet executionem.*
2 *Etiam veteri iure chirographum recognitum paratam habebat executionem.*
3 *Rebus vsui futuris studendum est.*
4 *Chirographi verba enuntiatiua an dispositiua sint nihil interest.*
5 *Impersonalia verba non obligant.*
6 *Chirographum non subscriptum, si tamen fuerit recognitum paratam habet executionem.*
7 *Dies consul aut mensis necesse non est chirographo inscribantur.*
8 *Non est ferendus qui iussus chirographum recognoscere appellet.*
9 *Hæres inuitus non est cogendus chirographum recognoscere.*
10 *Chirographi recognitio à minore non autore curatore facta an valeat.*
11 *Debitore nollente de recognitione iurare chirographum habetur pro recognito.*
12 *An exceptio non numeratæ pecuniæ locũ habeat aduersus chirographum recognitũ.*
13 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur contra confessionẽ in iure factã.*
14 *Debitore chirographum negante, etsi testibus comprobetur non est exequendum.*
15 *Nulla probatio quantũcunq; liquidissima paratam habet executionem.*
16 *Literarum comparatio quam vim habeat.*
17 *Epistola recognita parat ã habet executionẽ.*

18 *Tessera seu taliola recognita executionē parata am habet.*

19 *Schedula delegationi; (vulgò librança dicitur) paratā quando habeat executionem.*

20 *Kalendariū seu rationū codex recognitus paratam habet executionem.*

21 *Instrumentum nocet in omnibus illo vtenti, etsi magis testetur edere se illud tantūmodo quatenus pro se facit.*

Primæ partis.

§. V. De Chirographo.

QVoniam in iure cōfessi p iudicatis habentur (vti superiori diximus paragrapho) fit vt chirographum in iure recognitum paratam quoque† executionem habeat: sicuti nouissimo iure nominatim est comprehensum in dict. l. 5, tit. 23. lib. 4. Recop. Id vero an & veteri iure quoque procederet non satis constat: nam Gregorius Lopez in l. 119. titu. tertio. Partı. 3. verb. *fuesse*. illius legis argumēto ductus scribit, id etiam† veteri iure receptum esse. Contrarium vero opinatur Couar. lib. 2. Varia. c. 11. nu. 4. inter hos vero meum interponere iudicium haudquaquā decreui, cum videam eam disputationem, aut parum, aut nihil vtilitatis allaturam esse: *Quis vero Lib. 8. ep. tam patiens est* (vt Plinius Iunior *ad Arist.* scribit) *qui velit discere quod in vsu non sit habiturus.* Sed neque oportet quidem tempus rem alioqui per quàm pretiosam inanibus extrahere† disputationibus: nam, vt est in puerbio: littus arare quid prodest. Vt ergo res vsui nobis futuras attingamus cuius nobis rei præcipuum studium est. Illud nihil interfuerit†, an chirographi verba enuntiatiua dispositiuave sint glossa in princi. Inst. de literarū oblig. Ang. in. §. idē iuris. nu. 24. Inst. de except. dūtamen impersonalia nō sint ex Auth. si qñ. C. de cōstituta pecunia† vbi Baldus eleganter distinguit. Parui itē refert, an chirographum sit subscriptum manu propria ipsius debitoris, an alius ipsius subscripserit mandato ex sententia Iasonis in. l. qui Romæ. §. Chrysogonus. nume. nono. ff. de verbor. obliga. quæ expressim probatur in. l. 119. titu. 18. Parti. 3. & tradit Suarez in l. post rem. extensione 2. ad legem Toletanam. Proinde cauendus erit idem Iason, qui contrarium scripsit in Authenti. si quis in aliquo documento. C. de edendo. Hæc autem intelligendū est cum recognitum ab ipso debitore fuerit chirographum: tertij autem illius qui subscripsit recognitio ad viam executiuam nihil proderit, secundum Hippolytum singulari 471. Quin illud quoque non malè dici poterit si chirographū subscriptionem non habeat, fuerit tamen à debitore recognitum exequendū esse ex sententia Pauli de Castro in. l. cum antiquitas. numero septimo. C. de testamentis. Nihil etiam interfuerit, an quis

6 quis dicat se credere suam† esse subscriptionē, an dicat scire esse suam ex sententia Decij consilio 445. volumi. 4. nume. 18. & glossæ finalis in capit. ex literis. de iure iuran. quam communem esse superiori diximus paragrapho. Minimè quoque erit necesse, vt dies & consul (id est mensis & annus) chirographo inscribātur, id enim in scripturis publicis necessarium 7 est† in priuatis non item. l. cum tabernam. §. idem quæsijt. ff. de pignoribus. Panormit. in ca. secundo. de fide instrumen. num. 7. Tiraquel. de retract. conuen. §. primo. glossa. 7. nume. 43. Couarru. practi. quæst. capit. 11. Sed neque erit audiendus, qui subscriptionem quidem recognoscat, dicat vero se chirographum antea non legisse, secundum eundem Iason. in dict. l. qui Romæ. §. Chrisogonus. nume. 14. ff. de verbor. oblig. & Suarez loco modo citato. vbi mouent quæstionem de illis qui se cartis vacuis subscribunt. Sed neque item erit ferendus qui iussus vt recognoscat† appellet se 8 cundum Baldum consilio 335. volumi. 4. & tradit Auend. in capi. correctorum. secunda parte. cap. 30. numero secundo. Sed quid si debitore diem functo petatur ab hærede, vt recognoscat, videndum est, an iurare cogendus sit? & placet id Rebuffo de chirographo, articul. primo. Sed non puto inuitum hæredem† ad id cogendum, quoniam, vt Iurisconsultus inquit, iniquum est quenquam de alieno facto iurare. l. Marcellus. §. primo. ff. rerum amotarum: & eodem pertinent quæ tradit Paulus de Castro in. l. si per alium. §. fina. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat: si tamen hæres sua sponte chirographū recognouerit locum esse executioni constat. Sed pone minorem sine† curatore recognouisse chirographum à se factum, an locum habeat executio? & scribit Auenda. in capit. correctorum secunda parte. capit. 30. versiculo septimo, executionem locum habere. Quod ita quidem erit si minor curatorem non habeat, alioqui nulla esset recognitio quæ curatore autore non fieret. Paulus de Castro in. l. cētum. §. in pupillo. ff. de confessis. nullusque iam de ea re hodie dubitandi locus relictus est vllus, ex decisione textus in. l. 22. titul. vndecimo, libr. quinto Recopilationis. Cùm vero debitor monitus à iudice, vt recognoscat† contumax est hoc iure vtimur, vt cautio pro recognita habeatur: atq; executioni demandetur, secundum Boerium decisione 295. numero 19. & Couarruuias libro secundo Variarum. cap. vndecimo. Auilesius quoque in capit. correctorum. capit. decimo. nume. 34. quibus placuit in personam ad id reum esse citandum, quod an ve-

rũ sit alias tractabimus opportunius. Sed illud merito est tractandum si quis cautionem quidem
12 recognoscat, obijciat tamen † nõ numeratam fuisse pecuniam, an sit audiendus intra biennium, scilicet, iuxta ea quæ de exceptione non numeratæ pecuniæ traduntur, & tractat quidem hanc quæstionem in instrumento guarentigio Suarez in. l. post rem. §. sed pro euidentia. numer. 1. & disputat in chirographo Afflictus in constitu. Neapol. Rubric. 4. §. causas. nume. 10. & Rebuffus de chirographo, articul. 2. nu. 36. Auendanus quoque in capit. correct. 1. part. capit. 16. apud quos si lubet, quid ipsi velint per te tute perspicere poteris. Portò si quid ego in ea re sentiam expectas ipse rem quidem paucis explicandam puto, hoc pacto. Aut statim à principio, scilicet, in recognoscendo reus negat numeratam sibi fuisse pecuniam, & magis est, vt executio locum non habeat, tum quia recognitio talis non est simplex,
11 & certa, qualis est necessaria, vt executio locũ habeat. l. certum. ff. de confessis. & tradit Auenda. in capit. correct. 2. part. cap. 30. nume. 3. tum quia ea confessio, ita coniuncta diuidi nõ debet: iuxta glossæ distinctionem in. l. siquidem. C. de except. quam communẽ esse superiori diximus paragrapho, & tradit nominatim Boerius decis. 243. num. 5. Aut vero à principio non obiecit hanc exceptionem, sed simpliciter recognoscit, postea vero interponendum eam obijcit, & eo casu puto eum audiendum nõ esse simul, quia aduersus † confessionem in iure factam non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ. glossa Cynus & Salycet. in. l. prima. C. de confess. l. generaliter. C. de non nume. pecu. Simul quia non est ea exceptio de ijs, quas leges Regiæ aduersus executionem admissum iri decernunt, sicuti suo loco latius ostẽdemus. Sed quid si reus inficiatur chirographũ à se factum, quẽro quemadmodum res expediri debeat? Et illud tanquam ex tripode dictum tibi verissimum puta † quãtumcunque chirographum testibus fuerit comprobatum, exequẽdum non esse. Primum quia nostrates leges solummodo chirographo recognito hoc iure executionis tribuunt: deinde quia nulla omnino probatio quãtumcunque liquidissima † fuerit paratam executionem habet. glossa in. l. sed etsi possessori. §. primo. ff. de iureiur. Bald. in. l. r. C. de execu. rei iud. Suarez ad legem Tolet. limitatio. 3. Auend. in cap. correct. 2. par. cap. 30. num. 5. via ergo ordinaria pergendũ erit. Sed an satis erit tum per comparationẽ literarum chirographum cõprobari †, tractant hanc quæstionem Bartolus & reliqui in. l. admonendi. ff.

ll. ff. de iure iur. Abb. & cæteri in cap. 2. de fide instrum. Afflict. decis. 181. Lanfrancus in ç. quoniam contra. de fide instrum. nume. 61. Castellus in. l. 22. Tauri nu. 11. Copar. pract. quæst. cap. 22. Auenda. in capit. correct. 2. part. capit. 30. Menochius de arbitrarijs. libro 2. centuria 2. casu 114. Rolandus à Valle consil. 26. Crauete de antiquit. tempor. 1. par. nu. 64. Viuius libr. 3. commu. opin. verbo, comparatio literarũ. Ioseph. Ludouicus decis. 7. & apud nos habem° de ea re textum in. l. 114. & 119. titul. 18. Parti. 3. & explicat affatim imperator in Authen. de instrumen. cautela, & fide. per totum titulum. Ex quibus quid sequendũ sit, per te perspicere poteris: longior em̃ res est, quàm quæ ad hoc nostrum institutũ qui breues esse volumus pertineat. Ad exemplũ
17 vero chirographi idem †, & de epistola dicemus, vt scilicet recognita paratam executionem habeat. argumento textus in. l. Publia. §. fin. ff. depositi. & quæ affert Bartolus in. l. nuda. ff. de donatio. Abb. in cap. secundo. de fide instrumẽtorum. Iason & reliqui in dicta. l. admonendi. quãuis enim legis deficiant verba, tamen, quia eadẽ est ratio legis debemus sententiam sequi. l. secunda. §. si mater. ff. ad Tertullianũ. Quid quod, vel confessionis vis per se paratam habet executionem, vt superiori diximus paragrapho. Quaratione, & idem pro lambum est de tessera lignea † seu tallola (vt 18
vulgò vocamus) nam si recognita fuerit exequenda, eam enim nonnihil habere ponderis apparet ex Bartolo in. l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui operis nuntiatione. Quid ergo de pictatiolo, siue delegationis schedula? (*quæ vulgo libranca dicitur*). Et sanè si ea à Rege † in suos 19
quæstores, aut thesaurarios data fuerit paratam habebit executionem iure Regio, iuxta. l. 14. titul. septimo. libr. nono Recopilationis. in reliquis non idem putauerim, nisi modo fuerit ab eo in quem data est acceptata, aut coram notario, aut priuatim, & demum acceptatione recognita, vt ostendit. l. nona, titul. 16. libr. nono Recopilationis. Rationum igitur codex, siue Kalendarium, si recognitus fuerit executionem quoque † debet habere. Is enim 20
non minorem, quàm chirographum, ac epistola fidem habet. l. quædam. §. nummularios. ff. de edendo. tradit Bartolus in. l. nuda. ff. de donationib. idem & reliqui in. l. admonendi. ff. de iure iurando. Est etiam argumento ex nostrati iure. l. 29. titu. 19. lib. 9. Recopilationis. Dummodo sciamus eum à quo executio petitur omnibus omnino quæ in libro rationum, seu Kalendario continentur stare debere, ideſt, tam ijs quæ pro se, quàm illis quæ contra se

faciunt nulloque modo ferendus
81 erit si velit, vt acceptorũ tantum fides habeatur datorum non habeatur: cum, vt Iurisconsultus inquit, communis omnis rationis libri propositio sit. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de edendo. itaque omnia in eo comprehensa magis coniuncta, quàm separata censenda sunt, vt non satis commodè confessio illic facta diuidi queat: huius autem sentẽtiæ fuit gloss. finalis in. l. Publia. §. fin. ff. depositi. & illic. Alex. Io. And. apud Specul. titul. de instrumentorum editione. §. nunc dicendũ. restat in additione magna. Angelus in. l. sumptus. ff. de administr. tuto. Raphael Cuma. consil. 136. Cardin. in cap. cum olim. de censibus. Bellon in volumine commu. opinio libr. 17. verbo, scriptura minus solennem. Viuius lib. primo. opinio. 249. Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententia. verbo, scriptura, & ad hos quoque accedere videtur Grego. Lopides, quanquam nutans in. l. fin. titul. 18. Parti. 3. & his quidem magis accedo, quàm Alberico & Abbati cõtrarium sentientibus. ille in. l. rationes. C. de fide instrumen. hic in ca. 2. de fide instr. nu. 10. Quibus etiã aduersatur, quod generaliter est traditum, etsi is
21 qui aliquo instrumento † vtitur etiam, atque etiam testetur velle se illo tantum vti eatenus quatenus sibi profuerit, nihilominus il li nocere si quid sibi aduersum in eo sit. glossa singularis in. l. 1. §. primo iverbo, die. ff. de edendo. Iaſ. in. l. nõ solum. §. morte. nu. 16. ff. de noui operis nũt. Aymon Crauete de antiqui. tempo. 1. par. §. viso. nu. 73. idem Iaſ. in. l. edita. nu. fin. C. de edendo. Minchaca illustrium quæst. lib. 1. cap. 2. nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *Rationes an paratam executionem habeant.*
2 *Peritis in arte non creditur nisi prius iuramento rogati sint.*
3 *Rationes propter calculi errorem retractari solent.*
4 *Intra annum initæ societatis rationes peti non possunt.*
5 *Ad rationes reddendas citari debitor debet.*
5 *L. 2. §. de frumentaria ff. de administ. rerum ad ciuit. pertinent. elucidatur.*
6 *Potestate data arbitris vt absentibus partibus ius dicere possint adhuc partes citandæ sunt.*

Primæ partis.

§. VI. De rationibus.

SED de ratiõibus videamus, an paratam executionẽ habeant? Sciendũ est igitur dupliciter rationes confici solere. Aut em à partibus † seu 1
calculatoribus ab illis nominatis nullo iudice autore fiunt, & paratam executionem non habent. l. secunda. & illic Bart. C. de iure fisci lib.

sci. lib. 10. Castellus in. l. 27. Tauri. nu. 19. & Aulesius in ca. correct. capi. 30. verbo, *faga pagar*. Quod tamen (mea quidem sententia) intelligendum erit, nisi modo cõfectis iam rationibus partes acquiescant, illasque probent, nam si ea approbatio facta fuerit, siue testato apud tabellionem, siue propria subscriptione eaq; postea fuerit in iure recognita, exequendas esse rationes putauerim, ad exemplum instrumenti publici, atque chirographi recogniti, quæ nostrati iure paratam executionem habent, idque sensisse videtur Boerius decis. 295. eodem pertinet. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. & l. cum antea. C. de recept. arbitris. & quod tradit glossa in. l. 2. C. communia vtriusq; iudic. actum alioqui nullum confirmari, si postea partis illi accedat assensus. Et denique hanc nostram opinionem nõ obscurè probari videtur apud Iurisconsultum in. l. prima. §. præterea. ff. de contraria & vtili actione tutelæ, ita enim ait. *Quid ergo si iudex compensationis eius rationem non habuit? an contrario iudicio experiri poterit? & vtiq; potest, sed si reprobata est hæc reputatio, & acquieuit, non debet iudex contrario iudicio id resarcire.* Aut vero tabularij (vt ad reliqua pergamus) seu rationales iudice autore à partibus nominati sunt: & tum rationes paratam executionem habent, textus in Authẽ. de sanctissimis episcopis. §. œconomos. & ibidem glossa, & Angelus: Castellus quoque, & Aulesius locis modo citatis, & probari id nostrati iure videtur in. l. 22. titul. sexto. lib. tertio Recopil. Oportet tamen eo casu calculatores adiurati rationes confitmẽt secundum Bartolum in. l. Theopompus num. septimo. ff. de dote præleg. Bald. in. l. hac edictali. §. his illud. C. de secundis nuptijs. Id enim generaliter receptum est in omnibus ijs disceptatoribus (vulgò periti in arte dicũtur) qui secundum suum † arbitrium sen- 2
tentiam dicunt, vt non nisi adiuratis, seu sacramento rogatis fides habeatur, textus & illic interpretes in ea. fraternitatis. de fug. & maleficia. Iaſ. in repetitione. l. admonendi. nume. 237. ff. de iure iuran. Verum quia propter calculi errorem solent rationes retractari. l. prima. C. de errore calculi. l. 30. titul. 11. Parti. quinta. etiam ad longum † vsque tempus. l. cal- 3
culi. ff. de administ. rerum ad ciuita. pertinentium. glossa, & Bartolus in dicta. l. secunda. C. de iure fisci. Alexan. consi. 135. volumi. 6. Socinus consil. 92. libro. 4. & Parisius consilio finali libro. 1. ne res in infinitum abeat, ita expediri solet. Confectas rationes calculatores seu tabularij in ius exhibẽt, iudex vt partibus copia detur interloquitur: vt si quid, scilicet, habeant aduersus illas, allegent,

igitur si quid erroris in illis obrepsisse non cauilloſe allegetur, isque non sit leuissimus, ad calculos reditur, iudexque dat alium rationalem, seu calculatorem qui rationes denuò examinat, & recognoscit, sicuti edocent Paulus, & Iason in dicta. l. prima. C. de errore calculi, secundum igitur istius tertij calculatoris relationem, iudex aut rationes retractat, aut confirmat, præcipiendo partibus, vt illis pareant, quòd si nolint pro reliquis (vulgò, *alcance appellamus*) id creditore petente executionem facit, neque si aduersa pars appellauerit, illius appellationi defert, iuxta decisionem textus in dicta Authenti. de sanctissimis episcopis. §. œconomos. & illic glossa, verbo, *repetitionem*: loquitur sanè textus ille de œconomis Ecclesiæ. Verum tantundem, & in cæteris generaliter recipiendum esse par ratio facit, argumento textus in. l. non possunt. ff. de legibus. Denique de rationibus reddendis multas quæstiones videre licet apud Castellum in dicta l. 27. Tauri, & apud Auend. in cap. corrector. 1. par. capit. 9. illis tamen si placet addere poteris textum singularē in. l. neminem. C. de susceptoribus, & arcarijs. libro. 10. ex quo notat illic bellissimè Bartolus coita inter 2-
4 liquos societate non † posse alterum ex socijs ante annū elapsum desiderare, vt sibi de lucris rationes reddantur, sed neque illud omiserim, placere nonnullis rationes absente reo ne eo quidem citato † factas validas esse. Bartolus in. l. secunda. §. de frumentaria. ff. de administ. rerum ad ciui. perti. Iason in. l. nec quicquam. §. vbi decretum. num. 45. ff. de officio proconſ. Auend. in capi. correct. 1. par. capit. num. 3. ducuntur autem ij vnius tantum textus argumento in dicta. l. secunda. §. de frumentaria. ff. de administ. rerum ad ciui. pertinentium. cuius verba (ne architypum petere graueris) in hunc modum se habent. *Quod de frumentaria ratione in alium vsum conuersum est, suæ causæ cum incremento debito restituatur, idq; est contra absentem pronuntiatum est, anonis querela est: ratio tamen administrationis secundum fidem acceptorum, & datorum ponatur.* Ego vero (tantorum autorū pace dictum velim) opinor sententiam istam neq; veram esse neque in illo. §. *de frumentaria.* probari, nam quòd textus dicat contra absentem pronuntiari posse, non id propterea voluisse videtur etiam eo non citato pronuntiandum esse? cum & ijs in casibus quibus aduersus absentes procedi iura decernunt, eadem illos citandos esse demonstrent, absentem pro contumace accipientes. l. 1. §. fina. ff. quando appellandum sit. l. 1. C. de periculo rei venditæ. l. & post edictum. ff. de iudicijs. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudicijs. Cō firmat hoc quod in simili specie tradunt doctores, quæritur enim apud illos, si in compromisso da-
6 ta sit arbitris † potestas, vt absentibus etiā partibus ius dicere possint, an adhuc necesse sit, vt partes citentur, & placet illis adhuc partes esse citandas, alioqui nullius momenti arbitrium esse: hāc enim vt breuiter dicamus communem esse opinionem affirmat Boerius decis. 49. num. 5. licet igitur in illo. §. *de frumentaria* scriptū sit vt absente reo iudicetur: nō id propterea credendum est voluisse Iurisconsultum, vt etiā eo non citato iudicetur & ratio ponatur. At dixerit aliquis (vt Accursius, & Bartol.) nihil ergo speciale in lege illa introducitur? ita quidem puto. Sed cedo? cum Iurisconsultus non dicat id esse speciale, qua ratione nos id speciale esse dicemus? cum potius iura iuribus cōcordanda esse, & effugiendā esse legum correctionem iura omnia proclament? Proinde ego rationes non citato reo factas, neque ratas esse neque executioni mandādas vllo esse modo putauerim.

5

SVMMARIVM.

1 *Regium præceptum paratam habet executionem modo iustū fuerit.*
2 *Regium præceptum quod iniustum sit exequendum non est.*
3 *Principis præceptum quo occidi quispiam iubetur, exequendum non est, nisi elapsis triginta diebus.*
4 *Gratias quas fecerit Papa anteaquā exeat de conclaui vbi electus est irritæ sunt.*
5 *Irritæ sunt item donationes à Rege factæ sui principatus initio si in damnum reipublicæ aut Regij diadematis cedant.*
6 *Lex. 2. & 3. titulo. 14. libro. 4. Recopila. explanantur.*
7 *Regia mandata quæ aliquid aut iuri diuino aut naturali contrarium contineant, exequenda non sunt.*
8 *Cæsari contra conscientiam aliquid præcipienti non est obtemperandum, neque in bello neque in pace.*
9 *In ijs quæ sunt contra ius aut diuinum aut naturale iusta causa in principe non præsumitur.*
10 *Absolutæ potestatis licentia in principe tyrandidi magis affinis est quàm Regio imperio.*
11 *Panormitani refellitur opinio.*
12 *Rescriptum principis iniustum sto exequendum non sit, vituperandum tamen non est.*

Primæ partis.

§. VII. De Regio præcepto.

REgiæ quoque literę siue sacri apices, quibus Rex (idē de Papa vel Imperatore alijs vè superiorem † 1
non recognoscentibus dictū puta) aliquid præcise fieri iubet paratam executionem habere palam est. l. 1. ff. de const. princip. l. 30. & 52. tit. 18. par. 3. ipsi enim vni concessum est præcipere sic facias, & vt est apud Iuuenalem satyra sexta de imperiosis mulieribus loquentem.

Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Quod intelligẽdum est sanè, modo non iniusti aliquid legibusvè contrarium principali mandato comprehensum sit, & quod posteaquã factum sit in Reipublicæ detrimentum aut alterius iniuriã
2 vertat: nam tum verbo tenus † obtemperandum est illis non re: secundaque expectanda erit iussio l. rescripta. C. de precibus Imperatori offer. l. final. C. si cõtra ius vel vtil. publi. §. final. in authen. de iudicibus. & Authent. vt nulli iudicum. §. & hoc vero iubemus, & rursus de mandatis principum. §. deinde. collat. 3. l. 1. C. de petitio. subl. cap. si quando. de rescriptis. l. 29. titul. 18. par. 3. glossa in. l. puniri. C. si cõtra ius vel vtili. publi. Felinus & Decius in dicto cap. si quãdo. de rescript. Gomezius in cap. 1. de constitu. in. 6. Neuizanis in silua nuptiali. libro. 6. num. 49. Suarez allegatione. 12. solẽt enim principes nonnunquàm ira perciti iubere aliquid quod postea factum fuisse dolent: sicuti Theodosio cõtingit Imperatori. Is em exorta apud Thessalonicam seditione, cum miles quidam extinctus esset repentini facti attrocitate succensus populum ad circenses ludos euocatum prout quisq; occurreret obtruncari iussit: posteaque facti pœnitens, & in posterum sibi posterisque suis consulens statuit, vt sententiæ princi
3 pum super animaduersione † prolatæ in diem trigesimum executio differatur, sicuti latius videre licet in cap. cum apud. 11. quæst. 3. & in. l. si vindicari. C. de pœnis. Rursus solent principes nonnunquàm importunis petentium precibus allecti præsertim curialium & magnatum contra ius, & æquũ non concedenda cõcedere. cap. cum in iuuẽtute. de purg. canon. cap. suggestum. de decimis, ea igitur veluti dolo, & fraude extorta rata esse nõ decet. l. 1. C. de petitio. subla. cap. non sanè. 14. quæstio. 3. cap. final. de rescript. lib. 6. & illic gloss. verbo, importunitatem. l. 1. C. de fundis limitrophis libro. 11. Interdum solent ijdem principes lætitia nimia capti plus nimio familiaribus indulgere: proinde qd nõ consulto, sed amentia potius constitutum est: consilium erit vt consulto rescindatur. glossa in cap. vnusquisque. 22. quęstione. 4. Ioan. de Selua de beneficio. 1. parte. quæst. 2. Vbi ait signaturas (sic enim ille loquitur) quas dederit Papa anteaquàm exeat † de conclaui vbi electus est, nullius esse momenti cui consonat quod scriptum est apud Palatium Rubiũ in Rubrica de donatio. irritas fore donationes quas in primis sui principatus auspicijs Rex fecerit si in suæ dignitatis reipublicævè dispendium cedant, quem refert sequiturque Neuizanis in silua nuptiali. lib. 6. num. 55. Cum igitur his de causis † soleant principes

pes interdum iniqui aliquid decernere meritò debẽt iudices subsistere, ac non statim exequi, sed ad Regem potius ipsum referre secundamque expectare iussionem, sicuti superioribus iuribus satis compertum est. Porrò hoc accipiendum putant quidam nisi in Regijs literis adiecta fuerit vna ex illis clausulis, *ex certa scientia, aut proprio motu, aut potestate absoluta legibusue non obstantibus*: nã tum statim parẽdum esse Regijs mandatis putant: glossa & reliqui in l. fin. C. si contra ius vel vtili. publi. Ioan. Andr. in cap. primo. de excessibus prælat. in sexto. Alexan. consil. 92. & 112. volum. 6. Horum
6 tamen minuenda † erit opinio: nam, vt vetera iura omittam ea explosa est per l. 2. & 3. cum seq. titul. 14. libro. 4. Recopil. quibus consultissimè iuxtaque sanctissimè constitutum est Regias iussiones quæ iuri fuerint aduersæ exequendas non esse, etsi magis clausulas derogatorias illæ habeant: amplius etiã si in eis harum ipsarum legũ abrogatio facta sit: quas quidem singulares, & consultissimas esse prædicat D. Padilla in. l. causas. nume. 4. C. de transactio. Has tamen Regias leges, quoniã Regię potestati infestæ nimis esse videntur, ita acceptum iri putauerim. Vt siquidem Regia manda-
7 ta contineant aliquid quod † iuri aut diuino, aut naturali repugnet veluti si in dicta causa iubeat Rex quempiam occidere, illiusue bona proscribere minus illis parendum sit, etsi magis derogatorias habeant clausulas: atque adeo, etsi postea secunda accesserit iussio indistinctèque leges illas Regias obseruandas esse arbitror, debereq; potius existimo iudicem officio, & magistratu decedere fasceisque prosternere quàm iniustis obedire mandatis, sicuti monet Abb. in cap. cum teneamur. de appel. & Felin. in cap. consanguinei. de re iudica. Fortunius in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 230. ff. de liber. & posthum. Bald. in Authenti. habita. C. ne filius pro patre. vbi ait quando Cæsar mandat aliquid contra conscientiam non esse obtemperandum illi neque in bello neque in pace. Et rectissimè illi quidem, nam vt in fastis Apostolicis, seu Apostolorum Actibus diuinitus est scriptum. *Deo oportet nos obedire magis quàm hominibus*, atque vt sacri docent Canones, debemus potius omnia mala pati quàm † malo cõ- 8
sentire. ca. secundo. de noui operis nũtiatione. cap. ita ne. 32. quæstione 5. sapienter quoq; Dauid. *Melius est sperare in Domino, quã sperare in principibus.* Et alibi. *Elegi abiectum esse in domo domini mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.* Psalmo 23. & 117. Porrò si Regiæ literæ non aduersus diuinum, aut naturale, sed aduersus humanas pugnent leges, eo

Capite. 1.

casu

casu si derogatorias habeant clausulas exequedas puto, & sequendam esse illorum superiorum autorum opinionem: præsertim si secunda accesserit iussio. Nam quanuis leges illæ Recopilationis aliter sanciant verùm non potuit rex qui eas tulit successoribus suis legem imponere, vt in capit. 1. de consti. in. 6. & alias sæpè traditur. Proinde erunt Regiæ literæ quæ derogatorias habeant clausulas, legibus illis anteferendę, iuxta ea quæ notat Bartol. in extrauag. ad reprimendum. verbo, nō obstantibus. ipse & reliqui classici in. l. final. C. si cōtra ius vel vtili. publ. Felinus in cap. nōnulli de rescrip. Hanc vero nostram distinctionē confirmat oppido frequēs illa interpretum sentētia: tametsi in ijs quæ iuris sunt humani seu positiui (vt vocant) iusta † præsumatur causa in principe aliquid præcipiente. non vero in ijs quæ iuris sunt aut diuini, aut naturalis, aut gentium. Iason. in. l. quo minus. num. 7. ff. de fluminibus. Felinus, & Decius in cap. quæ in Ecclesiarum. de constit. & testatur magis communem opinionem Aymō de antiquit. tempor. 1. part. cap. 1. num. 32. & Alciatus de præsumptio. præsumptione. 8. num. 5. nec non, Menochius de recupe. possess. remedio. 8. numero. 62. Diuina enim iura atque naturalia ab humanis legibus, longè lateque distant, illa enim diuina quadam

9

prouidentia constituta semper immutabilia sunt, hæ vero quoniam populi principisvè voluntate rogantur, contraria item voluntate tolluntur. §. final. Instit. de iure naturali gentium, & ciuili. l. prima. ff. de constit. princip. Proinde absolutæ potestatis ius (licentiam † proprius dixeris) quam nonnulli ex veteribus principi atrogarunt, merito à plerisque ex recentioribus explauditur tradētibus istius potestatis nomen tyrannidi magis quàm regię congruere potestati. Fortunius in dicta. l. Gallus. §. & quid si tātum. num. 290. & 311. & Alcia. in. l. ceu fere. ff. de verb. signi. Corasius in l. frater à fratre. nu. 71. ff. de cond. indebi. Couarru. lib. 3. Variarum cap. 6. numero. 8. & præsul dominus Franciscus Sarmientus multis vir nominibus suspiciēdus, Selectarum interpretatio. libro primo. capite. 8. Pinellus in Rubrica. C. de rescindenda vēditio. 1. parnu. 25. Minchaca controuers. illustrium. cap. 26. Quorū quidē opinio in ijs certè quæ aut ius diuinum, aut naturale siue gentium offendant, verissima mihi videtur: quòd si qui sunt qui contrarium sentiant ij magis mihi prudentiā tēdere videntur quàm veronam, ideſt, magis mihi potestati principū blandirivelle vidētur, quā legitimas iuris regulas sequi: nisi fortè putādū est reges principesvè mortales non esse: sed humanæ

manæ expertes naturæ nullo neque diuino, neque naturali iure censeri. Ex his vero intelligere facile est verum non esse quod scribit doctissimus alioqui Abbas Panormi. in consil. 84. volumi. 1. num. 7. & in capit. cum olim. nu. 23. de re iud. obtemperandum esse principi qui iubeat aliquem in dicta causa interfici illiusvè fortunas seu bona proscribi, quia dicat

10

11 præsumendam † esse iustā causam in principe cū id iuri diuino naturali, atque gentium ex professo repugneri, Ilius quānis sententiā sequatur Cagnolus in. l. velle. nu. 15. ff. de regul. iuris. & Villalobos in ærario, verbo, officialis. nu. 33. nunus rectè illam commūnē esse opinionem affirmantes. Sed neq; ex diuerso illud probo quod scriptum reliquit Ioan. Andr. in capit. 1. de priuileg. libr. 6. rescriptū

12 principis quod † aduersus cōmunem vtilitatem datum sit obediēdum non esse, sed arreptū de manibus exhibentis vnguibus lacerandum esse vel dētibus. Etenim vt vt exequendum non sit certè vituperandum non est, sed suspiciendum potius, atque honorificis verbis deprecandus est princeps, vt de ea re deliberet maturius, sicuti apparet ex cap. si quando de rescript. & quæ illic tradūt veteres, & recentiores.

SVMMARIVM.

1 *TRibutorum seu publicarum functionum exactio quæ iure, scilicet, debeantur paratam executionem habet.*

2 *An executio locum habeat pro vt iuto illo quod maiores nōstri Regi Ramiro vouerunt Diuo Iacobo apud Clauigium.*

Primæ partis.

§. VIII. De exactionibus tributorum.

ILIS vero quæ paratam executionem habent adiungenda est etiā tributorum seu publicarum functionum exactio, eorum, scilicet, quæ iure debeantur † & certali- 1
quidaque sint. l. missi opinatores. C. de exact. tribu. libro. 10. l. publicas. C. de ferijs. l. abstinēdum. C. quorum appella. nō recipiantur. glossa Bart. & reliqui in. l. 1. C. de præscript. 30. vel. 40. annorum. Bald. consil. 111. volumi. 1. & 434. volumin. 3. Maranth. in Speculo. 4. par. distinct. 9. num. 65. Suarez in. l. post rem. 8. 7. Verum his dē rebus peculiares sunt apud nos tituli in libro Recopilatio. in quibus quid seruandum sit in promptu est videre. Nam de exactione tributorum quæ ab ærarijs seu capite cēsis fieri solet, extat titulus 14. libro. 6. de vectigalibus, habetur in titul. 7. libr. 9. de Portorijs. titul. 22. cum sequenti. eodem libro de vniuersitatum contributionibus. titul. 6. libro. 7. secundū

hæc igitur (ne rem quotidianam omitta-

omittamus) & locum quoque habebit executio pro tributo illo, quod Ramiro Rege regnante cõ-
2 muni Hispanorum † voto (vnde nomen quoque assumpsit) promissum est Diuo Iacobo ob partam de Mauris diuinitus victoriá apud clauigiũ, vbi Apostolus ipse (licuti pridie Regi ipsi noctu dormienti per visum prædixerat) bel ligerans hostesq; cędēs cõspicuus visus est eques in acie. Hoc enim votũ à maioribus nostris factum successores quoq; obligare tradit Greg. Lopides in l. 5. tit. 15. par. 2. verb. *son bienes*, ascititia ad id quæ dã afferens argumẽta, cum habeamus de ea re textũ apertũ in c. ex parte. de cẽsib. vbi expressim Roman⁹ Põtifex: hoc tributi genus cõfirmat, dũmodo in exigẽdo antiqua obseruetur consuetudo: id quod sanxit etiã apud nos idem Rex idẽq; Imperator egregius Carolus V. in l. 5. tit. 9. lib. 1. Recopi. Tametsi Cælestinus Papa speciali beneficio Diui Iacobi indulsit ecclesiæ, vt præscriptio tẽporis hoc in tributo locũ non haberet. Verum hac de re magnæ ad præsens pendent lites apud supremos magistratus, qui pro sua rara prudentia, & eruditione statuent, quod magis iuri, & rerum vtilitati consentaneum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum solenne paratam habet executionem.*
2 *Legatum an paratam habeat executionẽ.*
3 *Diuersis inter se opinionibus certantibus præfertur illa pro qua consuetudo calculum tulerit.*
4 *Multa iure ciuili contra rationem disputandi pro vtilitate communi recepta sunt.*
5 *Sufficit ad executionem legati exhibere ius clausulam testamenti in qua legatum continetur.*
6 *Executio an habeat locum pro prælegato, seu melioratione quam vocant.*
7 *Defuncto cauente ne hæres bonorum possessionem ante impletum testamentum apprehendat an parendum sit.*
8 *Licet inter quotam, seu partem bonorum, & quotam hæreditatis nonnullæ in iure sint differentiæ: cæterum re aut effectu nihil differunt.*
9 *Iure Regio filius cui factum est prælegatum trientis & quincuncis hæredis locũ habetur.*
10 *Appellatione bonorum & hæreditas interdum continetur.*
11 *Filio in legitima instituto competit remedium legis final. C. de edict. diui Adr. toll.*
11 *Legitima est quota bonorum nõ quota hæreditatis.*
12 *An filius melioratus sit legitimus contradictor ad impediendum possessionem ab hærede petitam.*
13 *Fideicommissario an competat remedium legis fina. C. de edict. diui Adria. tollen.*

Primæ partis.

§. IX. De testamento legato & prælegato, seu melioratione, an paratam executionem habeant.

TEstamentũ item solenne non cancellatum neque abolitũ, sed quod prima sui figura sine vituperatione appareat † paratã habere executionẽ notissimi iuris est: quod attinet, scilicet, vt immittatur hæres in possessionem earum rerum quæ defunct⁹ vltima valetudine, ideſt, mortis suæ tempore possidebat: Extat em̃ de ea re textus, & elegans, & satis vulgatus. in l. final. C. de edicto Diui Adrian. toll. & illic notat Baldus notabili 4. Iason. 2. Decius. 6. Sapia. 16. Zuchardus. 146. conuenit autem cũ ea lege ex nostrati iure l. 2. & 3. tit. 14. partita. 6. & l. 3. titul. 13. libr. 4. Recopil. de quibus lõgiorem sermonem fecimus superius cap. 5. vnde petere poteris quæ ad hunc locum pertineant. Dispiciamus ergo de legato an paratam executionem habeat? & imprimis con-
2 stat legatario nõ competere † remedium legis finalis. C. de edict. Diui Adrian. toll. secũdum glossam ibidem, verbo, *ex parte*, cui reliqui omnes ad vnum subscripsere interpretes. Proinde plerisque placet legatarium non habere ius executiuum, sed ordinario iure experiri debere: inter quos est Alex. in l. si cum dotem. §. eo tẽpore. ff. soluto matrim. & in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudica. Decius in l. fin. C. de edict. Diui Adria. toll. nume. 16. Menochius de adipisce. possess. remedio. 4. nume. 693. Atque ex nostratibus eiusdem sententiæ fuere Segura in l. si ex legati causa. numer. 64. ff. de verb. oblig. Suarez in l. post rem. §. sextus. Anto. Gomez. in l. 45. Tauri. num. 137. Peralta in l. 1. ff. de leg. 2. num. 85. & eam sententiam probare videtur l. ait prętor §. si iudex. ff. de re iudica. & apud nos l. 38. titul. 9. par. 6. Neque Toletana lex quæ instrumentis publicis ius executiuum tribuit legatario suffragatur, nam de contractuum, & obligationũ instrumentis loquitur, non de vltimis voluntatibus. Cæterum non desunt qui ex contrario putent legatario ius exequendi competere, ex decisione Authen. de hæredibus, & Falcidia. §. illud. coll. 1. sicuti illic sentit Accursius, verbo, decreto, & apertius Angel. nu. 57. & Alexã. ab seipso desciscens. in l. final. num. 13. C. de edict. Diui Adri. toll. & ibidem Ias. num. 16. & Decius in l. in testamentis. nu. 6. ff. de regul. iur. Socinus senior. consil. 103. libro. 3. Alciat. in l. pecuniæ verbum. §. actionis. num. 10. ff. de verbor. obliga. Atque ex nostratibus hanc partem secuti sunt Dueñas regul. 15. ad finem. & Didacus Perez in l. 2. titul. 14. libr. 5. ordin. Quæris in tantã scriptorũ discordia vtras ego partes potissimum sequendas arbitrer? Planè ita sentio, vt stricto quidẽ iure prior opinio verior sit: faciũt nanque pro ea vehementer iura illa quæ principio citauimus: neque Authẽtica illa de hæredibus & Falcidia satis contrariam probat sententiam. Porrò altera opinio quæ legatario executionẽ tribuit

buit vsũ & fori assuetudine validius inerebuit: sicuti fidem certã facit Didacus Perez loco Paulo ante citato. Proinde huic cui consuetudo annuit morigerandũ magis esse iudico. Siquidem diuersis inter se opinionibus certantibus
3 potior debet† esse illa pro qua cõ suetudo calculum tulerit. l. si de interpretatione. ff. de legibus. l. iniuriarum. §. final. ff. de iniurijs. cap. cum dilectus. & illic Abb. de consuet. diximus libro. 1. cap. 1. §. 11. num. 40. opitulatur & huic cõ suetudini præter superiorum autorum autoritatem (quę leuis quidem non est) id quod hodie in cõdendis testamentis vsurpatur, vt testatores plenã faciant testamentarijs executoribus potestatẽ apprehẽdi quælibet hæreditaria bona ad voluntatem suam exequendam. Quod ergo executores exequi detrectant iudex exequi non male poterit: iuxta ea quæ notat Bartol. in. l. 2. numer. 7. ff. de leg. 2. & denique suppetias fert illud quod est apud Iurisconsultum, *Multa iure ciuili contra rationem disputandi pro vtilitate communi recepta sunt: sicuti innumerabilibus rerum docemur exemplis.* l. si ita vulneratus. ad finem. ff. ad legem Aquiliam.
4 Est tamen † hæc opinio intelligẽda sanè ex egregia sententia Guillelmi Benedict. in cap. Raynuntius. de testa. verb. si absq; liberis. 2. numero. 191. qui hanc eandem rem agens sic expediendam putat, vt edito in ius testamẽto præcipiat iudex hæredi, vt intra certam diem rem legatam soluat, & si is iustas recusandi causas habuerit, audiatur quidem ordinario iure sin minus executiua via ad præstandum legatum compellatur. Benedicti autem opinionem sequitur Boerius decisione. 295. numero. 12. & sentit Alexan. in dicto. §. si iudex. & Roderi. Suarez in dicto. §. sexto. & mihi miris modis arridet illiq; fori cõsuetudinem consentire scio. Sed & illud haud obliuiscendum erit, sufficere ad hanc rem exhiberi in ius clausulam tantummodo testamenti, in qua legatum continetur: neq; esse necesse vt totum seu integrum edatur testamentum vti autor est Bartolus in. l. argentarius. §. ediff. de edendo, cum quo, tum reliqui scriptores, tum fori communis vsus consentit. Quid vero de prælegato seu melioratione an paratam executionem habeat? & sanè si certa res prælegata est†
5 sequẽdum erit, id quod de legato modo diximus: par enim vtriusque causa est. Porrò si trientis, & quincuncis (vulgo tertium & quintum vocamus) prælegatum fuerit: hic imprimis inspiciendum erit, quid defunctus testamento cauerit: nam si dixerit, vt sua autoritate melioratus (vt ita dixerim) possessionem apprehendere valeat, eius voluntas quæ modo iuri aduersa non sit sequẽda erit

da erit, iuxta glossam, Bartolum, & reliquos in. l. Titia cum testamento. §. primo. ff. de legat. secundo. Boerius decisio. 156. numero 15. sicuti ex diuerso si cauerit ne hæredes hæreditatis possessionem possint
7 † apprehendere donec per suos testamentarios omnibus legatis plenè satisfactum sit aduersus illius volũtatem, quæ scilicet, iuri non fuerit aduersa eundum non est, sicuti bellissimè scribit Ioan. Andr. ad speculat. titul. de instrumentorum editione. §. nunc vero aliqua additione finali. & Boerius decisione 41. num. quarto. Cæterùm si de ea re nihil à testatore cautum sit, hic merito dubitari poterit, an melioratus in bonorum possessionem mitti debeat. Et sanè Suarez in. l. quoniam in prioribus. quæstione septima. num. 19. in ea est sententia, vt existimet meliorato non competere beneficium legis finalis. C. de edict. Diui Adria. tollẽ. Sed via ordinaria experiundum illi esse, quia dicat illius legis beneficium non dari nisi ijs qui fuerint instituti in quota hæreditatis nõ ijs qui in quota bonorum. (sic enim is, & cæteri loquuntur) ego vero, etsi Suarez opiniones, vt par est vehementer suspiciam, fuit enim iuris vsusque peritissimus: veruntamen, quoniam ad fauendum defunctorum voluntatibus liteśque obuiandas propensiores esse debemus, non multum auersum me in ferendis calculis habebunt qui meliorato remedium legis finalis. C. de edict. Diui Adria. tollend. & legis nostratis Sorianæ competere putauerint. Quid ita? Primum, quia licet inter partem, seu quotam bonorum, & quotam hæreditatis † nonnullæ in iure constituan
8 tur differentiæ, sicuti apparet ex l. si quis seruum. §. fina. cum lege sequenti. ff. de legat. secundo. & tradunt illic claísici omnes, & Decius consilio 578. volumi. quarto. numer. decimo. Cæterùm re ipsa nihil inter hæc discriminis esse præclare tradit Paulus de Castro in dicto. §. fina. numer. secundo. distant ergo magis verbo quã re, aut effectu, sicuti exemplis ostendit Palac. Ruuios in. l. 25. Tauri. numer. vigesimosexto. Ergo quod non re, sed verbo tenus distat, quo iure separabimus? cum leges non verbis, sed rebus magis inseruire debeant. l. secunda. C. de legatis. & alibi sæpè. Deinde etsi, quod ad ius commune attinet superior tibi nõ placeret argumentatio, at quod ad ius Regium attinet illam tibi non displiceret puta, verum ex decisione textus in. l. 21. Tauri. ea est hodie. l. 5. tit. 6. lib. 5. Recopi. qua expressim definitum est prælegatarium tertiæ & quintæ partis bonorum loco hæredis † haberi, atq; pro rata
9 portione ęri alieno soluendo obligatum fore: vnde illic Palac. Ruios,

uios, ac cæteri tradunt interpretes ſublatam eſſe per illam legem in prælegato trientis & quincuncis differentiam illam quotæ bonorum, & quotæ hæreditatis, & idé ſcribit Couar. lib. 2. Varia. c. 2. nu. 2. Neque legis Regiæ deciſioni defuerint iuris communis argumenta apud quod videmus in
10 terdum appellatione † bonorum hęreditatem quoque contineri. l. nam quod. §. fina. & duæ leges ſequentes. ff. ad Trebellianum. & illic Bart. & Alex. Ergo ſi melioratus hæredis loco habetur in coꝝ ſublata eſt differentia illa quotæ bonorum, & quotæ hæreditatis, iam conſtat ceſſare Suarez argumenta, & conſequenter dicendum eſt, non eſſe illi denegandū remedium illius legis finalis. C. de edict. Diui Adria. tollend. Sed eſſe eum pro indiuiſo proque ſua parte in bonorum poſſeſsionem mittendum. Hanc vero noſtram ſententiam confirmat, & illa Baldi opinio in. l. fin. C. de edict. Diui Adria. tollend. quæſt. 1. dicentis etiam filio in ſua legitima inſtituto competere †
11 illius legis remedium quanuis legitima quota ſit bonorum non quota hæreditatis, vt pleriſque placuit, Baldi autem opinioni, etſi à quibuſdam reclamatum, ſit ea tamen à pleriſque recipitur, & nouiſsimè à Menochio de adipiſcēda poſſeſſio. remedio 4. quæſtione 22. ſuffragatur, & nobis eiuſdem Baldi ſententia eodem loci dicentis remedium illius legis cōpetere omni hæredi teſtamentario totæ vel quotæ vel partis alicuius reducibilis ad totam vel quotam (vt illius verbis vtar) Baldum vero de quota bonorum ſentire apparet ex eo quod de legitima loquitur: cum ergo hoc prælegatum trientis & quincuncis ad quotam reducatur, negari illi hoc remedium non debet: proinde licet Rodericus Suarez Baldum in ſuas partes aſciſcat, ille è contrario pro nobis maximè facit. Ex his igitur abſolui non difficulter poteſt quæſtio illa quam hoc loco tempeſtiuius † tractandam ſuperius reſer
uauimus: an melioratus filius legitimus ſit contradictor ad impediendum remedium legis finalis. C. de edict. Diui Adria. tollendo. Nam quando meliorato illius legis remedium damus, dicendum eſt ſi prælegatum valeat legitimū ipſum eſſe cōtradictorem in hoc vt promiſcuè cum hærede pro ſua in poſſeſsionem mittatur. iuxta ea quæ dicta ſunt à nobis cap. quinto. cōcluſione ſecunda. Quinimo ſi filius melioratus iam viuo patre poſsideret res in melioratione cōprehenſas, tuendus eſſet in poſſeſsione, ſi non conſtaret inofficioſam eſſe melioration
nem, ſicuti ex facto reſpōdit Burgus de Paz conſilio 39. num. octauo. Atque eodem ſpectant quæ affert Matth. de Afflict. deciſ. 119.

An re-

13 An vero fideicommiſſario † competat remedium illius legis finalis. C. de edict. Diui Adria. tollen. tractant poſt gloſſam illic claſſici omnes. & Anto. Gabriel in volumine commu. opinionum. libro quarto. titulo. de fideicommiſſo. concluſione 4. & Ioſeph. Ludouicus deciſ. 47. atque ex noſtratibus Burgº de Paz in. l. tertia. Tauri, prima part. concluſione 7. numero. 958. vbi noſtrates leges Regias à iure communi in eā re diſſidere ſcribit. Quod an verum ſit pro huius loci anguſtia diſpicere non vacat.

SVMMARIVM.

1 *INſtrumētum in iudicio factum in vim contentioſæ iuriſdictionis paratam habet executionem.*

Primæ partis.

§. Decimus. De ſcriptura quæ in iudicio fit.

IVRE quoq; cōmuni paratā habet executiōem inſtrumētū quodlibet, quod in iure, ſiue apud offi
1 cium celebratum fuerit id fori ca lore † & autoritate efficiente. Bartolus in. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. & illic Paulus & Iaſon numer. octauo. idem Bartol. Bald. & Paulus in. l. eum pro quo. ff. de in ius vocādo. Alexan. in. l. à Diuo pio. in principio. ff. de re iudic. Afflictus deciſ. 387. nume. primo. quod accipiendum eſt, tamen quando in vim contentioſæ iuriſdictionis fit, non ſi per voluntariam ſecundum eundem Baldum in. l. ſecunda. C. de fideiuſſ. tutorum. & Suarez titulo *de los emplazamientos*. §. ſed pone. numer. decimoquinto.

SVMMARIVM.

1 *IVRE Regio inſtrumentum publicum ſeu guarentigium paratam habet executionem.*
Quantum ad ius commune nullum inſtrumentum paratam habet executionē. ibidē.
2 *Inſtrumentum guarentigium, quid ſit.*
3 *Inſtrumentum guarentigium Latinè ſyngrapha dicitur.*
4 *Lex Toletana quæ de inſtrumentorū executione tractat latè copioſe & luculenter explanatur.*

Primæ partis.

§. Vndecimus. De inſtrumento publico, ſeu guarentigio.

POſtremo paratam habet executionē inſtrumentum publicum, ſeu mauis guarentigium, non quidem iure communi, ſed Regio potius: nam † quod ad ius cō 1
mune attinet nullum inſtrumentum quantūuis publicum, quantumuis authenticum paratā executionem habet exceptis ijs dun-

taxat quę ſuperioribus retulimus paragraphis.l.minor 25.annis. numero.41. ff.de minoribus. & ibidem Bartol.& Baldus, Cynus,& idem Bart.in.l.prima. C. de confeſsis. Angel. in.l. ait prætor. §. ſi iudex.ff.de re iud.Bald.in.l.adoptio.C.de adoptio.niſi modo inſtrumentum clauſulam guarentigiam habeat. Alexan.in.l. ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſoluto matrimo.Boerius deciſ.295. Suarez ad legem Tolet.§.primo.

2 Eſt autem clauſula † guarentigia apud Italos nihil aliud quàm præceptum, quod notarius autoritate à municipali lege, ſeu ſtatuto ſibi arrogata facit in ſponte confeſſum, quod inſtrumenti genus apud ipſos dicitur guarentigium aut confeſsionatum, ſecundum Bald.in.l. etiam. C. de executione rei iudic.Cynus, & Bald.in.l. prima.C.de confeſsis.Barto.in.l. ſecũda.ff.de recept.arbitris. Quare notarij quibus hæc data eſt poteſtas,iudices cartularij vocantur vt ſignificat Accurſius in. l. prima. ff.de iudicijs. verbo, qui tribunali. Guarẽtare vero apud thuſcos nihil aliud eſt quàm firmare, vti apparet ex. §. ſin autem inter pares. titulo. de lege Conradi in vſibus feudorum, vbi Baldus inquit. *Guarentare eſt verbum thuſcorum qui appellant inſtrumentum guarentigiæ firmitatu, & præciſum,cui omnino ſtandum eſt*. Idem probat Iaſon in.l.prima.§.ſi quis ita. numero.28. ff. de verborum obligationibus.Itaque inſtrumentum guarentigium idem ſonat quod firmum,atque ratum, quod † apud 3
Latinos ſyngrapha dicitur,vt declarant Ciceronis verba ad Trebatium Iuriſconſultum,libro ſeptimo epiſt. T*anquam*, inquit,*ſyngraphan ad Imperatorem non epiſtolam attuleris, ſic pecunia ablata domum redire properabas*. Idem Cicero pro Lucio Muræna. *Pergitis ne vos tanquam ex ſyngrapha agere cùm populo, vt quem locum ſemel honoris cuipiam dederit eundem reliquis honoribus debeat*? Suetonius in Cæſare. *Cuius pacti non dubitauit à quibuſdam iuſiurandum, atque etiam ſyngraphan exigere*. Ex poteſtate igitur per ſtatuta tabellionibus facta guarentigia inſtrumenta paratam executionem apud exteros habent. Faciunt hoc idem apud eccleſiaſticos obligationes in forma cameræ conceptæ,ſicuti ediſſerit latius Antonius Maſſa Galleſius in peculiari de ea re edito commentario. Apud nos vero extat lex Regia à Catholicis Regibus lata vulgo Toletana † dicitur (quia Tole- 4
ti lata fuit) qua conſultiſsimè cautum eſt, vt inſtrumentum omne publicum contractuum,& obligationum executioni demandentur,ea eſt hodie.l.2.titul.21.lib. 4. Recopilationis. de cuius intelligentia aliquantiſper nobis faciendus eſt ſermo: illius enim cauſa huius capitis materiam aggreſſi ſumus.

ſumus. Rem autem, vt planius percipi valeat per ampliationes, & limitatiões explicabo, quibuſdam interdum corollarijs,ſeu illationibus (quæ expedire videbuntur) interiectis.

SVMMARIVM.

5 *Clauſula guarentigia, quid ſit.*
6 *Scriptorum controuerſiæ melius rationum pondere quam partium numero cenſentur.*
7 *Leges in difficiliori caſu loqui ſemper videntur.*
8 *Guarentigium inſtrumentum apud Italos idem ſignificat quod publicum.*
9 *Apud nos inſtrumenta guarentigia odioſa non ſunt.*

PRIMA AMPLIAtio Toletanæ legis.

AMplia igitur primum hanc Toletanam legem, vt inſtru-
5 mentum publicum † habeat paratam executionem, etſi in illo adiecta non fuerit clauſula guarentigia, ea eſt clauſula illa qua contrahẽtes dant poteſtatem omnibus iudicibus,vt aduerſus ſe ſe faciant executionem perinde, ac ſi id, quod pactum conuentum eſt, re iudicata tranſactum finitumq; foret. Enim vero tametſi Rodericus Suarez in dicta.l. poſtrem. §. primo. ad legem Toletanam.in contraria fuerit ſententia,& illius ſubſcripſerit opinioni Couar.lib.ſecundo Variarum. capit.11. qui id vſu receptum eſſe ſcribit, & Dominus Padilla in.l. prima §.quantis.nu.ſecundo. C. de iuris & facti ignor. & Ignatius Lopez apud Bernar.Diaz regula 344. Verùm priori ſententiæ plerique aſtipulantur affirmantes clauſulam guarentigiam neceſſariam hodie non eſſe, in quibus eſt Segura in.l.ſi ex legati cauſa.Palac.Ruu.& Caſtellus in.l.63. Tauri. Auend.in dictionario,verbo,ſcriptura. & rurſus in titub *de las excepciones*. num.primo. Vallalobos in antinomia iuris,litera b. nu.21.& illius æmulus Olanus eodem loci.nu.40. Albornoz de cõtractibus.lib.1.titul.2.ca.8. Anto. Gomez in.l.64.Tauri.nu.24. Didacus Perez in.l.4.tit.8.lib.3.ord. gloſſ.1.qui poſteriores eo nos iure vti teſtantur. Itaque hanc magis eſſe receptam & cõmunem opinionem affirmare poſſumus. Sed doctorum autoritatem miſſam faciamus †, & vtra opinio potior 6
ſit ratiõibus penſemus: ſcriptorũ enim controuerſiæ melius quidẽ rationum põdere quàm partium numero cenſentur, & mihi ſanè verior probabiliorq; hęc quam ſequimur videtur opinio, nam vt omittam eam magis & rationem habere,& æquitatem,atque conuenire magis verbis illius legis Toletanæ, quæ hanc clauſulam guarentigiam non exigit,ſed ſimpliciter contractus publicos exequendos decernit: num demum opinio hæc probari non obſcurè videtur nouiſsimo iure Recopila

tionis in.l.19.titul.21.libro quarto, à Philippo nostro nuper edita, in qua cum adamussim ordo in executionibus seruandus tradatur, nullo tamen modo huius guarentigiæ clausulæ meminit, sed neque contractus guarentigios exequendos dixit, sed publicos. Publicos autem accipere debemus eos qui à notarijs publicis confecti sunt, neq; refert clausulam guarentigiam habeant nec ne. Innocent. Abb. & reliqui in cap. primo. de fide instrumentorum. Bart. in.l. si quis ex argentarijs. §. si initium. num. quinto. ff. de edendo. & probat apud nos. l. prima. ad finem. titul. 18. Parti. 3. Cum igitur legũ tam aperta sint verba, quid quæso prohibet legum inducere correctionem, vbi manifesto apparet legislatorem ipsum ita statuere voluisse? l. non est nouum. ff. de legibus. cap. primo. de constitu. in sexto. alioqui verbo, magis quàm re leges rogatæ esse viderentur, quod iuri aduersum esse palam est. l. secunda. C. communia de legatis. Quid
7 quod? leges semper† in difficiliori casu loqui videntur. l. quod Labeo. ff. de Carboniano edicto. & ita sunt accipiendæ, vt noui aliquid introducant, ne superuacaneæ alioqui videantur. l. si ita stipulatus. ff. de iure dotium. Bald. Paul. & Iason in.l. fina. §. etsi præfatam. C. de iure deliberan. Neque me quidem modo aliquo cõturbat. quod opinatur Couarruias suam illam opinionem probari in.l. quinta. titul. 21. lib. quarto Recopilationis. quoniam in ea scriptum sit confessionem in iure factam exequendam esse iuxta tenorem legis Toletanæ quæ de guarentigijs instrumentis loquitur. Nam cum lex illa Toletana de instrumentis publicis mentionem faciat, apparet hanc alteram legem posteriorem quæ ad illam se retulit contractus publicos, ac guarẽtigios pro eodem accepisse, cum iuris sit aperti legem aliam referentem accipiendam esse iuxta legem ad quam refertur. l. vbi autem. §. illud. ff. de verborũ obligationibus. Decius consilio. 11. & 47. volu. primo. Adde quòd hoc verbum guarẽtigij, & apud ipsos Italos idem † significat, quod publicum, vt apparet ex ipsis iuris 8
marijs Bartolo, & Baldo in.l. 1. ff. de ijs quæ in testamen. delentur. atque ex Salyceto in.l. super eã. C. mandati. & Eguina. in titul. quibus modis recontrahitur obligatio. *particula finali*. Denique ego ita sentio, & ita mihi semper persuasum habui, cum leges Regiæ hanc clausulam guarentigiam in instrumẽtis publicis exequendis non exigant superuacuum (ne dicam superstitiosum & vanum) fore huiusmodi obseruationẽ (quæ verbis magis quàm re cõsistat) in ius introducere videnturq; mihi hoc loco interpretes qui contrarium

Mal vel-de intelligendo. Castillanum.

rium sentiunt nihil aliud facere, quàm quod est apud Terentium in Andria, *Faciunt*, inquit, *næ intelligendo, vt nihil intelligant*. ¶ Ex hoc autem illud nobis deducere licet tametsi iuris communis interpretes agitantes quæstionẽ illam, an statuta quibus ius exequendi instrumentis publicis impertitur fauorabilia sint, an potius odiosa: ita distinguũt. Aut statuto cautũ est, vt instrumenta paratam habeant executionem, etsi clausulã non habeant guarentigiam & odiosa sunt, quia iuri communi repugnare videantur: aut clausulam guarẽtigiam ad eam rem exigunt, & odiosa non sunt, sed fauorabilia potius: sic placuit Angelo in.l. si marito. §. si voluntate. ff. soluto matrimo. Imolæ in.l. si cum dotem. §. eodem autem tempore. eodem titul. Campecio qui luculenter rem explicat in tract. de dote. 5. par. quæst. 111. Antonio de Canario de executione instrumenti. quæst. 1. numer. 9. Verum quod ad nostrates leges Regias attinet cum illæ (vt diximus) clausulam guarẽtigiam non exigant,
9 dicendum † erit (sto fauorabiles non sint) odiosas tñ eas non esse, siquidẽ ius nostrũ Regiũ nõ statutorũ, sed potius iuris cõmuniã natura habet secũdũ Palac. Ruui. in repet. rubr. de dona. inter. in principio. nu. 8. quo cum nostrates ad vnum cõsentiunt interpretes omnes. Quinimo huiusmodi leges fauorabiles esse, & lex ipsa Toletana significare videtur, dum ait, *En fauor de los mercaderes e otras personas*. Non sunt ergo audiẽdi Suarez in dicta.l. post rem. §. primo. ad legem Tolet. & Montaluus in repertorio, verbo, obligatio. necnon Auilesius in cap. correct. ea. 10. nu. 1. qui sequentes ea quæ de statutis ea in re tradunt interpretes, scribunt nostrates leges quibus instrumentis publicis ius executiuum tribuitur, odiosas esse, non animaduertentes nostratum legum naturam ab statutorum diuersam esse, nec odio item, vt illa laborare. Et hæc hactenus de prima Ampliatione.

SVMMARIVM.

10 *NON solum instrumentum publicum paratam habet executionẽ sed etiam si tantummodo sit Authenticũ, & non publicum. & num. seq.*

11 *Authenticum instrumentum quid sit.*

11 *Instrumenta confecta ab episcopis cæterisque magnatibus illorum impresso sigillo authentica sunt.*

12 *Contractus qui à Regibus cæterisque magnatibus celebrantur in schedulis, in scriptis celebrati censentur.*

Secunda Ampliatio.

AMplia secundo hanc Toletanam legem, vt non solum instrumentum publicum habeat paratam executionem, sed etiam si sit authenticum†, & non publi 10
cum, eandem habeat prærogatiuam. Hoc vt intelligamus admonendi sumus instrumentum publicum ab authentico eò differre

quod ſpecies à genere, publici enim appellatione continetur dũ taxat inſtrumentum illud, quod à notario publico confectum fuerit. Authentici vero appellatio latius patet, atque non ſolum complectitur inſtrumẽta publica, ſed & cætera omnia quę per ſe fidem faciunt, qualia ſunt ea quæ ab epiſcopis, ducibus, & cæteris magna
11 tibus cõficiuntur † eorũ impreſſo ſigillo, ea enim etſi publica non ſint, quia tamen authentica ſunt per ſe fidem faciunt, vt in ca. poſt ceſsionem. de probat. & illic omnes. l. 114. titul. 18. Parti. 3. & hanc publici, & authentici differentiã. ſcribit Abb. in cap. primo. de fide inſtrumen. num. ſecundo. & illic reliqui omnes. Hoc igitur authẽticum inſtrumentum, etſi publicum non fuerit exequendum tamen eſſe dico: ſiquidem Toletana hæc lex non ſolum contractibus publicis hoc ius executionis tribuit, ſed etiam cæteris omnibus inſtrumentis obligationum quæ certa fuerint. Illius enim verba (quatenus ad hunc locum attinet) ſic ſe habent. *Mandamos que cada e quando los mercaderes, o otra qualquier perſona moſtraren ante los Alcaldes e juſticias de nueſtros reynos e ſeñorios cartas e contractos publicos e recaudos cierros de obligaciones que ellos tengan cõtra qualeſquier perſonas de qualeſquier deudas q̃ les fueren deuidas, que las dichas juſticias las cumplã e lleuen a deuida execuciõ.* Illis ergo verbis, *recaudos ciertos de obligaciones*, quid aliud ſignificare voluit lex quàm Authenticũ inſtrumentum? Neque enim Authenti
12 ci verbum aliud quidem ſignificat, quàm quod certam † & indubitatam habet fidem ſecundum Alciatum lib. 2. Parergon ca. 46. & Couar. pract. quæſt. cap. 19. nu. primo. Me quoque in hanc impellit ſententiam Baldi autoritas in l. contractus. C. de fide inſtrumen. dicentis contractus qui à regibus, & cæteris magnatibus in ſchedulis fiunt in ſcriptis celebratos eſſe intelligi debere. Secundũ hæc igitur dicendum eſt, inſtrumentum factum à notario curiæ de rebus ad rempublicam pertinentibus exequendũ eſſe: authenticum enim eſſe negari non poteſt, & probat l. 1. titul. 26. libr. 4. Recopilationis.

SVMMARIVM.

13 *Inſtrumenta publica etiam in alio regno confecta iſthic paratam executionem habent.*

13 *In his quæ pertinent ad ordinem iudicis ſpectandus eſt locus fori vbi lis agitatur.*

14 *Inſtrumentum longè allatum quando exequendum ſit.*

15 *Si inſtrumentum longè allatum falſi arguatur comprobari debet.*

16 *Notariũ quem eſſe quẽadmodũ probetur.*

17 *Cautela vt inſtrumentum peregrè allatum fidem faciat.*

Tertia ampliatio.

AMplia tertio, vt non ſolum inſtrumenta publica in hoc regno confecta paratam executionem

tionem habeant, ſed etiam ſi extraneo in regno confecta ſint: pari quoque modo exequenda eſſe
13 ſi iſthic † illorum petatur executio. Nam licet quod pertinet ad litis deciſionem ſpectandus ſit locus cõtractus non iudicij. Verum quod attinet ad iudicij ordinem non locus contractus, ſed iudicij eſt potius ſpectandus. l. ſecunda. C. quemadmodũ teſtamenta aperiantur. Bart. & illic Iaſon nu. 58. in l. cunctos populos. C. de ſacro ſanct. eccleſ. idem Iaſon in. l. à Diuo pio. §. ſententiam. nu. 7. ff. de re iudic. & in l. ſi non ſpeciali. nume. ſecũdo. C. de teſta. Huius noſtræ ſentẽtiæ ſeu ampliationis auctor eſt Baldus rerum forenſium vir maximè callidus in. l. prima. quæſtio. 4. C. ne filius pro patre. quem in argumentum noſtræ legis trahentes ſequuntur Pala. Rui. in Rubrica. de donat. inter. in princip. nume. 23. & Grego. Lopides in. l. 8. titul. 18. Parti. 3. gloſſ. finali. ſentit quoque id Suarez in l. poſtrem. quæſt. 5. num. 14. & Anto. Gomez in. l. 64. Tauri nu. 8. ac Dida. Perez in. l. 4. titul. 8. libro. 3. ordina. Sed ecce aduerſarius tale
14 inſtrumẽtum † ita longè allatum falſi arguit, quæro an exequendũ putes? vel an potius illo vtens neceſſe habeat tabellionis fidem cõprobare? Et planè in ijs inſtrumentis quæ non ita longè afferuntur ſi falſi arguantur expeditiſsimum eſt fidem non facere niſi modo tabellionis fides nota, teſtataq; ſit: vel niſi eo vtens tabellionis † fidẽ 15
cõprobauerit. Non enim quis notarius eſſe præſumitur niſi probetur. Bald. in Auth. ſed nouo iure. C. ſi cert. pet. Suarez in. l. poſt rẽ. §. ſed pro euidentia, & hanc communem eſſe opinionem plurimorum habemus teſtimonium. Alciat. in tract. præſumpt. regula. 3. præſumpt. 13. Crauete de antiqui. temporum. 3. part. Boerius deciſ. 36. nume. 8. Viuius libr. 2. opinio 195. & probat hoc apud nos. l. 115. titul. 18. Parti. 3. & illic tradit Gregorius, verbo, *abrigue*. Notarius 16
autem quomodo † probetur tradit Iaſon & reliqui in. l. Barbarius. ff. de officio præſidis. Afflictus deciſ. 245. & 251. & Olanus in concordia iuris. verbo, inſtrumẽtum. numer. 222. & nos fortaſsis quoque dicemus in prima limitatione. Porrò in propoſita ſpecie, quando inſtrumenta ita à longinquo afferuntur dubitationis eſt, an fidem ſine comprobatione faciant. & Azo autor eſt ſi eiuſmodi inſtrumentum non ſit cancellatum, neque alio quopiam vitio laboret, ſitque eo vtens vir bonus atque integræ fidei fidem omnino inſtrumento eſſe dandam. Eſt autem Azonis locus in ſumma de fide inſtrumentorum. in principio. & idem placuit eodem loci Goffredo, & Specula. titul. de inſtrumentorum editione. §. reſtat. num. 6. placuit idem quoque An

gelo in Authen. de hæredibus,& Falcid. §. hinc nobis,& Abbati in cap. 1. de fide instru. col. 6. neque displicere videtur. Alex. cõs. 150. vol. 6. nu. 8. Plerq; tamen scripto res in contrariam sententiam feruntur,in quibus Baldus in. l. cõparationes. col. 4. C. de fide instr. & illic quoque Cynus,& Salyce. Alberi. in. l. Barbarius. ff. de officio prætoris. Cardi. in Clemen. 1. de procur. quæst. 3. Ioan. Andr. & Anto. de Butrio. in cap. 1. de fide instrum. Lanfrancus de Oriano. in cap. quoniam contra. §. de fide instrum. num. 5. Afflict. decis. 251. qui omnes tradũt talia instrumẽta,ita longè allata fidem non facere,nisi tabellionis fides comprobetur, & hanc communem esse opinionem affirmat Viuius lib. 2. opinione. 148. & Emanuel Suarez in thesauro recept. sententiarum. verbo, instrumẽtum: quam obrẽ, vt hæc instrumenta quæ ita peregre afferuntur fidẽ faciãt, illa
17 solet adhiberi† cautela, vt præter tabellionis principalis signaculũ aliorum item duorum aut triũ tabellionum testimonia adiungãtur, qui fidem faciãt tabellionem illum à quo confectum est instrumentum, verum, legitimumq; esse tabellionem: nam tum plena ei fides adhiberi debet: Hãc sanè cautionem scribunt Cœpola. cautela. 54. & Feli. in cap. post cessionem de proba. fallẽtia. 6. Boerius quoq; decis. 154. nu. 5. Lanfrancus in cap. quoniam contra. loco modo citato, & hoc iure vtimur. Tãtundem quoq; iuris erit si iudicis illius autoritas vbi acta res est, instrumento accesserit: sicuti tradit Cœpola dicta cautela. 54. & Boerius decis. 154. Illud tamen obliuiscendum non erit (quod Lanfrancus de Oriano loco superiori rectè admonet) vt congruentia sint huiusmodi tabellionum affirmatorum testimonia non satis esse, si dicãt tabellionem (cuius nomine subscriptũ sonat esse instrumẽtum) eũ publicũ tabellionem esse sed vt amplius testificentur signaculũ quo subscriptũ est esse huius ipsius: cum fieri possit, vt tabellio sit legitimus, & tamen scriptura non eius manu sed alterius confecta sit. Sed neq; minus meminisse debemus hanc, quam diximus cõprobationem necessariam non esse si de paruo agatur pręiudicio & ipsius iudicis motus cum ipso instrumento concurrat secũdum Innoc. & Ioann. Andr. in capit. 1. de clericis peregrinis. Bal. in Authent. sed nouo iure. C. si certum petatur. Antonius de Butrio. in capit. 1. de fide instrum. Quando vero instrumentum ita longè allatum alienigeno sermone scriptũ est, quemadmodum in nostrum vernaculum sermonem interpretandum sit, vt fidem interpretatio faciat, consulito Bartol. & reliquos in. l. 1. §. final. ff. de verbor. obligatio.

SVM-

SVMMARIVM.

18 *Instrumentum guarentigium habet paratam executionem etiam quantum ad ea quæ ex eo tacite comprehendantur.*

19 *Quod ex instrumento tacite colligitur pro expresso haberi debet.*

20 *Instrumentum de dote recepta exequendum est, etsi de ea restituenda cautum non sit.*

21 *Additiones in publica subhastatione autore tabellione factæ paratam executionẽ habent.*

22 *Res quæ in publica subhastatione veneunt non nisi præsente pecunia addici debent.*

Quarta Ampliatio.

AMplia quarto, vt non solum instrumẽta publica paratam habeãt executionẽ quãtũ attinet ad ea quæ in illis expressim aut
18 principaliter cõtinẽtur † sed etiã quantum ad ea quæ in illis aut tacitè aut indirectè comprehendũtur. Anto. & Abbas. in cap. cum olim. de censibus. Barto. & Bald. Angelus & Imola. in. l. 1. ff. de his quæ in testamento delẽtur. idem Bald. in. l. vbi adhuc colum. 4. C. de iure dotium. Alex. in. l. iurisgẽtium. §. quod ferè. ff. de pactis. Iason. in. l. cum filius. num. 10. ff. de verborum obligat. Specul. de instrumentorum editione. §. restat. numero. 42. Decius consil. 507. volum. 4. nume. 6. idque de ea re cõsultus multis confirmat: idem Alexand. consilio. 126. volumi. 6. & tradit sedulo Suarez in dicta. l. post rem extensione secunda. teſtatur communem esse opinionẽ Anton. Negusan. de pign. 2. par. 4. membro ad finem. etenim id quod tacitè ex instrumento colligitur † ipsius instrumenti tenor 19
censetur, pro expresso; q; haberi debet. l. cum quid. ff. si certum petatur. l. asse toto. ff. de hæred. inst. l. iuris gentium. §. quod ferè, & illic Angel. & reliqui. ff. de pact. Felinus in cap. translato. de constitu. Anto. Gallesius ad formulã cameræ. 3. parte. consideratione secunda. vbi luculenter declarat, & Boerius quoque. decisione. 313. numero. 15.

Ex quo illud infertur cum, pro *Corollariũ*
restituenda dote stipulatio, etsi ad iecta non fuerit ipso iure supposita intelligatur. vt in. l. 1. in principio. C. de rei vxor. actione exequendum esse instrumẽtum† pu- 20
blicum, in quo dotem à se receptam maritus confiteatur, etsi de dote restituẽda nihil cautum fuerit. Baldus in. l. ad probationem. 1. C. de probatio. vbi ait fuisse primum consilium quod vnquàm dederit ipse idem, rursus scribit idem in. l. 1. §. 1. C. de rei vxor. acti. Bartol. & idem Bald. in. l. 1. ff. de ijs quæ in testamento delentur. Bald. nouellus de dote. 6. parte. priuilegio. 2. nume. 12. Anton. de Canario de executione instrumẽti. quæst. 29. Suarez ad legem Toleti. extensione. 2. Anto. Gomez. in. l. 64. Tauri. numero. 6. & hanc communem esse opinionem affirmat Iason. in. l. cum filius familias. num. 10. ff. de verbor. obligat.

qui

qui omnes ad hanc ſententiam allegant textum bene facientem in l.ſi duo patroni.§.Marcellus.ff.de iureiurando.

Alterum corollariũ. His quoque conſequens eſt dicere, additiones quæ publica in ſubhaſtatione autore rabellione fiunt (*vulgo remates appellamus*) paratam executionem habere: quãuis interdũ † in ijs promiſsio emptoris, ſeu obligatio inſcribi non ſoleat: attamen cum tacitè intelligatur pro expreſſa haberi debet, num maximè ex Regia deciſione quæ non aliud quicquàm ad contrahendam obligationem poſtulat, quàm vt appareat quoquo modo quem ſe obligare voluiſſe: ea eſt lex ſecunda, titul.16.lib.5. Recopil. de qua alibi longiorem ſermonem fecimus. Accedit his harum ſubhaſtationum eam eſſe naturam, vt res quæ illic veneunt non in creditum †, ſed præſenti pecunia addicãtur. l. à Diuo pio. §.ſi emptor. ff.de re iudicata. ſuffragatur & Bald. ſententia in. l. contractus.C.de fide inſtrumentorum. dicentis contractus, qui in ſchedulis per ſubhaſtationes fiunt in ſcriptis celebratos intelligi. Quod igitur in militari ſubhaſtatione ſingulari iure receptũ comperimus, vt paratam executionem habeant, ſicuti oſtendit l.32. titulo vigeſimoſexto. Parti. ſecunda. id hodie, & ad cæteras omnes ſubhaſtationes pertinere dicendum eſt.

21 22

SVMMARIVM.

23 *IN inſtrumento publico cauſa neceſſaria non eſt.*

24 *L. 4. titul. 11. libro quinto Recopilationis. explanatur.*

Quinta Ampliatio.

AMplia quinto inſtrumẽtum publicum exequendũ eſſe, tametſi in eo obligationis † cauſa adiecta nõ fuerit. Bald.in.l. ſicut. C.de repud.hæredi. Decius conſil.682.volumi.5. Segura in.l. ſi ex legati cauſa.verſic.ad tertium. ff. de verborũ obligationib. Suarez in.l.poſt rem.notabili 3.nume. 8. & in.§.pro euidentia.num.5. Gregor. Lopides in.l.fin.titul.13. Partita 3.verbo, *ſeñalada*. Auend. titulo *de las excepciones*. nume. 21. & licet non deſint qui reclament, in quibus Iaſ.in.l.tale pactum.nu.5. ff.de pactis. & Didac. Perez in.l. 3.titul.8.libr.3. ordina.gloſſa.1. & Olanus in concordia iuris, litera D. num. 8. Porrò hanc veriorem eſſe opinionẽ apparet ex ijs quæ fuſius tradidimus ſuperius cap.3. in fine. quæ hic minimè repetere licet, nam eandem cantare canti lenam veteri prohibemur dicterio. Neque quenquam deterreat lex 4.titul.11. libr.5. Recopilationis. qua cautum eſt in mercibus diſtrahendis ſigillatim exprimenda † eſſe genera mercium, ac pretium illarum: nam loquitur in ſpeciali caſu emptionis & venditionis merciũ: & ad cætera obligationum genera quæ plurima ſunt trahenda eſt minimè. Iamq; expreſsio mercium quam lex poſtulat cum cauſa obligationis de qua agimus nihil cõmune habet. 24

SVMMARIVM.

25 *ETiam ſi inſtrumenta verba in futurum concepta fuerint executionẽ merentur.*

26 *Circuitus ſemper eſt vitandus.*

27 *Qui promiſit obligaturum ſe per inſtrumentum iam tum obligatus eſt.*

Ampliatio ſexta.

AMplia ſexto vt inſtrumẽtum executioni mandandum ſit 25 non ſolum ſi ipſius verba † præ ſe præſentem ferant effectum, ſed etiam ſi in futurum concepta fuerint: veluti exẽpli gratia, promiſi publico in inſtrumẽto facturum me tibi intra certam diem obligationem pro centum. Sanè ſi lapſa ſit dies, potero ſtatim ſine alia obligatione ex inſtrumento illo conueniri. Huius ſententiæ fuit Ioan. Andr. apud Specul. titul. de obligat. & ſolut. in Rubrica. col.1. & ſequuntur Alexã. Socin. & Iaſon. in.l. cum fundus. §. ſeruũ. ff. ſi certum petat. Roman. ſingular. 183. Matthæus de Afflictis. deciſ. 61. in principio. Boerius deciſio. 183. num. 13. & denique amplectũtur eam alij quàm plurimi, quorum nomenclaturam refert Tiraquel. de retract. conuentio. §. fin. quæſt. 5. numer. 26. Horum illa eſt ratio † quia circuitus ſemper eſt vitãdus. l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens. ff. ſi cert. petat. l. dominus teſtamento. ff. de condictio. indebi. Clementina auditor de reſcrip. Huc pertinet quod Paul. de Caſtro reſpondit conſil. 52. libro. 2. eum qui promiſit obligaturum ſe per inſtrumentum ſi per eũ ſteterit quominus ſe obligaret, habendum pro obligato, poſſeque tanquàm inſtrumento obligatum conueniri. Itaque clara voce Paulus noſtram hanc ampliationem confirmat. Cõfirmat eam itidem quod à pleriſque probatum eſt † promiſsionem de liberando parere exceptionem aduerſus agentem non ſecus acſi iã liberatio facta fuiſſet. Bal. Salyce tus, & Corneus. in.l. ſi creditoris. C.de fideicom. Bartol. Angel. & Iaſ. in.l. ſi intra. ff. de pactis. eodẽ pertinet etiam quod cautum eſt apud nos. in.l.6. titulo. 6. libro. 5. Recopila. Meliorationem quam pater per titulum oneroſum filio facturum promiſit quãuis viuus non fecerit, eo tamen decedente pro facta habendam eſſe. 26 27

SVMMARIVM.

28 *INſtrumentum publicum etiam in foro Eccleſiaſtico paratam executionem habet.*

29 *Clauſula in forma Cameræ Apoſtolicæ paratam executionem habet.*

Ampliatio Septima.

AMpliãda eſt præterea lex illa Toletana, vt locum quoque habeat

28 habeat in foro Ecclesiastico† atq; inter ecclesiasticas personas secũ dum Bartoli sentẽtiam, qui id in similibus recepit statutis in l. cunctos populos. num. 29 C. de summa Trinit. illiusque opinionem sequuntur Lapus allegatione. 81. & Calca. consil. 7. atque ex nostratibus Suarez in. l. post rẽ ampliatione. 8. & Dominus Couarru. practic. quæstio. cap. 8. conclusione. 5. num. 5. Auilesius in capitul. correct. cap. 10. num. 56. & Benedictus quoque de Barzes. in tractat. guarentig. 1. part. quæstio. 4. & quanquàm cæteri non temere repugnent, vt est videre apud Felinum, & Decium. in cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ de constitu. & Villalobos in antinomia iuris in principio. num. 14. Verumtamẽ cum opinio hæc fori assuetudine probata sit, quod publico assensu testatum est, in diserimen adduci nõ oportet. Fori enim consuetudo seu stylus (quem vocant) vice legis habetur. l. cum de interpretatione. ff. de legibus. l. Labeo. ff. de statu. liberis. capit. quàm graui de crimine falsi, Petrus de Bellapertica. Cynus & reliqui in. l. 2. C. quæ sit longa cõsuetudo. Cassanæus in consuetudinibus Burgũdiæ. Rubrica. 1. numer. 8. Boerius consilio. 8. Additio. ad Abbatem in proœmio Gregoriano, additione prima. Hippolytus singul. 118. Quòd si quid dubij adhuc esset illi occursum est hodie tabellionum cautione qui obligationum instrumentis† adijcere solẽt clausulam in forma cameræ Apostolicæ, quæ executionem pararam præsefert, vt ex professo edisserit Anton. Massa Gallesius speciali de ea re edito commentario. 29

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum confectum a notario regio qui non sit de numero tabellionũ executionem non meretur.*
2 *Lex prima titul. 25. lib. 4. Recopil. explanatur.*
3 *Rescripta principum non intelliguntur leges abrogare nisi id expressim dicatur.*
4 *Tabelliones de numero qui dicantur.*
5 *Tabellionibus numerarijs deficientibus regij tabelliones eorũ possunt vices supplere.*
6 *Absentia à suo domicilio nõ præsumitur.*
7 *Quando vnus tantum est notarius in populo an de numero dicatur.*
7 *Vnitas non est numerus sed principium numeri.*
8 *Leges in plurali loquentes, & in vno locũ sortiuntur.*
9 *Imperiales aut Apostolici notarij intersecularespersonas conficere instrumenta nõ possunt.*
10 *Creandorum tabellionum potestas ad supremam regis maiestatem spectat.*
11 *Quem esse notarium quemadmodum probetur.*
12 *Sufficit probare tabellionẽ publicè eo munere fungi.*
13 *Lex. 115. tit. 18. part. 3. explanatur.*

Primæ partis. §. Duodecimus. De limitationibus seu exceptionibus in quibus instrumentum publicum paratam non habet executionem.

PRIMA LIMITATIO.

HActenus de ampliationibus, nũc de limitatiõibus pauca dicamus. Ac primo limitabo hanc Toletanam 1 legem†, vt locum non habeat in instrumento confecto à notario Regio qui non sit de numero tabellionum illius loci, vbi confectum est instrumentum. Etenim tabellionibus numerarijs tãtum, non alijs extra curiam Regiam, & aliquos speciales casus concessum est nostrati iure† contractus, 2 & testamenta conficere, vt est sancitum in. l. prima. titul. 25. libr. 4. Recopilationis. & in. l. 10. titu. 17. lib. 9. eiusdem volumi. Quod propter reprimendam Regiorum tabellionum multitudinem lex Regia sanxit. Ergo instrumenta quæ ab alijs notarijs, quàm numerarijs confecta fuerint exequenda non erunt, iuxta Baldi sentẽtiam in. l. ex eo tempore. ff. de testamẽ. militis. Marcus Anto. in principio. Inst. de milit. testam. nume. 3. & 9. Rebuffus ad constitu. Gallicas, titul. de literis oblig. articu. 2. glossa prima. numer. 51. Atque ex nostratibus annotat Suarez in. l. post rem. §. pro euidentia. nu. 24. & Gregor. Lopides in. l. secunda. titulo. 19. Parti. 3. verbo, *vezinos*. Solet sanè in diplomatis titulorum, qui regalibus istis notarijs

dantur comprehendi, vt possint ij quoscunque contractus quæcunque instrumenta conficere: atqui ea verba non ita accipienda sunt, vt leges Regias vllo pacto abrogare† videantur, cũ prin- 3
cipum rescripta nunquam leges abrogent nisi id in illis expressim caueatur iuxta textum, & illic tradita in. l. fin. C. de precibus imperat. offer. De numero autem putat Auendanus in capi. correcto. 1. part. capit. 10. non dici nisi eos qui ab vniuersitatis ordine† fue- 4
rint nominati: placet itaque illi de numero non dici, nisi modo ab vniuersitatis ordine inter numerarios relati fuerint: nullum tamen ad eam rem efficax aliquod affert argumentum, nisi quod dicat ita Regiam illam legem sentire. Sed rogo te si placet, vt breuiter dispiciamus an hæc Auendani vera sit opinio. Ego vero imprimis animaduerto illius Regiæ legis verba nihil Auendano opitulari, & si qua in vetustis erant exemplaribus quæ illi suffragarẽtur: certè hodie in hac noua Recopilatione desiderantur, proinde totum suæ opinionis corruit fundamentum. Deinde existimo de numero non minus dici eos, qui à Rege vel magnatibus inter numerarios delecti fuerint quàm ij qui à populo, neque in ea re diuersitatis causam probabilem aliquam offendo. Satis est ergo, vt quis in albo, seu matricula numerario-

rariorum relatus sit ab eo qui eligẽdi potestatem habeat: vt de numero dicatur. l. matriculam. C. de agentibus in rebus lib. 12. & l. petitione. C. de aduocatis diuers. iudi. l. nulli. C. de nume. & actuarijs lib. 12. l. scriniarios. C. de testamento militis, & quæ illic à doctoribus traduntur: proinde non inuitus ab Auendani opinione discedo. Admonendi tamen sumus Regiam illam legem locum
5 haud quaquàm habere † quando contingeret tabelliones illos numerarios ab oppido abesse vel interpellati suum noluerint officiũ impertiri: nam tum cæteri super numerarij seu regij tabelliones in strumenta conficere non prohibentur. Pala. Rub. in l. 3. Taur. numero. 40. Auendanus in dicto capitul. 10. Gregor. Lopez. in l. 11. titul. 13. Part. 6. verbo *de concejo*, quę Ioannis de Platea fuit opinio. in l. fina. §. hoc autem obseruãdum. C. de re militari. lib. 12. & Angeli in l. si vacantia. C. de bonis vacantibus lib. 10. & probatur non obscure in Authenti. de tabellionibus. §. 1. in fine. Absentiam vero non præsumemus, quia semper quis præsumitur præsens esse in
6 suo † municipio nisi probetur absens, secundum Barto. in l. is potest. ff. de adquiren. hæred. num. 16. & Balbus de præscript. 4. part. principali. §. 3. Alexan. consil. 220. vol. 6. num. 4. Quid vero si in municipio vnus tantum sit vniuersitatis notarius, an is de numero dicatur? Mouet quæstionem quòd vnitas nõ sit numerus sed potius
† principium numeri, secundum 7
glossam in l. si quis ante. ff. de acquiren. possess. Auget dubitationem quòd lex Regia de numero multitudinis loquitur: at lex de pluribus loquens in vno locũ nõ habere videtur. Sed commodius est vt dicamus hic legem Regiam locum habere, siquidem leges in plurali numero loquentes, & in
vnoquoque sortiuntur locum si 8
vtrobiq; par ratio † versetur. glos. in l. ait prætor. §. negotia. ff. de negotijs gestis. Bald. in l. 1. C. de conditio. insertis. Tiraq. de retract. linag. §. 1. glos. 21. num. 8. Verùm hic eãdem vtroque casu ratione versari constat: cum vt diximus propter coercendam extraordinariorum tabellionum turbã lex lata fuerit ipsius vt exordiũ ostendit. Quando igitur regales notarij conficere instrumenta nõ possunt nisi ijdem numerarij fuerint palàm est multo minus id Imperialibus aut Apostolicis † licere. 9
vt expressim cautum est in. l. 19. titul. 25. lib. 4. Recopilationis. quæ iuri communi cõuenire apparet, ex ijs quæ notat Palatius Rub. in Repet. rub. de dona. inter. in principio. & Boerius decis. 242. Afflictus decisione. 245. & in constitutione Neapolitana. libr. primo. Rubrica. 73. numero. 35. & Gregor. Lopez. in l. 45. tit. 6. Partit. 1.

Sed

Sed & numerarios tabelliones, ita demum conficere instrumenta posse intelligendum est si prius à Regia suprema curia pbati fuerint. iuxta. l. 2. titul. 25. libr. 4. Recopilatio. id quod simul iustissimè simul consultissimè statutum fuit: partim, vt illorum stultitiæ obuiam iretur, quæ frequens solet esse, vt inquit. l. 4. titul. 19. Parti. 3. partim vt Regiæ potestatis ratio haberetur, quoniam ea creandorum tabellionum potestas ad
10 supremam Regis maiestatem potissimum † spectat, secundum Innocen. & reliquos in cap. cum P. tabellio. de fide instrumẽt. & Iaf. in l. Barbarius. ff. de offic. prætoris. nume. 48. l. actuarios. C. de numerarijs. libro 12. l. 3. titul. 13. Part. 3. Et sunt hæc foro quotidiana satis: sed illam non minus assiduã quæstionem attingamus. Reus in quem facta est executio inter opponendum, seu in oppositione allegat instrumentum esse falsum, aut obijcit à vero tabellione confectum non esse. Quæro an debeat actor tabellionis comproba
11 re autoritatem? Et par est inter scriptores omnes † sententia, debere actorem probare eum à quo instrumentum editum fuit, verum esse tabellionem. Innocent. Abb. & reliqui in capit. primo. de fide instrumentorum. Bartolus, Baldus, Iason & reliqui in l. Barbarius. ff. de officio prætoris. Gregor. Lopez in l. 116. titulo. 18. Partita tertia. glossa prima. Cæterùm, vt in hoc scriptores conueniunt omnes, ita in illo dissentiũt maximè istiusmodi quemadmodum fieri probatio debeat. Alijs nanque placet necesse esse docere tabellionem legitimum habere officij sui titulum, neque satis esse probare eum tanquàm publicum tabellionem illo munere fungi: huius sententiæ fuere Speculator titul. de instrumentorum editione. §. restat. numero 32. & ibidem Ioan. Andr. versic. *Illud autem*. Azo in Authen. de fide instrumentorum. & hanc opinionem alios quàm plures referens testatur communem Alexan. cõsilio 138. volumi. primo. & Iason in dicta. l. Barbarius. numero 48. Horum illud est fundamentum, quoniam alioqui fieret, vt communis error populi faceret tabellionem eum qui tabellio non sit, quod iuri aduersum esse videtur. l. priuatorum. C. de iurisdictione omnium iudicum. Alij vero ex diuerso satis esse aiunt, si pbetur tabellionem publicè eo † munere 12
fungi, quoniam ex eo præsumendum sit eum legitimum habere titulum: in hac sententia fuit Innoc. in cap. 1. de fide instrum. nume. secundo. & ibidem Abb. numero. 3. Bartolus quoque in dicta l. Barbarius. num. 6. in lectura. & ibidem Fulgosius colum. penult. Angelus etiam in l. secũda. ff. ad Macedonia. & Ioan. Faber in. §.

sed cum aliquis. Inst. de testamẽt. Et hæc vtique opinio sequenda nobis est, quoniam ea nostrati iure recepta est expressim in. l. 115. titul. 18. Parti. 3. Quæ in tanta quã
13 ta modo † audistis autorum contentione, & dissensione plurimi est facienda sanè. Est tamẽ & ipsa accipienda nisi modo parui momenti causa fuerit aut nisi notarij fides & autoritas foro nota testataque sit, nam his duobus in casibus sine vlla prorsus muneris cõprobatione fides habenda est instrumento, secũdum Baldum in Authen. sed nouo iure. C. si certum petatur. & Albericum in. l. cum precibus. C. de probationibus. Suarez in dicta. l. post rem. §. sed pro euidentia. nu. 34. Grego. Lopez in dicta. l. 115. verb. *auerigua re*. Postremo illud dicere non grauabor quanuis instrumentum à Regio notario factũ irritum sit, contractum tamen irritum non esse aut testamentum, si legitimis testibus factũ esse probetur, quando scilicet scriptura nõ est de substantia contractus. Bertach. de gabellis 8. par. membro 3. nume. 32. Burgus in. l. 3. Taur. 2. par. nume. 1041. Sed neque ad eam rem testibus egemus, cũ id expressim lex ipsa Regia declaret.

SVMMARIVM.

14 *Exemplum instrumenti publici executionem non meretur.*

15 *Instrumentorum tria sunt genera.*

Originalis scriptura quæ dicatur. ibidem.

16 *Protocolum ab scheda quid distet.*

17 *Protocolum paratam executionem non habet.*

18 *Etiam si plures tabelliones exemplo subscribant adhuc fidem non facit nisi iudicis accesserit autoritas.*

19 *Ad describendum exemplum instrumenti, citandi sunt ij cuia interest.*

20 *Exemplum descriptum ab successore notarij fidem quando faciat.*

21 *Exemplar descriptum ab ipsomet notario qui protocolum confecit executionem meretur.*

22 *Instrumentum ex signo notarij ceu nummus ex publica forma vim capit.*

23 *Scriptura quam notarius in forma priuata confecit paratam executionem non habet.*

Limitatio Secunda.

LImitanda est deinde Tolerana hæc lex, vt locum non habeat in exemplo instrumenti publici. Instrumentorũ † enim exẽ- 14
pla fidem non faciunt, ac proinde executionem non merentur. l. secunda. ff. de fide instrumentorum l. fin. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. Authen. de triente & semisse. §. & quod sæpè. collat. prima. text. in cap. primo. & illic Panormit. & reliqui de fide instrumentorum. traduntgloss a Bartol. Baldus, Paulus, Iason, & Purpuratus & reliqui in Authenti. si quis in aliquo documento. C. de edendo. Decius consilio 36 volumi. primo. & consil. 539. volu. 4. Porrò, vt hoc axioma vndiquaque percipi valeat, tria nobis instrumentorum genera con-

sideranda sunt. Primum gẽ
15 nus † est scriptura originalis siue matrix, quam notarius partium rogatu primitus cõfecit: hæc protocolum autographum architypum, siue mundum in iure appellatur, vt in Authent. de tabellio. §. fina. & l. contractus. C. de fide instrumentorum. glossa in. l. secunda. ff. de fide instrumentorũ. vulgò apud Italos dicitur rogatio, aut imbreuiatura, apud nos nota, aut regiſtrum, vt in. l. 54. & 55. titul. 18. Parti. tertia. & l. prima. titul. 19. Parti. terria. & l. 13. tit. 25. libr. quarto Recopilationis. Differt autem protocolum ab scheda, quoniã cum in illo omnia ad
16 verbum † scribantur: in hoc compendium tantum rei gestæ comprehenditur. textus in dicta. l. cõtractus. C. de fide instrumentorum. Alterum instrumenti genus est exemplar, quod notarius ex protocolo à se confecto describit suoque signo subscriptum partibus edit, id authenticum syngrapha Græcè: documentum monumentum Latinè appellamus. l. secunda. ff. de fide instrumẽtorum. l. fin. ff. quemadmod. testamenta aperiantur. l. census. ff. de probationibus. l. monumentum. ff. de relig. & sumpt. funer. vulgò apud nos appellatur instrumentum publicum, apud Thuscos instrumẽtum guarentigiũ. Tertium instrumenti genus est scriptura sumpta ex alio instrumẽto, nõ ab ipso notario, qui primitus protocolũ cõfecit, Latinè exẽplũ dicitur, apud nos *traslado*, & huic exempli magis quàm exemplaris appellatio congruit: exempli enim appellatio latius patet, exemplaris vero potissimum pertinet ad scripturas confectas ab ipsomet notario qui protocolum, seu originale cõfecit, secundum Specul. titul. de instrument. editione. §. tertio. in principio. Bartol. & Paulus in. l. Sempronius Proculo. ff. de legatis secundo. l. plures. ff. de fide instrumentorum. quanquã id perpetuum non est: sed quandoque promiscuè his vtimur, vt in capi. primo. de fide instrumentorum. atque apparet ex Valla eleganti. libr. 6. capit. 33. Videamus ergo in exequendo quam vim autoritatemque superiora habeant instrumenta. Et in summa instrumentum tantum authenticũ, seu publicum, quod, vt diximus descriptum, & subsignatum est ab eodem notario, qui protocolum confecit regulariter paratam executionem habet. Etenim protocolum paratam executionẽ non habere autor est Antonius de Canario in tract. de executione † in- 17
strumenti, quæstione 38. motus ex sententia Ioannis Andreæ apud Speculatorem titul. de instrumẽ. editione. §. videndum restat. additione 3. vbi scribit protocolum fidem non facere. At hæc Canarij ratio non satis conuincere vide-

tur siquidem protocolum fidem facere plerisque placere video, in quibus Baldus in Rubrica. C. de fide instrumen.col.6.Barto.& Paul. in.l. Sempronius Proculo. ff.de legat.2.Abb. in cap. cum P. de fide instrumen.Decius consil. 447.volu.4. nu. 8. Nihilominus tamen Canarij opinionem ample ctendam puto protocolumq; exequēdum nō esse probo.Quid ita? Quia licet protocoli fidem & autoritatem maximam esse inficiari non possumus: quippe cum cætera exemplaria ex eo fidem capiant.cap.vt veterum. distinct.9. & illic glossa textus in capit. cum inter.de re iudic.Verum enim vero protocoli isthæc autoritas in foro & in iudicijs vim suam non habet cum illius vsus ad id destinatus non fuerit, sed in hoc potius, vt tanquam formula quædā,& solēne quoddam charagma apud notarium asseruetur, vt inde authentica exemplaria perpetuam habitura fidem trāscribi valeant,sicuti ostendit ca. quoniam contra.de probationib.& l. octaua, & nona.titul.19.Parti. tertia. & l.12.& 13.& 16.titul.25.lib.quarto Recopilationis.Cum ergo protocolum vsum suum in iudicijs non habeat abutitur proculdubio illo, qui eo in iudicio vtitur: proinde paratam executionē nō habere magis dicendum est, id quod etiam probat Gallesius ad formulam camer.3. parte, quæstione prima. Exemplum vero, quod descriptum est ab alio notario, quàm qui protocolum fecit executionem† non mereri,li- 18
quido constat cum, vt diximus fidem non faciat: adeo quidem, vt etiam si tres, aut quatuor tabelliones: quid tres, aut quatuor? etiam si centum exemplum describant suaque autoritate confirment, nihilo magis fidem faciat,vt nostri concorditer tradūt, in quibus Specul.titul. de instrumentorū editione.§. ostenso.numer.nono.Bartolus,Baldus, Paulus de Castro, Alexand.Iaſ. & reliqui in Authenti. si quis in aliquo documento. C. de edendo. Boerius decisione 36. & 37. citat plures Turzanus involu.cōmun. opin.opinio.149. Hoc tamen ita nisi exemplum descriptum sit iudicis autoritate: nam tum plenam fidem faceret, exequēdumque esset capit. cum P. tabellio, & capit.fina de fide instrumentorum. capit. cum dilecta. de confirma. vtili vel inutili. l. gesta. C. de re iudica.Bartolus, Baldus, & Alexand. Paulus, Iaſ. & reliqui in Authenti. si quis in aliquo documento.C.de edendo. Gregor. Lopez in.l.114.titul.decimooctauo.Parti. tertia. glossa finali. Qui tamen omnes tradunt ad huiusmodi exemplum trāscribendum citandos esse illos† cuia interest. 19
tradit id etiam Abb. & reliqui in cap.primo. de fide instrumentorum.

torum. & in capit. Abbate sanè. numer.14. de verborum signific. Estque ea communis scriptorum sententia.Sed neque hoc pertinebit ad exemplum, quod descriptum fuerit ab illo notario qui in
20 alterius officium successerit†:potest nanq; iste successor si à competenti iudice fuerint illi decessoris protocola commissa,etiam iniussu iudicis exemplaria decessoris describere perpetuam habitura firmitatem.textus in c.cum P. tabellio.de fide instrum.neq; alia specialis iudicis autoritas est necessaria ne citatio quidem partis, sicut illic tradunt Decius & reliqui.Baldus Paulus & Iason in dicta Authen. si quis in aliquo documento, & Villalobos in ærario commun.opinio.verbo, *ingrossatio instrumenti*,probaturq; id apud nos in.l.24.titul.25.lib.4.Recopi. secus vero si absque iudicis autoritate protocola habuerit,nā tum validum non esset exemplum desumptum ab hærede notarij, etiā si hæres esset publicꝰ tabellio. Alexan.& Iaſ.in.l. si quis ex argentarijs.§.cogentur. ff. de edendo. & testatur illic communem opinionem Oroscius,idem facit Domi. Padilla in l.tertia.C.de diuersis rescript. nume. 10. Præterea neque quod de exemplo dictum est pertinebit ad exemplar, quod descri
21 ptum† fuerit ab ipsomet notario qui protocolū confecit hoc enim vt diximus authenticum est instrumentum,quippe quod originalis protocoli vice fungatur,plenamque faciat fidem, sicuti consentientibus reliquis tradunt Bartol. & Baldus in dicta Authen. si quis in aliquo documento. Panor.& reliqui in cap.1. de fide instrum.Couar.practic. quæst. cap. 20. & 21. Paratam ergo istiusmodi exemplaria executionem habere nemini dubium est.Oportet tamen exēplaria ipsa solenni ipsius tabellionis signo† subscripta sint 22
alioqui fidem non facerent, neq; simplex subscriptio sufficeret.Instrumentum enim ex signo notarij, ceu nummus ex publica forma, seu Regio charagmate vim autoritatemque capit.l.fin. C. de assess.§. item lex Cornelia. Instit. de publicis iudicijs.c.eijciens. 88. distinct,gloss.in authen.de instrumentorum cautela, & fide, verbo, *adijciatur*.Bartol.in.l.si quis.§. si initium.nume. 32. in repetitione.ff.de edendo.vbi testatur omnes scriptores nemine dempto, ita sentire,idem placet Abbati in capit.primo.de fide instrumentorum. & Boerio decisione 57. nume.7.& Couarru.practi.quæstio. capit.20.nume. quinto. Et quanquàm non desint qui reclament, quos qui sint refert Burgus de Pace in.l.tertia Tauri. numer. 1242. & Domi. Padilla in. l. si qua. numer. 14. C. de diuersis rescriptis. & Emanuel Suarez in volumine commun. opinio. verbo, instru-

mentum. Porrò apud nos id indubitatum est, cum Regio iure id ita sit definitum in.l.54.titul.18. Parti.3. qua expressim cauetur instrumentum sine tabellionis signaculo fidem non facere, & moribus id prævaluisse nemini dubiũ est, secundũ hæc igitur palàm est scripturam seu apocham, quam non
23 in forma† publica, sed priuata notarius scripserit alicuius rogatu, paratam executionem non habere: nam & alias longè interest, an quod quis tanquam publica persona an tanquam priuata faciat. l. nam quod. ff. ad Trebel.

SVMMARIVM.

24 *INstrumentum faciens mentionem de alio non potest executioni mandari nisi illud alterum exhibeatur.*

25 *Instrumentum fideiussionis mãdatur executioni, etsi instrumentum principale, de quo mentionem facit non exhibeatur.*

26 *Obligationis instrumentum ex causa venditionis mandatur executioni, etsi venditionis instrumentum non exhibeatur.*

Limitatio Tertia.

AD hæc Toletanæ illi legi locus non erit, quando instrumentum, quod exequendum petitur mentionem faciat alterius
24 instrumenti, nam non aliter† locum habebit executio, quàm si prius instrumentum illud cuius in hoc altero mẽtio fit, in ius proferatur, aut alia secundum leges quantitatis debitæ probatio exhibeatur. Definitur hoc ad verbum in Authenti. si quis in aliquo documento. C. de edendo. cui conuenit. l. tertia. & l. fina. C. de sententijs, quæ sine certa quantitate proferuntur. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudica. & illic Iason nume. 19. & Decius consilio 503. volumi. 4. nume. 4. & alij quos refert Sebastianus Vancius in tract. nullita. titul. de defectu processus. nume. 105. Hoc tamen accipias velim nisi in hoc instrumento, quod exequendum postulatur plenè rei gestæ memoria comprehensa sit, nam tum cum mentio alterius instrumenti non tam cõditionaliter, quàm causatiuè fiat, præsentis instrumenti fidem nullo pacto labefactat, aut irritat. textus elegans in cap. Abbate. de verborum significat. textus etiam in l. si donatio. C. de donatio. l. cum qui. §. Iulianus. ff. de consti. pecu. & illic tradunt interpretes: huius etiam sententiæ fuit Alexand. in dicta Authenti. si quis in aliquo documento. numero. 12. & Iason in. l. admonendi. nume. 29 in prælectione. ff. de iureiurand. & Boerius decisione 247. sentitque Suarez in. l. post rem. quæstione prima. num. quinto. & testatur communem Anto. Gallesi. ad formul. camer. part. 6. quæst. 5.

Quæ res facit, vt dicamus verum esse quod scriptum reliquere Ang. Paul. de Castro, & Imola in. l. sciendum. ff. de verb. obliga. exe-

exequendum esse instrumentum
25 fideiussionis†, in quo fideiussor pro certa quãtitate obligatur quãuis in eo fiat mentio principalis instrumenti, neque tamen illud exhibeatur. Et idem placet Iasoni eodem loci, & in dicta Authen. si quis in aliquo documento, vtrobique. nu. 9. idem scripsere quoq; Palac. Ruui. nume. 4. & Castellus glossa. 1. in. l. 3. Tauri. memine tamen autorum ad eam rem citato.

Alterum exhibitũ.

In eadem quoque causa erit si executio petatur alicuius instrumenti, in quo obligatus sit quis soluere cẽtum quæ emptionis no
26 mine† debere se dicat, sicuti apparet ex ipso instrumento venditionis: nam etsi ipsum venditionis non exhibeatur instrumentũ, nihilominus dicendum est exequendum esse hoc obligationis instrumentum, quod pro pretio venditionis factum est, sicuti placuit Afflict. decis. 173. & Angelo de Aretio. in. §. 1. Inst. de legitima parentum tutela. nu. 5.

SVMMARIVM.

27 *INstrumentum guarentigium non mãdatur executioni nisi liquidũ fuerit.*

28 *Instrumentum non liquidum oportet, vt ante omnia liquidetur, vt executioni demandari valeat.*

29 *Iudice exequente instrumentum non liquidum non tam nullitatis, quàm grauaminis laborabit executio.*

30 *Ad faciendam instrumenti liquidationẽ necesse est prius citetur debitor.*

31 *Non dicitur instrumentum incertum in quo quis obligatur soluere redditus: prout*

sui maiores soluerunt.

32 *Ab interlocutione quam index pronuntiat super liquidatione, appellatio effectũ suspensiuum non habet.*

33 *Si liquidatio instrumenti seu sententiæ facta fuerit per arbitros autore iudice, locũ non habet appellatio quãtum ad effectum suspensiuum.*

34 *Instrumentum tutelæ, aut curæ paratã habet executionem aduersus tutorem, quantum attinet ad liquidationem faciendam.*

35 *Instrumentum societatis, an mandari executioni valeat anterationes redditas.*

36 *Cautio vt instrumentum non liquidũ mandari possit executioni.*

37 *Valet pactum, vt super eo quod interest stetur iuramento partis.*

38 *Instrumentum in quo factum promissum est executioni demandari potest pro facti vera æstimatione.*

Limitatio Quarta.

LImitanda est præterea Toletana hæc lex, vt instrumentum publicum paratã non habeat executionẽ quando non fuerit liquidum, id est†, quando incertã con 27
tineat quantitatẽ, puta interesse, damna, aut impensas, nam tum exequendum non aliter erit quã si prius summatim in liquidũ deducatur illiusque liquidatio fiat. Huius sententiæ fuit Bartol. in. l. 1. ff. iudica. solui. & in. l. proinde notandum. ff. ad leg. Aquil. Bald. in. l. secũda. C. de executione rei iudic. & in. l. cum testamento. C. de manumissis testament. & consil. 393. volumi. secundo. Alexan. consilio. 188. volumi. secundo. nu. secundo. Ias. in. l. 1. C. de edendo. nume. 32. Socinus consil. 89. lib. 3.

& consil.51.libro.1. Cumanus, & idem Alexan.in.l.prima.ff.de legat.2.Rebuffus in constitu.Gallicas,titul.de literis.oblig.articu.1. glos.9. Boerius decis.52.num.8. Suarez in.l.post rem.limit.4.Capicius decis.17. Crauete consilio 231. Domi.Couar.qui sedulò rem explicat libr.2.Variarum capi.11. & testatur communem Zazius, & Oroscius in.l.prima.ff.de edendo. Hanc ita multis citatis testibus volui confirmare sententiam quia non desunt qui repugnent existimantes instrumentum non liquidũ mandari executioni non dum facta liquidatione posse:statimque ad illius executionem bona capi debitoris deberi illiusque in carcerem personã detrudi quoniam satis esse aiunt si postea in progressu executionis illius liquidatio fiat. In hac opinione fuit Paulus de Castro in.l.prima.ff.de edendo.num.9.& ad hanc etiam sententiã autumant plurimi pertinere Bartoli scripta in. l. prima. ff.de edendo. & in.l.prima. ff. de legat.2. vbi Dominus Padilla earum opinionũ factiones memorat,estque adeò à plurimis ea sententia probata,vt scribat Ias.in dicta.l.prima.ff.de edẽdo.eam magis communem esse, idem facit Viuius in volu.commun.opinio. libro.1.opinione 305. & Emanuel Suarez eodem volumine, verbo, *instrumentum*. Verum enim vero priorem opinionẽ magis sequendam arbitror,tum quia vero magis † accedit, cum prorsus à iure abhorreat, vt fiat executio pro ea summa quæ quanta sit iudici nõ constat.l.certum. ff. de confessis. l.proinde. §. notandum. ff. ad legem Aquiliam. Authenti. si quis in aliquo documento, C.de eden do.Tum quia hodie apud autores crebrior est hæc sententia, atque ita eam.hodie magis communem esse autor est Menochius diligentissimus sanè autor de adipiscenda possessione. remedio. 5. quæst.9.num.59. & eam vsu præualuisse testatur Rupellanus fore sium instit.libro.1.capit. 4. atque ita ex nostratibus amplectitur eã Suarez,& Couarruuias locis modo citatis. Apparet igitur instrumentum non liquidum habere executionem in habitu, seu potentia non vero in actu, vt Philosophorum more loquar, atque item iurisprudentum in cap. pastoralis.§.quoniam. de rescriptis, qui textus ad nostram quæstionem egregie facit. Quocirca si iudex non facta liquidatione illud exequatur non tam † nullitatis, 29
quàm grauaminis vitio laborabit executio quo fit, vt si reus à decreto, seu mandato executionis appellauerit reuocanda sit à superiore executio: sin vero non appellauerit, & actor inter peragendam executionem liquidationẽ fecerit rectè sententia additionis seu *de remate*, pteratur, sicuti scribit Couarru.in dicto lib.2.Varia. cap.11.num.1.In hac vero liquidatione facienda citãdus erit aduersarius, illiusque probationes † & exceptiones ad liquidationẽ attinentes admittendæ erunt: sicuti sentit Bal.in.l.2. C.de execut.rei iud.& in.l.decem. ff. de verborũ obligat.& Suarez limitatione.4. ad legem Toleti. & Couarru. dicto cap.11.nec nõ Menochius de adipiscenda possess. remedio. 5. quæst.10.illud tamen interim meminisse oportebit incertam non dici sententiam aut instrumentũ in quo obligatus est quis præstare annua centum prout † hactenus sui maiores soluerunt,etsi nõ probetur quemadmodum à maioribus suis solutum fuerit.Bartol.in l.eum qui.§.Iulianus. ff.de cõstituta pecunia.Anton. Gomez. in l.1.Tauri ad finem. testatur communem opinionem Curtius Iunior.consil.79.num.3. Sed illud videamus oportet an ab interlocutione quam iudex facit super huiusmodi loquidatione locum habeat appellatio, quantum † ad effectum scilicet suspensiuum.Et locum illam habere putat Gallesius de obligatione in forma camera titulo de liquidatione. nu. 18. & sequitur Menochius loco modo citato.Mihi tamen contrarium magis sedet cum explorati iuris sit ab executore appellandi ius non esse,nisi modo modus excedatur.l.ab executore.ff. de appell.l.ab executione. C. quorum appella.non recip.& dicemus latius.5.par. §.2. huc quoque pertinet quod scriptum est à Baldo in l.2.C.de execu.rei iud.tametsi instrumenta conditionalia,& incerta dum liquidantur statuti beneficio non gaudeant. Atqui posteaquàm interlocutum fuerit ea liquidata esse, tum inquit statutũ vires suas incipit habere. Deniq; si appellationi locus daretur,iam instrumentum paratam non haberet executionem:quod scripto rum omniũ sententijs quos principio retulimus aduersum esse liquet. Omnes enim cõcedunt instrumenti non liquidi facta liquidatione executionem locum habere. Verumtamen ne appellandi color aliquis quæratur consulto fecerit iudex si non sententiam super liquidatione protulerit,sed statim executorium mandatum, pro quantitate liquidata decreuerit,id quod etiam admonet Lanfrancus in cap. quoniam contra. de probat. tit. de interlocutoria. num.97.& Angel.in.l.ab executione.C.quorum appell. non recip.& Soci.Regul.24.fallentia.2. & Suarez dicta limitatio.4.ad legem Tolet.& Couarru.dict.cap. 11.versi.1. Quid vero si liquidatio facta fuerit † per arbitros autore 33
iudice à partibus delectos: an & tum locum habeat appellatio, & locum appellationi fore scribit Afflictus.decis.188.num.4. Mihi

vero & hoc casu locum non habere appellationē putauerim ex causis quas modo allegauimus, neque me quicquam mouet. l. arbitro. ff. qui satisda. cogā. & quod illius argumento illic tradunt doctores: præsertim Iason nume. 9. appellandi ius esse à sententia arbitri iudicis autoritate delecti, qđ Afflicti fundamentum fuit, nam lex *arbitro*, & doctores loquūtur in via ordinaria: nos autem agimus de via executiua, in qua locum non esse dandum appellationi manifesta sunt iura: superioribus autem, & illud consequens est dicere instrumentum tutelæ, vel curæ, in quibus ex more cauere solet, vt finita tutela, aut cura
34 rationes reddantur † paratam habere executionem finito, scilicet, officio: vti enim ex superioribus liquet instrumentum non liquidum mandari potest executioni illius liquidatione facta. Igitur & in hoc casu dicendū est istiusmodi instrumentum tutelæ, aut curationis paratam executionē habere in hoc, vt cogatur tutor, aut curator rationes reddere, ad eāq; rem continuo arbitrum seu rationalem nominare. Quod si detrectet vel carcere vel pignoribus captis facere cogatur: habemusque pro hac sententia. ff. egregiū Alexandri responsum consil. 192. volumi. 7. qui in simili statuto tantumdem respondit: id autem ne vnquam obliuiscaris velim, nam

mentini nonnullos aduocatos ea in re deceptos esse, intendētes ordinaria via id quod executiua, & summaria consequi facilè poterant, non sine minorum mediocri dispēdio, ac iactura. Quare in integrum restitutionem aduersus hoc incommodum, atque dispendium postulare posse minores certissimū est. l. minor 25. annis. nu. 41. ff. de minor. & illic Bald. & reliqui. Paulus in. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. & ibidem Iason nume. 1. Atque ita non semel ex facto consultus autor fui minoribus, vt in integrum restitutionē postularent, nec sine fructu quidem, nam secundum nos pronūtiatum fuit. Hæc vero mihi scribenti venit in mentem † Socini 35
opinio consi. 265. volumi. 2. dicentis posse instrumentum societatis societate finita mandari executioni pro sorte principali, quā vnus ex socijs in societatem contulerit anteaquam damnorum, & lucrorum ratio posita sit. Ex superioribus enim sanè quàm dubia mihi illius videtur opinio, atque illum dum causæ inseruit deceptū esse puto. Agedum cum istiusmodi instrumentum liquidum non sit, & societatis ea sit natura, vt damna, & lucra, secundum legem in coeunda societate dictam communicentur, vt in. l. prima. C. pro socio. & l. Mutius. cum alijs multis illius tituli. ff. quamobrem exequendum erit instrumentum, ita incer-

incertum ni prius positis rationibus sit reliquorum legitima facta liquidatio? Proinde à Socini opinione non inuitus discedo, sequātur quanuis illum Gregor. Lopez in. l. 10. tit. 10. par. 5. in glossa magna in fine. & Baecius de dote. ca. 36. num. 20. quibus præter superiora expressim refragantur quæ affert Alexan. consil. 192. vol. 7. & Anto. Negusantius de pig. 5. par. membro. 1. nu. 36. Socini itaque opinionem tantummodo locum habere putauerim cum à principio in contrahenda societate expressim id cautum fuerit vt finita societate pro data pecunia executio petivaleat: sicuti etiam sentire videtur Palac. Rub. in repetitio. cap. per vestras. §. 11. numer. 12. & Auenda. in capit. correct. 2. parte cap. 29. num. 4. & 5. Sed illud operæpretiū est videamus an sit cau-
36 tio aliqua per quam † fieri valeat vt instrumentum non liquidum mandetur executioni, liquidatione, scilicet, nō facta? & vnam aut summam alteram apud scribētes comperio cautelam. Est autem prior si in instrumento ipso comprehensa fuerit nominatim summa certa quę pro interesse aut impensis pendatur: nam conuentio talis rata erit executionique mandabitur. Hāc cautionem expressim tradit Bartol. in. l. creditores. num. 16. C. de pigno. cui reliqui omnes illic assentiūtur: quinimo cautio hæc, & ab ipso Iurisconsulto apertis verbis exposita fuit in l. final. ff. de prætorijs stipula. ita enim, inquit. *In eiusmodi stipulationibus quæ quanti ea res est promissionem habeat commodius est certā summam comprehendere: quia plerumque difficilis probatio est, quanti cuiusque interfit, & ad exiguā summam deducitur.* Eam tamen conuentionem ita ratam esse intelligendum est, modo eius quod interest modū non prætergrediens, pœnam magis sapiat quàm interesse. iuxta ea quæ notantur. in. l. 1. C. de sententijs quæ pro eo quod interest proferuntur, & in cap. tuā. de pœnis. Erit altera cautio si conueniat, vt de eo quod interest stetur dicto aut iuramento ipsius † creditoris 37
nam itidem valida erit conuētio talis, exequendaq; erit: quāquàm si reus inter opponendum ostenderit inique creditorē declarasse, arbitrio boni viri, ideſt, iudicis res moderanda erit. Huius sententiæ fuit Bartol. in. l. final. num. 3. ff. de præt. stipul. & illic Bald. Angelus & Imola. idem placet Angelo de Aretio. in. §. actionum. nume. 21. Inst. de actio. & Alexan. consilio. 130. vol. 1. & Abbati. in cap. finem litibus. num. 37. de dolo. & cōtu. Auenda. in cap. correct. 2. par. ca. 29. num. 4. necnō Decio qui plures refert consil. 39. vol. 1. num. 5. & testator communem opinionem Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum, verbo interesse. Quare conuētio illa

vt

vt reus moram faciens teneatur soluere impensarum nomine singulis diebus procuratori qui exactioni vacauerit certam pecunię summam, puta senos argenteos, valida est exequendaque erit, nisi modo constet eam eius quod interest modum exuberare. Postremo illud notandum erit † quod 38
Rodericus Suarez in dicta.l. post rem.limita.4. scribit cum factum est in obligatione cõmissa mora, pro eo quod interest executionẽ locum non habere: id enim (pace doctissimi viri dicere liceat) à vero alienum est. sicuti apparet ex ijs quæ affert Benedictus de Barzes in tract. Guarentigiæ. quæst. 10. & nos copiosius tradidimus priori libro. cap. 6. nu. 12. Proinde hic non repeto.

SVMMARIVM.

39 *INstrumentum conditionale non mandatur executioni nisi prius appareat conditionem extitisse.*

40 *Maritus petens executionem pro dote probare prius debet matrimonium esse secutum.*

Limitatio Quinta.

AD hęc perinde ac instrumentum non liquidum non mãdatur executioni, nisi facta prius incerti liquidatione ęquè etiam conditionale instrumẽtum † exe- 39
cutioni non mãdabitur nisi prius appareat conditionem extitisse. Angel. in.l. seruum communẽ. §. Titius. ff. de vulgari & pupill. Iaso. in.l. in illa stipulatione. nu. 6. ff. de verborum obliga. Suarez in dicta.l. post rem. limitatione. §. Couarru. lib. 2. Varia. cap. 11. Anton. Gomez in.l. 64. Tauri. nu. 7. Hoc autem accipiendum est nõ modo de conditione expressim in contractu adiecta, sed etiã de ea quæ iure tacitè intelligatur, vt puta in dote promissa quæ nõ aliter quidem debetur quàm si matrimonium fuerit secutum. l. stipulationẽ. ff. de iure dotiũ. oportet igitur maritus executionem pro dote postulans probet † ante 40
omnia nuptias secutas fuisse, sicuti scribit Baldus in.l. 2. de execu. rei. iudi. & verbosius confirmat Rodericus Suarez. limitatio. 4. num. 2. & 4. Id quod tamen interdum locum non habebit veluti quando matrimonium esset notoriũ, cum notissimi iuris sit cũ notorium quid est si in iure allegetur probatione aliqua non indigere, vt in cap. fin. & illic tradita de cohab. cleric. & mulier. sed neque habebit locũ quando reus ab executione non appellauerit, & creditor inter causam peragẽdã docuerit nuptias secutas fuisse. sicuti de instrumento non liquido proximo diximus paragrapho, ex Couarr. lib. 2. Variarum. cap. 11. & sentit Suarez extẽsione prima ad legem Tolet. num. 3. & limita. 4. & apertius. Anton. Gomez in.l. 64. Tauri. num. 5.

SVM-

SVMMARIVM.

41 *INstrumentum non meretur executionem si fuerit nouatum.*

42 *Nouatione facta hypothecæ liberantur & pignora & vsuræ non currunt.*

43 *Nouationem quando fieri intelligendũ sit.*

44 *Nouatio nũquam hodie fit, nisi expressim sit à contrahentibus dictum.*

45 *Accursij reprobatur opinio dicentis hodie fieri nouationem ope exceptionis in casibus in quibus veteri iure fiebat.*

46 *Nullis argumentis quantumuis manifestis hodie nouatio fit nisi expressim à partibus sit dictum.*

47 *Quando posterior obligatio contraria est priori non fit nouatio, sed vna obligatio accedit alteri, itaque in potestate creditoris positum est vtra malit obligatione vti.*

48 *Vtrum per delegationem nouatio fiat.*

48 *Delegatio, quid sit.*

49 *Expromissor, quis dicatur.*

50 *L. 15. titul. 14. Part. 5. explanatur.*

51 *Datis in alijs fideiussoribus priores non liberantur nisi expressim dictum sit.*

52 *Prærogatiua diei, an videatur sublata per posteriorem obligationem.*

53 *Die obligationis prorogata nouatio non fit neque fideiussores liberantur si aliud dictum non sit.*

Limitatio Sexta.

SEd neque Toletanam illam legem admissum iri arbitror in
41 instrumento, quod fuerit † nouatum, nanq; nouatione facta prior perimitur, atque noua constituitur obligatio priori in posteriorẽ translata. Est enim nouatio prioris debiti in aliam obligationem transfusio. l. prima. ff. de noua. §. præterea. Inst. quibus modis tollitur obligatio. Priores itaque contractus vires per nouationẽ ipso iure euanescunt. l. secunda. C. de noua. l. si causa. C. de transact. l. nouatione. ff. de nouatio. vbi Iurisconsultus in hæc verba inquit, *nouatione † legitime facta & hypothecæ liberantur & pignus: & vsuræ non currunt.* Consequens est igitur, vt exequẽdi ius euanuisse dicamus, id quod probat apertè. l. 4. §. ex conuencione. ff. de re iudica. & l. minor 25. nume. 41. ff. de minori. l. secunda. C. de execut. rei iudic. vbi Bartolus id annotat, tradit etiam glossa finalis. in fine. in.l. prima. C. de iudicijs. & illic classici omnes, neque huius rei magna est dubitatio: illudque magis verti in dubitationem solet quando nouationem fieri intelligendum sit. In quo sciendum est veteri iure † nouationem fieri interuentu 43
nouæ personæ, aut demum cum noui aliquid in posteriori adijciebatur obligatione: vti latiùs expositum est in. §. præterea. Inst. quibus modis tollitur obligatio. & illic Theophilus ac reliqui scribentes. Nouissimo vero iure constitutione in eam rem Iustiniano lata cautum est, vt nunquam nouatio fieri intelligatur nisi id ipsum expressim à contrahentibus dictum: sit alioqui † pristina manet 44
obligatio secundaque illi accedit textus in.l. fina. C. de nouationibus. Cuius verba etsi apertissima sunt, adhuc tamen Accursius illic, & alias sæpè in ea est opinione, vt existimet quibus casibus veteri

teri iure tacite fiebat nouatio, in eisdem quoque ope exceptionis hodie fieri neque desunt qui illi opitulentur, in quibus Bartol. & Angel. in l. 2. ff. de noua. & in lib. Valerianus. ff. de prætorijs stipul. quin eam communē esse opinionem scribit Socinus consil. 21. & eam moribus probari autor est Mathesilanus in opusculo cui titulus de electione verioris opinionis. Porrò huiusmodi Accursij interpretamentum neq; illius
45 legis † verba neque item sensus patiuntur: cum alioqui magis esset verbis legem imponere quàm rebus iuris regula repugnante: proinde ab Accursio dissentiunt plerique: atque imprimis Imola. Paulus de Castro, & Raphael Cumanus in dicta. l. Valerianus. ff. de præt. stipula. Alexan. in l. qui vsumfructum. ff. de verb. obliga. & consil. 10. libro. 2. alijque plures apud Albertum Brunū in tracta. quem inscripsit de augmento, & diminutione, conclusione. 3. nu. 42. & aduersus Accursium communem esse opinionē scribit Iaſ. in l. 1. C. de iudicijs. sub finem. & magis cōmunem testatur Alexā. consil. 71. vol. 2. num. 1. idem facit Anton. Gabr. in volum. commu. opinionum. titulo de nouatione. conclusione. 1. numero. 56. Quāquàm illud tamen cōuenit inter omnes adhuc nouationem fieri, quando manifestis argumētis ap-
46 pareat † contrahentes nouare vo luisse quod genus fuerit, quando prior & secunda conuentio tam malè conueniunt, vt stare simul non valeant. In hac sententia fuit Accursius in. l. penul. ff. de prætorijs stipul. Faber in. §. præterea. Instit. quibus modis tollitur oblig. & ibidem Angel. nume. 4. Bald. Salyc. & Fulgosius in dict. l. final. C. de noua. Paul. & idem Fulgosius in dicta. l. penul. ff. de prætor. stipul. Decius consilio. 544. volumine. 4. numero. 15. Alexan. consilio. 10. & 13. volumine. 2. & ibidē Molinæus autor est eā cōmunē esse opinionē hanc etiā ex nostratibus sequūtur Grego. Lopez in. l. 15. tit. 14. Parti. 5. & Olanus in cōcordia iuris verbo nouatio hāc quoq; cōmunem esse affirmat. Albertus Brunus de augmēto & dimin. conclus. 3. nu. 29. & 38. Porrò hæc autorū opinio (liceat mihi libere proferre quod sentio) nō minus à Iustiniani decisione abhorrens est quā illa Accursij, quam modo autorū omnium iudicio rejellimus. Quinimo ifthæc autorū opinio reincidit in eādem Accursij opinionem quam ipsimet antea explodere in eodemque luto hæret, vt est in prouerbio: proinde non secus ac illa explodenda nobis erit. Et amabò veteri iure statutum non erat, vt fieri nouatio non intelligeretur, nisi demum quando aut tacite aut expressim actum erat, vt nouatio fieret ?. extant si animaduertis innu-

innumeræ Iurisconsultorum id docentium sententiæ. l. 2. & l. sti-chum. §. 1. & 2. ff. de noua. l. si is cui. & l. fundum. & l. aliam. eodē titulo. & libro. l. qui vsumfructū. & l. scire debemus. ff. de verbor. obligat. animaduertitque id ipse met Accursius in dicta. l. fina. C. de nouationibus. verbo *nihil*, si ergo coniecturis adhuc causam nouationis ducimus nihil Iustinianus nouauit, nihil iura noua à veteribus discrepant? cum interim Iustinianus ipse apertè significet vetera se iura corrigere, ita enim lex illa finalis exorditur *nouationū nocentia corrigentes volumina*. Deinde nouationem nūquàm fieri nisi nominatim dictum sit contrahētes nouare voluisse luce clarius in eadē lege Iustinianus ipse declarat, ita inquiens, *Sancimus siquis vel aliam personam adhibuerit vel mutauerit, &c. nihil penitus prioris cautelæ innouari sed anteriora stare & posteriora incrementum illis accedere nisi ipsi specialiter remiserint quidem priorem obligationem, & hoc expresserint, &c.* An non satis apertè hanc nostram sententiā Iustinianus oftendit? an non satis apertissimis verbis definit nūquàm nouationem fieri nisi quando expressim cōtrahentes dixerint se nouare voluisse? Sed mētior nisi etiam apertiùs (si quid tamen apertius dici potuit) hoc idem Iustinianus ipse sui ipsius interpres declarauit in suis illis elementarijs eruditissimisque institutionibus in. §. præterea. instit. quibus modis tollitur obligatio. vbi postquàm veteris iuris placita retulit, ita inquit, *sed quoniam hoc idem inter veteres constabat, tum fieri nouationem cum nouandi animo in secundam obligationē itum fuerat: per hoc autem dubium erat quādo nouandi animo videretur hoc fieri, & quasdam de hoc præsumptiones alij in alijs casibus introducebant: ideo nostra processit constitutio quæ apertissime definiuit tum solum nouationē priorис obligationis fieri quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt.* Hæc Imperatoris seipsum declaratis sunt verba, & adhuc est qui putet nouationem præsumptionibus fieri? Cedo? an non clarissima voce Iustinianus definit non argumentis non præsumptionibus hodie nouationem fieri, sed duntaxat quādo expressim dictum fuerit à cōtrahentibus nouare se voluisse? Qua fronte igitur interpretes cōtrariū docent? qua fronte ab apertissima Imperatoris definitione desciscunt? Quid hoc rei est? legū ne definitionibus obtemperandū nobis est? an contra illis neglectis pro nostra libidine nouas licet in ius introducere opiniones? At dixerit aliquis quo pacto ergo cum secunda obligatio priori obligationi contraria est, † stare simul 47
obligationes ambæ poterunt? Planè eo casu posterior obligatio priori

priori accedit, vti Iustinianus in dicta sua cõstitutione definit: itaque in potestate ipsius creditoris positum est vtra malit obligatione vti: stant igitur alternatiuè ambæ, ita vt alterius solutione quam scilicet, creditor elexerit liberetur debitor, sicuti manifesto apparet ex illa lege finali. C. de nouatio. atque ex. §. præterea. supra citato. atque non minus ex l. Icire debemus. & l. qui bis. & l. qui vsumfructum. ff. de verbor. obligationib. atque apertius ex l. fundum Cornelianum. ff. de nouationibus. Itaque nihil est, quod nostræ opinioni (verius imperialem dixeris) refragetur: nihilque omnino est, vnde interpretes suam tueri valeant opinionem, alio ergo transgrediamur. Atque vt totum de nouatione patefiat argumentũ è re erit hic subiũgere, an hodie per delegationem nouatio
48 fieri intelligatur †: scilicet cum expressim dictum non fuerit, vt nouatio fieret? Est autem delegatio vice sua alium reum creditori dare. l. delegare. ff. de noua. l. prima. C. eodem titulo. paruique refert, an is qui delegatur debitor sit delegantis, an non sit, sed spon
49 te sua in se alienum † debitum transtulerit, qui latinè expromissor dicitur. l. si quis accepto tulerit. & illic Alexan. ff. de condict. ob causam. l. aliquando. & illic Franciscus de Aretio. ff. ad Velleianum. l. eleganter. §. seruus. ff. de dolo. glossa singularis in Authenti. de fideiusso. & manda. in principio. Iason in. l. quarta. §. prætor ait. nume. 3. ff. de re iudi. apud nos vero nostro vernaculo sermone is expromissor, *manero* appellatur. l. secunda. & l. 15. titul. 14. Parti. 5. Quanuis enim plerisque placuerit delegationem non dici nisi quando qui delegatur debitor est delegantis, & hanc communẽ testetur opinionem Ias. in. l. singularia. nume. 37. ff. si certum pet. & Afflict. decis. 353. & Lofredo consilio 18. Alij contra negant nouationem per delegationem fieri, nisi expressim dicatur glossa in. l. secunda. verbo, euanuit. C. de noua. Ludouic. Roma. in dicta. l. singularia. ff. si certum petatur. quorum sententia amplectenda nobis necessario est, quandoquidem nostrati

nostrati Regio iure recepta sit in dicta. l. 15. titul. 14. Parti. 3. ex qua
50 Gregorius Lopez notat † priorem illam communem autorum opinionem antiquatã esse: idem quoque facit Auend. in dictionario, verbo, *delegacion*. Et Villalobos, verbo, nouatio. Confirmat itaque lex illa Regia non mediocriter opinionem illorum quam modo aduersus communem probauimus: nullis præsumptionibus, sed conuentione tantum expressa hodie nouationem fieri, quippe cum si qua nouationis capienda coniectura foret certè delegationis ea deberet esse.

EX his vero licebit nobis in gratiam forensis vsus aliqua interre. Atque in primis illud, si in secunda obligatione alij dati fuerint fideiussores prioris obligatio nis fideiussores non liberari, nisi
51 id expressim † dictum fuerit, quæ Bartoli fuit opinio in. l. Valerianus. ff. de præto. stipul. quem quadam tamen cum distinctione sequitur illic Paulus de Castro, & in. l. quarta. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. Et (vt more nostro plures in vno referamus) refert eiusdem opinionis nõ paucos Albertus Brunus de augmento conclusione 4. num. octauo. Eadem quoque ratione dicendũ est prærogatiuam diei in priori obligatione contentæ per hanc secundam obligationem quæ priorem
52 expressim non nouauit † obseruandam esse. l. si constante. C. de donat. ante nupt. l. aliam. ff. de nouat. Baldus consil. 211. volu. 1. Boerius decis. 13. num. 34. *Id enim quod non transfertur in causam nouationis pristino iure* (Papinianus est autor) *peti potest*. l. quarta. in fine. ff. de vsuris. Iam ergo illud in confesso erit die, aut termino obligationis prorogato obligationem non nouari, atque proinde fideiussores † ab 53
obligatione minimè liberari sicuti placuit Ioanni Andr. apud Speculat. titu. de fide instru. §. primo. Hostiensi & Abb. in capit. constitutus. de fideiussorib. & ibidem Antonio Anchar. & Imol. Bald. etiam in. l. tam mandatori. C. de non nume. pecun. & Decius consilio 93. volumi. primo. num. quinto. & consil. 107. eodẽ volumine, Iason qui sedulò disceptat in l. prima. C. de iudicijs. numer. 18. refert eiusdem sententiæ assertores quàm plures Tiraquel. de retract. conuentio. §. primo. gloss. 7. numero. 32. testatur communem esse opinionem Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum, verbo, fideiussores, & magis communem Anto. Gabriel libro tertio. titul. de noua. conclusione. 3. Neque his præiudicium fecerit lex Fori quę contrariũ definiuit, ea est. l. decima. titul. decimooctauo. libro tertio Fori. palàm est enim illius voluminis leges earenus vim habere quatenus vsus pro illis calculum tulerit:

vt est definitum in.l.prima Tauri quę est hodie.l.tertia.titu.primo. libro secundo Recopilationis:

SVMMARIVM.

54 *Contractus finitus etiam si renouatus sit executionem nō meretur.*

55 *Pignora aut fideiussores non tenentur pro contractu postea renouato.*

56 *Clausula quæ ex more adijci solet, vt prioris instrumenti prærogatiua diei & hypothecarū salua maneat vtiles admodū est.*

57 *Iudice ad certum tempus assumpto periculum prorogati temporis ad fideiussores nō respicit.*

58 *Executio an locum habeat aduersus fideiussorem tutoris pro ijs quæ tutor post minoris pubertatem gessit.*

59 *L. Lucius.§. Paulus.ff. de adminis.tuto. conciliatur cum.l. si postea.ff. rem pupilli saluam fore.*

Limitatio septima.

QVoniam vero nouatione facta status exequendi euanescere diximus, supereſt †, vt hoc idem dicamus de contractu finito, etsi tacitè aut expresim renouatus sit, nam tum agi veteri contractu iam finito pro sequēti tempore non poterit: sed agendum est potius postremo contractu renouato inter quæ plurimi quidē interesse constat simul propter pignora, & fideiussores simul propter diei prærogatiuam nō enim pignora, aut fideiussores prioris contractus iam finiti † tenentur pro contractu num dēnuò renouato si illi ex integro consensum non accommodauerunt, atque quod ad diei prærogatiuam attinet in creditorum prælatione renouati contractus dies spectādus erit: probantur hæc & non obscurè in.l.cum hermes. C. de locato. & in.l. item quæritur. §. qui impleto.ff.locati. & in.l.tertia.§. cū quinquennium. ff.de iure fisci. atque item in. l. si constante. C. de donat.ante nupt.& in.l.nouatione. C. de nouationibus. & tradit speciatim hanc sententiam Baldus in.l.legem.C.de locato.& in l.tam mandatori. C. de non numme.pecun. idem Bald. Angel. & Alexand.in.l. si vnus ex argentarijs.§.primo. ff. de pactis.Iaſ. in.l. certi conditio.nu.21. ff. si certum peta.& in.l.prima.nu.18.C.de iudicijs.& probat textus singularis in.l. tertia. ff. qui potiores in pignore habeantur. & illic Bart. & Anto. de Fano de pignoribus. 5. parte,num.2.membro 13. Ex quibus apparet clausulam illam quæ hodie pactis conuentis adijci solet, *vt prioris instrumenti prærogatiua diei & hypothecarum salua maneat, neque innouata videatur*, vtilem vtiq; esse, & rerū vsui magnopere proficuam cum per eam efficiatur, vt etsi contractus innouatus sit, diei tamen & hypothecarum prærogatiua salua maneat, vt probat textus ille qui, vt dixi, & iterum est dicendum singularis est in.l. tertia. ff. qui potiores in pignore habeantur. Quæ cum ita sint dicendum est iudice ad certum tempus assumpto posteaque illi tempore † prorogato periculum pro-

prorogati temporis ad fideiussores non spectare, nisi aliud in fideiusione cautum sit. Bald. in dicta.l. cum Hermes. C. de locato. Paulus de Castro in.l. dies. ff. de damno infect. & in.l.fin.ff. de pactis. Iaſ. in.l.lecta. num. septimo. ff. si certum petatur. Decius consilio 93. & 400. volumi. primo. numer. primo. & consil. 107. volu. 1. Auend. in capit. correct. 2. parte, capit. 30. numer. 10. Paris de syndic. in Rubrica de fideiussore officialium. cap. 3. nu. 15. refert eiusdem sententiæ alios non paucos Tiraquel. de retract. conue. §. primo. gloss. 7. nu. 32. & Boerius decisione 284. Sed & illud probandum est, locum non habere executionem aduersus fideiussorem
57 tutoris† pro ijs quæ tutor post pubertatem sponte sua administrauit. textus in.l. Lucius. nu. 47. §. Paulus. ff. adminiſt. tut. cuius verba ad hunc modum se habēt. *Paulus respondit propter ea quæ post pubertatem nulla necessitate cogente, sed ex voluntate sua tutor administrauit fideiussorem, qui saluam rem fore cauit*
58 *non tenui.* Porrò Paulo † ex diametro aduersari videt difficilis Afri canus in.l. si postea. ff. rem pupilli saluam fore: cuius talia sunt verba. *Si postea quàm pupillus ad pubertatem peruenerit tutor in restituenda tutela aliquandiu moram fecerit, certum est, & fructuum nomine, & vsurarum medij temporis, tam fideiussores eius, quàm ipsum teneri.* Vides Iurisc5sultorum discrepantiam? ea vero tanto maior tibi videbitur, quòd nullus † interpretum 59
(quod sciam) illam attingat. Quare pro mei ingenioli exiguitate, vt tuis inseruiam commodis eam dissoluere curabo. Paulus ergo (vt ego sentio) loquitur quando tutor finita tutela negotium nouum sua sponte suscepit, vt apertè significant verba illa, *nulla necessitate cogente sed voluntate sua*. Pro inde fideiussori id nocere non debet: cum, vt diximus vltra tempus obligationis non teneatur. l. fin. C. de periculo tutorum. Cæterùm Africanus loquitur de rebus ante finitam tutelam à tutore susceptis: in quibus restituendis si finita tutela moram fecerit, par est, vt ex præterita causa ad fructuum, & vsurarum restitutionem ipse & fideiussores illius teneantur. l. si ij qui. C. quando ex facto tutores.

SVMMARIVM.

60 *INstrumentum quod in loco substantiali rasum cancellatumve, aut alio vitio consumptum fuerit executionem non meretur.*

61 *Locus substantialis in instrumento, quis dicatur.*

62 *Instrumentum quod ita obscurum fuerit vt intelligi minus valeat executionem nō meretur.*

63 *Minimum vitium in instrumento, etiam si in loco substantiali sit non nocet.*

64 *Quod iure cauetur, vt mendæ instrumentorum ante subscriptionem subnotentur non pertinet ad mendas quæ in loco non suspecto inciderunt.*

Limitatio Octaua.

RVrsus neq; executioni mandandum erit instrumentum quod in loco suspecto aut (vt ita dixerim) substantiali, & ad summam rei † principaliter attinente rasum cancellatum, aut suprascriptum fuerit, aut forsan, ita à soricibus, siue muribus rosum, aut schasmate consumptũ, vt exolescentibus literis minus legi valeat. textus in cap. ex literis. & ca. inter dilectos. de fide instrumentorũ. & illic classici omnes glossa & reliqui in l. prima. §. si rosæ. ff. de bonorum possess. secundum tabul. testatur cõmunem opinionem Anto. Gomez in l. 45. Tauri. nu. 145. locum autem suspectũ seu substantialem dicemus eum, in quo † continetur, aut nomen contrahentium aut res summave de qua agitur, aut dies solutionis aut testium tabellionumve nomina, atque item, dies locusque in quibus cõtractus celebratus fuit: hæc enim omnia contractus substantialia dicuntur: sicuti apparet ex glossa finali, & illic interpretes in dicto cap. ex literis. & dicto capit. inter dilectos. verbo, *consumptum, de fide instrumentorum*. & declarant dilucidius. l. 12. titul. 19. & l. 111. titulo. 18. Parti. tertia. & pari ratione tantumdem dicendum erit si ita lituris, aut spurcicie fuerit infectum instrumentum, aut per notas, seu compendia (vulgò *cifras appellamus*) exaratum, vt legi in loco substantiali minimè valeat. Bartol. & reliqui in Authen. quod sine. C. de testament. Alex. consilio 153. volumi. secundo. numer. septimo. textus singularis in l. septima. titul. 19. Parti. tertia. tradit quoque Baldus in. l. contractus. C. de fide instrumentorum. Similis quoque ratio erit si verba ita obscura, aut perplexa fuerint, vt intelligi minimè † queant: secundum Bartolum in. l. quicquid astringendæ. colum. 1. ff. de verborum obligationib. Castellus in. l. tertia Tauri. verbo, *ciertas*. Videamus tamen, an aliquo modo conclusio hæc temperanda sit, & primo conclusio hæc locum non habet quãdo rasura, aut deletio fuerit tam minima, vt scripturæ sensum non offendat: secũdum Abbatem in dicto capit. ex literis. numer. quarto. Neque aliud erit statuendum si ex alio loco eiusdem instrumenti † verus scripturæ sensus percipi valeat, glossa finalis in cap. cum venerabilis. de relig. domibus. Socinus regul. prima. Suarez extensione 6. ad legem Toletanam. Dehinc si diuersa instrumentum capitula contineat, solummodo nocebit vitium capitulo illi in quo inest cæteris capitulis non nocebit. l. si ex falsis. C. de transactionib. Abb. in dicto capit. ex literis. de fide instrumentorum. Socinus dicta regul. prima. æquè si id quod rasum exoletum additum cancellatum, aut suprascriptum fuerit ad vltimam cartham à notario subnotatum emendatumq; fuerit scribit Bartol. in. l. si vnus. C. de testamẽ. excommuni rerum vsu comparatũ esse, vt nihil vitij eiusmodi menda instrumento afferant, Bartolo vero assentiũtur illic Alexã. Paul. & Iason reliquique classici & Baldus in. l. prima. ff. de ijs quæ in testamento delentur, & demum nostrati Regio iure recepta est illius sententia in. l. 13. titulo. 25. libro quarto Recopilationis. qua cautum est mendorum & suprascriptionum correctionem ante subscriptiones adscribendam esse. Vnde apparet † verum esse, quod Iason & reliqui tradunt in dicta. l. si vnus. C. de testamen. huiusmodi correctiones ad margines reiectas nullius fore momenti. Ex superioribus igitur, & illud liquet, si rasura abolitio suprascriptio cancellatioue ad locum suspectum non attineant, etsi ad finem scripturæ correctæ non fuerint executionem non præpedire sicut superiores sentiunt autores omnes, & apparet ex illa. l. 111. titulo. 18. Partita tertia. secundum quam illam alteram Recopilationis interpretandam puto.

60 61 62 63 64

SVMMARIVM.

1 *Creditor sua autoritate ius sibi dicere non potest, alias creditum perdit.*
2 *In causis executiuis actor forum rei sicut & in reliquis sequi debet.*
3 *In contractibus locũ non habet remissio.*
4 *Clausula qua debitor renuntiat foro sequeomnium iudicum potestati submittit efficit, vt reus vbivis inuentus remittat ad iudicem contractus.*
5 *Lex. 1. titul. 16. libro octauo Recopilationis exponitur.*
6 *Renuntiatio legis si conuenerit cum renuntiatione fori efficit, vt reus vbivis inuentus conueniri valeat.*
7 *Recens pragmatica de submissionibus agens explanatur.*
8 *Clericus hæres laici an conueniri valeat apud secularem iudicem.*
9 *Lex. 57. titulo sexto. Parti. prima. interpretatur.*
10 *Clericus hæres laici apud ecclesiasticum iudicem conueniendus est nisi cum defuncto mota lis fuerit.*
11 *Clericus succedens prædoni non potest vti præscriptione fori.*
12 *Executio fieri potest per secularem iudicem in prædio specialiter obligato a laico etsi clericus illud possideat.*

SECVNDA PARS, APVD quem iudicem executio petenda sit.

§. Primus. De iudice ordinario.

VIdeamus nũ quisnam ad exequendum sit iudex cõpetens, nam cum creditor nõ † possit propria autoritate ius sibi dicere, alioqui ius crediti perderet. l. fin. §. fina. ff. quod metus causa. l. credi-

creditores. ff. ad legem Iuliam. de vi priuata. l. 3. C. de pignor. l. prima. titul. 17. libr. quinto. & l. secũda. titul. 13. libr. octauo Recopilationis. necesse est per iudicem id persequatur. Est autem locus hic alias plenè tractatus, & denique pridem Regia quadam pragmatica definitus, quæ lata est Madritijs comitijs Anno 1573. & extat hodie in volumine Recopil. titul. 21. lib. 4. lege penultima, proinde rem hic indicasse satis erit: persequitur etiã & hoc argumentum accuratè & eruditè, vt cætera, & Rodericus Suarez in l. post rem. quæst. 5. ibique posteaquàm de re iudicata exequẽda dixit de instrumentis guarentigijs agens, ait forum rei regulariter esse sequendum, id quod & in† cæteris causis passim probatur, & in re iudicata non obscurè ostendit l. cũ antea. C. de arbitris. Quoniam ergo extra forum rei peti executio non potest solẽt notarij hodie instrumentis adijcere illam clausulam qua reus debendi proprio foro & domicilio renuntiat, seseq; omnium iudicum potestati & iurisdictioni submittit, quo fit, vt licet alias in contractibus de vno iudice ad alium locum nõ habeat remissio. Itaq; cõtrahentes ita demum† apud iudicem contractus conueniri poterunt si ibidem reperiãtur. l. hæres absens. §. si quis. ff. de iudicijs. cap. Romana. §. contrahentes. de foro competẽ. in. 6. Abb. in c. fin. eodem titul. nu. 15. Bald. in l. executorem. C. de executione rei iud. Afflictus in constitu. Neapol. in proœmio. nu. 54. & lib. 1. Regul. 41. Marti. Laud. de officialibus domin. cõclus. 31. Attamen per hanc clausulam efficitur, vt reus vbi vis inuentus ad iudicẽ cõtractus† remittatur. glossa est celebris in l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit, quam & cũ laudis prædicatione magni faciunt vbique omnes: quorũ nomenclaturam quæ multa est (ne rem actã agamus) refert D. Couar. practic. quæst. capit. 10. nu. 34. & Alciatus de præsumptio. cap. 36. & hoc casu cæterisque istiusmodi, in quibus secundum vetera iura locum habet remissio, accipiẽda erit lex Regia prima titul. 16. lib. 8. Recopil. quæ significat in cõtractibus locum habere remissionem †, & ita accipiẽdam esse scripsit Montaluus in repertorio verbo, delinquens, & Auilef. in cap. correct. capit. 27. verbo, *entreguen.* nu. 16. & Auendanus qui rectè illius sensum expendit in titul. *de las excepciones.* nu. 10. & Didacus Perez super eadem lege in ordinationibus antiquis. Verùm vt & apud cæteros oẽs iudices vbi vbi reus inuentus fuerit executio† peti valeat, etsi ibidem contractum non fuerit: ex more notariorũ vsurpatum est, vt adiungatur huic clausulæ etiam renuntiatio legis *si conuenerit.* ff. de iurisd. omn. iud. quæ hanc

hanc fori renũtiationẽ irritã esse decernit, atque ita fit, vt vbicunq; reus præsens sit executio peti valeat, etsi alibi contractus factus sit, & ita vtimur: quãquàm enim placuerit Baldo in capit. cum P. & G. de officio delegat. illius legis, *si conuenerit*, renuntiationem non valere; at quando consuetudine ita comparatum est consuetudini Baldi cedere debet auctoritas. l. cum de interpretatione. ff. de legibus. Vt taceam à Baldo diserepare Iasonem in l. si quis in conscribendo. nume. vndecimo. C. de pactis. & Guido quæstione 77. Verùm quoniam hæc aliaque multa ad hanc rem pertinentia pragmatica illa sanctione definita sunt, illiusque apertissima sunt verba sensusque: nõ amplius hac in re immorabimur, illudque tantum admonebimus. Quibus in casibus lex illa permittit† executionem extra territoriũ fieri per relationẽ ad alium iudicem (quas requisitorias literas vulgò appellamus.) necesse esse, vt iudex qui requisitorias literas mittit simul mittat exemplum nominis, seu obligationis, quam exequitur alioqui iudex requisitus, parere illis non tenetur ex ijs quæ annotant Bartolus, Paulus, & Iason in l. magistratibus. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. & id quoque admonet Couarruuias practicarum quæstionum capit. decimo. in fine. & hoc iure vtimur. Sed & illud, quia foro frequens est dispiciamus† possit ne aduersus clericum succedentem laico apud secularem iudicem executio peti: an potius ecclesiasticus adeundus sit iudex. Neque est sanè quæstio hæc sine controuersia: fuerũt enim veterum nonnulli, qui putarunt clericum hæredem laici, perinde ad ipsum defuncti apud secularem iudicem conueniendum esse: dicet lis cum defuncto cœpta non esset, sicuti memorat glossa. in cap. clericũ nullus. 11. q. 1. & Albericus in l. hæres absens. ff. de iudicijs. Imol. in l. si cum hominem. ff. de fideiuss. & demum habemus apud nos pro hac sententia apertam definitionem. in l. 57. titul. sexto. Part. prima. quam à iure abhorrentem non esse significat Palac. Ruuios. in repetitione rubric. §. 39. nume. 8. & Suarez in l. post rem. extensione prima. & Auilesius in capit. Correctorum, capit. decimo. nume. 66. quibus etiam suffragatur. l. 15. titul. quarto, libr. quinto Recopilationis. Verius est tamen apud iudicem ecclesiasticum conuenien dum esse clericum hæredem laici quando lis cœpta non est cum defuncto, ex sententia glossæ in dicto cap. clericum nullus. 11. quæstio. 1. quam præter classicos ibidem sequuntur Barto. & Paul. in l. hæres absens. ff. de iudicijs. & gloss. in cap. is qui in ius. de regulis iuris. in. 6. & Decius in capit.

quia V. de iudicijs. & sas. in Aiithen. quas actiones. nu. 39. C. de sacros. eccles. & im. l. cum quæda puella. ff. de iurisd. omnium iudi. Bertachinus de episcopo quæstio nę. 49. & eam esse communem opinionem apparet ex scriptura. Couarruuias practicarũ quæstionum. capite. 8. nume. 4. atque ex Gregorio in dict. l. 57. Part. Quid ergo ad Regiam illam legem interpretes: & placet Gregorio Lopidi † ibidem, & Auendn. in capitul. correct. 1. parte. cap. 1. num. 33. accipiendam illam esse quando lis cœpta iam cum defuncto fuerat: sed legis verba huno sensum haud quaquam patiuntur, latissimè enim patent ac sonant sicuti animaduertit Villalobos in tractatu commu. opinio. *litera C.* num. 101. & illius æmulus Olanus in concordia iuris. *eadem litera.* numero. 28. Magis est ergo (dicendũ est enim quod sentio) illius legis autores ad Regiæ potestatis fulgorem conniuentes veterum illam alteram opinionem secutos fuisse: quæ quoniã explosa magno consensu à posteris fuit, videndum est ne illam nullo iusto titulo recipientes. Sacrosanctam ecclesiæ libertatem aduersus diuisa Pontificiaque eulogia temeremus; sicuti religiose pieque exhortatur Couarru. loco superiori. Manear itaque clericum hæredem laici commentiendum esse
10 apud † Ecclesiasticum iudicem.

Hæc tamen regula intelligenda est locum non habere quando lis iam cœpta cum defuncto fuisset secundum Bartol. Angel. & Paulum in l. hæres absens. ff. de iudicijs. idem Paulus Roman. & Alexan. in l. si constante. & final. ff. soluto matrimo. sequunturque nostrates qui ita accipiendam putat legem illam septem Partiti iuris, & demum hanc restatuit veriorem & magis communem opinionem Franciscus Viuius lib. 2. commu. opinio. numero. 48. & Emanuel Suarez in thesauro recept. senten. verbo clericus. num. 104. idcirco audiendi non sunt Maranth. in Specul. 5. parte. numero. 13. & Boetius decisio. 69. qui sibi persuasum habent contrariam opinionem magis communem esse, licet eos sequatur Aurenda. dicto capitul. 1. num. 33. Deinde superior cõclusio admittenda non est quando clericus in
11 fraude † iurisdictionis sæcularis successit prædoni, tum enim bellissime scribit Baldus in. l. final. C. de edict. diui Adrian. tollend. quæstio. 6. ne vno quidem obolo pensi faciendum esse clericatum, quia ecclesia, inquit, vt vult ne sibi sua fraudetur iurisdictio ita debet velle & aduersus alios: hoc idem scribit ipse in. l. testamenta. C. de testa. & in. l. acceptam. C. de vsuris, consentitque cum eo Auffretius de potestate sæculari regũl. 2. numero. & Guillel. Benedi-

in cap.

in capi. Raynuntius verbo, vxorẽ, & Bertachinus de episcopo. 5. parte, quæst. 49. Ex quibus aliquã do consultus respondi, & adhuc in eadem sententia pensito? exercitione apud secularem iudicem facta in prædio specialiter pro cẽ fu à laico obligato cum clausula de non alienando audiendũ non esse clericum prædij possessorem allegantem fori præscriptionem, quando non consentiente creditore: emit cum, vt alibi diximus contractus talis sit ipso iure nullus, atque proinde clericus prædonis iure possideat.

SVMMARIVM.

1 IVDEX *Ecclesiasticus non potest extra laicos executionem facere nisi per requisitorias literas.*

2 *L. 14 titul. 1. libr. quarto Recopilationis, exponitur.*

3 *Iudex secularis tenetur auxilium impertiri ecclesiastico iudici.*

4 *In requisitorijs literis inseri debet exemplum actorum, saltem summatim.*

5 *Iudex requisitus obedire non tenetur requirenti nisi sibi actorum saltem summatim copia detur.*

6 *In causa fidei receptum est vt seculari iudici actorum copia non detur.*

7 *Secularis iudex non tenetur obedire ecclesiastico non recte & rite procedenti.*

8 *Appellatione ab ecclesiastico iudice iuste interposita non tenetur secularis iudex brachium secular impertiri.*

9 *Nunc est obediendum ecclesiastico iudici, quamuis non sit ab ematis solenni bracchium postulat secular.*

10 *Ecclesiasticus debitum pecuniario interdictum ecclesiasticum in pronunciam, seu citatum inf. non debet.*

Secunda Pars.

§. Secundus. De ecclesiastico iudice brachium secular decernente.

QVanuis (vt superioribus dictum est) in rebus à clericis possessis interdũ apud sæculares iudices executio locum habeat: cæterùm aduersus laicos ecclesiastici iudices executionem faciendi potestatem habent nullam, sed hoc per literas ad sæculares iudices missas facere debent (has † vulgò 1
brachium sæculare appellamus) hoc autem id est, quamuis ecclesiasticus iudex interdum ius dicere in laicos possit: veluti super decimis, & primitijs aliisque causis eiusdem generis quarum vel purè vel mistim cognitio ad Ecclesiam spectat, quas referunt glossa & Doctores in cap. cum sit generale. de foro competen. Veruntamen nullo pacto licet illis quæ decreuerunt statueruntve in laicorum personas illorũve bona exequi; Oldrardus consil. 86. Angelus in l. fina. C. de iudicijs. Barbatia. de præstantia Cardinalium. 1. part. quæst. 9. Boerius decis. 264. nume. 3. & 227. num. 11. Palac. Rubi. in cap. per vestras. 4. sed est publicum. num. 18. Vnde apparet legem Regiam † qua id expressim 2
sancitur (ea est hodie l. 14. titul. 1. libr. 4. Recopil.) à iure communi

non dissentire laicos itaque eccle
siastici iudices anathemate eccle-
siasticisque censuris coercēdi po-
testatem solùmodo habent: quòd
si ij minus obtemperātes fuerint,
cum tum ecclesia iam nō habeat
quid amplius facere possit suppe
tias à seculari iudice efflagitat, da
tis ad eum literis quibus petit ro-
gatque vt à se statuta exequatur:
sicuti ex quotidianis rerum expe
rimentis abunde docemur, tenē-
3 tur autem secularis iudex † auxi-
lium suum impertiri, sicuti habe
tur in capit. 1. de offic. ordin. & in
cap. 2. de except. in. 6. & in l. à Di
uo Pio. §. sententiam. ff. de re iud.
& in Authent. vt nulli iudicum.
§. si vero comprehensorum. coll.
9. & in dicta l. 14. titul. 1. lib. 4. Re
copil. Dummodo sciamus vt hoc
4 brachij secularis auxilium † rectè
decernatur oportere actorū exē-
plum saltem summatim seculari
iudici edatur vt intelligere possit
iuste ne ecclesiasticus iudex ius
dixerit, sicuti placuit Abbati in
dicto cap. 1. de offic. ordin. & Ste
phano Aufrerio de potestate se-
culari Regul. 4. nume. 31. id enim
generaliter receptum est non ali-
ter iudicem requisitū parere de-
bere quàm si illi iudex requirens
5 actorum † fidem fecerit Bartol.
Paul. nec non Laso. in l. magistra-
tibus. ff. de iurisd. omn. iud. Auile
sius in cap. correct. cap. 20. verbo
vsurpan. num. 26. Neque quēquàm
in errorem inducat textus in ca-
pitu. inquisitioni. §. prohibemus.
de hæreti. in. 6. nam illic singula-
ri iure in detestando † hæreseos 6
crimine statutum est, vt non edi-
tis actis iudex secularis parere re-
neatur, sicuti superiores tradunt
autores. Si igitur ex actis secula-
ri iudici cōstiterit ecclesiasticum
iudicem iniustè † executionem 7
decernere, subsistere, & ad ma-
lum auxilium præstare non de-
bet, sicuti superiores autores sen-
tiunt, & Cardina. in Clementina
Pastoralis de re iudica. & Auile-
sius in dicto capitulo. 20. numer.
19. & Iulius Clarus in practica. §.
vltimo. quæstione. 36. Quibus ta-
men magnopere refragatur tex-
tus in cap. Pastoralis. §. quia vero.
de officio delegat. quo expressim
cautum est delegati sententiam
etiam iniustam ordinarium iudi-
cem necessario exequi debere.
Proin placet mihi magis distin-
ctio glossæ ibidem, vt siquidem
sententia sit nulla iudex requisi-
tus exequi non debeat: sin vero
sit contra ius litigatoris exequi
teneatur, si in rem transierit iudi-
catam cum eius non sit cognosce
re iusta sit necne, vt definitur in
dicto capit. Pastoralis. & in capi-
tulo. 2. de excep. in. 6. id quod sen
tire quoque videtur Innoc. in di-
cto cap. 1. de offic. ordi. & Guido
Papæ. decis. 574. qui alios in eam-
dem sententiam citat Nauarro
quoque in capitulo cum contin-
gat. de rescriptis.

Secun-

Secundum hæc igitur si reus à
8 iudice ecclesiastico † damnatus ap
pellauerit in ijs causis, in quibus
locus appellationi datur, ita vt
sententia in rem non transierit iu
dicatam, non debet secularis iu-
dex ecclesiastico iniustè exequen
ti morem gerere, sicuti respōdet
Oldrard. consil. 89. cuius opinio
nem amplectitur Panor. in dict.
c. 1. de officio ordin. nu. 12. & Ste-
phanus Aufrerius dicto tract. de
potestate seculari, Regul. 4. nu. 31.
& probatur in cap. dilectis. de ap
pellationibus. Neque aliud erit
9 quoque dicendum † si ecclesiasti-
cus iudex prætermissis anathe-
matum solennijs auxilium postu
let brachij secularis, sicuti scribit
Palac. Ruui. in cap. per vestras. §.
sed pulchrum. num. 17. Sed illud
obliuiscendum non erit pro de-
bito pecuniario interdictum ec-
clesiasticum in prouinciam, aut
ciuitatem infligi non posse, sicuti
10 cautum † est in extrauag. proin-
de de sentētia excom. inter com-
munes, de cuius intelligentia le-
gito Felinum in cap. Apostolicæ.
de except. Calderinum de eccle-
siastico interdicto numer. 21. Ste-
phan. Aufrerium de potestate ec
clesiastica. §. primo. nume. 9. Leo-
nem Hispalensem consil. 14. Qui
nimo hodie iuxta decreta sacri
Concilij Tridentini non semper
pro debitociuili excommunicari
priuata persona potest, vt habe-
tur Sessione 25. capit. tertio. de re
formatione, & habetur apud nos
in. l. 4. & §. titul. octauo, libro pri-
mo Recopilationis.

SVMMARIVM.

1 *Executores aut meri sunt aut misti.*
2 *Executor delegatus iudex est.*
Merus executor à misto quemadmodum discernatur. ibidem.
3 *A mero executore vel misto appellare quā do liceat.*
4 *Facta ab executore post appellationē tanquam attenta non reuocantur si executor modum non excesserit.*
5 *Executor an recusari valeat.*
6 *Cum ab executore appellatur quis adeundus sit iudex.*
7 *Principe iubente ordinario iudici, vt aliquid exequatur, an iurisdictionem delegare an officium excitare videatur.*
8 *Cum vni ex prætoribus rerum capitalium criminis animaduersio committitur iurisdictione delegata vtitur.*
9 *Inter ordinariam iurisdictionem & delegatam permultum interest.*
10 *Forus latinum nomen non est, sed forum locum iudicij significat.*

Secundæ partis.
§. Tertius. De iudice delegato cui executio commissa fuit.

SED hæc de ordi-
narijs iudicibus,
verum quoniā ad
res iudicatas exe-
quendas subinde
executores dele-
gari solent, qui iudicata ad effe-
ctum † perducant. de his quoque 1
pauca dicamus. Executorū sum-
ma diuisio in duo genera deduci-
tur,

citur: aut ēm̄ meri sunt aut mixti. gl. in c. Pastoralis. §. quia vero. de offic. deleg cui reliqui illic cōsentiunt interpretes, & in ca. de cætero. de re iudic. & Cardi. consil. 64. & 94. Vterque autem executor delegatus iudex dicitur, secundum Speculatorem. titul. de iudice delegato. §. 2. Quemadmodum vero merus à mixto discernatur è re erit † vt dispiciamus. Et alij quidē aliter sentiunt, 2
siquidem glossa in dicto capitulo Pastoralis. merum esse executorem ait, quando præsentibus partibus cognitum est de causa, iudexque mandat alicui vt sententiam exequatur: mixtum vero esse eum qui cognitionem habet annexam: vt puta cum Papa mandat alicui rem restitui vel beneficium dari per talem executorem, & eandem distinctionem amplectitur Abbas in capitulo final. de præsumptio. & Iason. in. l. à Diuo Pio, in principio. numero. 14. & Gregor. in. l. 52. titulo. 18. Partita. 3. verbo *señalado*. Porrò è contrario Bartol. in dicta l. à Diuo Pio. nume. 7. ait merum executorem esse eum cui nudi facti executio committitur, mixtū vero cum ad rem iudicatam exequēdam necesse est aliquam causæ cognitionem adhibere, & idē quoque sentit Felin. in capitu. de cætero. in principio de re iudica. glossæ vero opinio verior videtur. Permultum vero inter vtrūq; executorem interest† siquidem à 3
mero executore non appellatur, nisi is modū excedat: à mixto bene appellatur, vt scribit glossa in dicto cap. Pastoralis. cum qua & reliqui transeunt, & profecto si mixtum executorem accipiamus vt glossa accepit, quando nōdum re iudicata datur, verissima est opinio glossæ: cum is propriè non dicatur executor, vt in. l. executores. C. de execu. rei iudica. Cæterum quando iam re iudicata datur mihi videtur siue is merus siue mixtus dicatur, & siue is nudi facti executor sit vel non sit, sed cognitione etiam opus habeat, ab eo appellare non licere si modo modum in exequendo non excedat ex. l. ab executione. C. quorum appell. non recept. & l. ab executore. ff. eodem titulo. & capit. nouit. de appella. & capit. quoad consultationem. de re iudica. l. 52. titulo decimooctauo. Partita tertia. quæ ab executore appellari non posse definiunt atque generaliter sine distinctione loquuntur: proinde non est cur eas restringamus: alioqui futurum esset, vt ex re iudicata via fieret ordinaria: sicuti diximus superius limitatione. 4. Ergo si executor in exequendo modum non excesserit quæ post † appella 4
tionem fecerit tanquàm attentata reuocari non debent, iuxta ea quæ notātur in ca. nō solū de appel. in. 6. & quę nos diximꝰ princi

pio

pio huius capitis. §. 1. Quæ vero de appellatione diximus, eadem & de recusatione dicenda sunt, vt recusatio executoris ita demū 5
valeat † si modum in exequendo excesserit, sin vero modum non excesserit quæ fecerit valida erūt neque obstauerit recusatio: sicuti probare videtur textus in capit. nouit. de appell. & illic tradūt interpretes, tradit etiam Auenda. in cap. correct. secunda parte. capit. 23. num. 10. & Didacus Perez in. l. 4. titul. 8. lib. 2. ordina. ab executore vero interposita appellatione quis iudex adeundus sit: an 6
is qui dedit executorem an † alius consulito Bartol. & reliquos in l. ab executore. ff. de appellat. & in l. à Diuo pio. in principio. ff. de re iudi. & Abb. in cap. quod ad consultationem. eodem titulo. sed & quas exceptiones executor admittere debeat tractant scribentes in capi. Pastoralis. §. quia vero. de officio delegat. & in capit. de cætero. de re iudic. Bartol. & reliqui in dicta. l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. Boerius quoque decis. 43. quibus addito ex nostrati Regio iure. l. 3. titulo. 33. Partita. 7. Sed & illam vulgarem quæstionem non 7
omittamus, an cum princeps † iubet ordinario iudici, vt aliquid exequatur vtrum iurisdictionem mandare, an potius officiū illius exhortari videatur, siue (vt apertius loquar) vtrum ex ordinario videatur eum delegatum facere. Extat vero de ea re elegans Pontificia constitutio in capit. licet in corrigendis. de officio ordina. ex qua euidenter colligitur ordinariam iurisdictionem excitari non delegatam demādari: quod cum verissimum sit accipiendum tamen ita erit nisi modo aliud superioris literæ significent velut si illis verbis vsus fuerit autoritate nostra cognoscas aut illis causam tibi cōmittimus aut delegamus: Idem erit si in literis adijciatur aliquid quod alioqui ordinariꝰ ipse secundum ius suæ potestatis facere nequiret, exempli causa si committatur causa appellatione remota vbi alias appellatio permittebatur, his enim in casibus cæterisque similibus nō ordinaria excitari iurisdictio sed delegata potius demādari videtur: sicuti illic interpretando tradunt Innocen. Ioan. Andr. Bald. Panormita. Felinus & reliqui classici: ex quo intelligere licet cum vni ex tribunis scelerum qui in regalibus auditorijs ius dicunt crimē aliquod à Rege animaduertendum committitur, non ordinariam sed delegatam iurisdictionem demandari; tantundem erit si ordinario animaduersio criminis extra suū committatur territorium † secū- 8
dum Boerium decisio. 151. numero. 5. & Paridem de syndica. §. salarium. cap. 2. & Iaso. in. l. ius ciuile. ff. de iustitia & iure. vbi fusius rem tractat. Secundum hæc igitur

tur intelligitote constitutionem Regiam in.l.11.tit.21.libr. quarto Recopilationis. quæ de hac eadem re agens non obscure significat cum ordinario iudici executio committitur, non, vt delegatum, sed vt ordinarium eum procedere debere. Inter hæc vero per multum interest: siquidem cum
9 iurisdictio delegatur † potest ius dicēs ordinariæ iurisdictionis terminos excedere: porro cum ordinaria excitatur iurisdictio nō potest, vt non obscurè ostendit textus in cap. graue. de officio ordin. & l.4. titul.6. libr. secundo Recopilationis. Et quoniā in fori mentionem incidimus anteaquā hinc abeam illud notandum duxi forus in masculino genere in hac significatione, idest, cum locum iudicij significat apud latinos autores non reperiri †, sed forum in
10 neutro: sentiat quanuis aliud Diuus Isidorus, sicuti illius litera refertur in cap. forus. de verborum significa. à quo dissentit Alciatus libr. 2. dispunct. cap. 24. & Zazius in.l. secunda. §. his. ff. de legibus. & Alexan. ab Alexan. de diebus genialibus. cap. 12. Idque etiam sēcuti sunt sapientissimi Regij operis autores, quod septem partitū vocamus in.l.7. titul.3. Parti. 1. & ostendunt illa Iuuenalis carmina Satyra secunda.

Nunquid nos agimus causas, ciuilia nostrum
Nonnumquam tangunt? quid si nos fortia Mauri
Cæsar habet? vacuasq; domos, lege, fabula, templa
Clausaq; fustitio tristi fora.

Necnon illa Lucani.

Item & illa Martialis lib. secūdo.

Si schola damnatur, fora litibus omnia feruēt.

Quod hic obiter non inuidus feci, vt admonerem ne viri sanctissimi, & alioqui doctissimi autoritas maximè à Canone comprobata quemquam in errorem inducere. Quanquam forsitan non Isidori is error fuit, sed chalcographorum potius: quorum socordia factum fuit, vt pro forum forus mendosè repone retur. Quod quidem de viro doctissimo eodemque Græcè, Hebraicè, & Latinè scientissimo proprius est, vt credamus.

SVMMARIVM.

1 *TERTIO qui instrumento nominatus non est executio non cōpetit.*
2 *Cum ex instrumento tertio actio datur & executio quoque dari debet.*
3 *Vxori ex instrumento dotale executio pro dote non soluta competit.*
4 *Vxor quæ communis coniugij fortunas agnouit potest executionem petere pro virili sua parte aduersus hæreditarios debitores.*
5 *Vnus ex socijs potest executionem petere contra debitores societatis, etsi nomen seu obligatio cum illo contracta non sit.*
6 *Quando lex diuidit bona inter aliquos, ibi nulla hominis necessaria est cessio. Maritus sine vxoris mandato dotem exigere potest. ibidem.*
6 *Mulier constante matrimonio de dote actionem non habet.*
7 *Debita vxoris an maritus sine mandato exigere possit.*
8 *In omni iudicio quantumuis summario necesse est personarum legitimatio fiat.*

9 *L. non*

9 *L. non eo minus. C. de procuratorib. declaratur. & num. 10.*
11 *Neque mulier sine mariti consensu neque monachus sine sui superioris autoritate executionem petere possunt.*
12 *Tutor agere non potest anteaquam satis dederit inuentariumque fecerit.*
12 *Filius familias iniussu patris an possit executionem intendere.*
13 *Cautela ad subuertendum iudicium motum ab illo qui patrem habeat.*
14 *Emancipatus quis non præsumitur nisi probetur etsi sexagenarius sit.*
15 *Notorium quod est si allegetur releuat ab onere probandi.*
16 *Iudices qui faciles sunt ad irritandos processus taxantur.*

TERTIA PARS, IN QVA demonstratur per quas personas executio petenda sit.

§. Primus. De creditore.

SEQVITVR dispiciamus quæ sint psonæ à quibus executio peti valeat, & primum illud palàm est à nemine melius executionem intēdi quàm ab ipsomet creditore cui actio & obligatio iure competit, vt in principio. Instit. de actio. & tit. de ijs per quos agere poss. Creditorem autē hoc loco accipere debemus cum qui
1 instrumento nominatim † comprehensus est: nam tertio qui nominatus non est in instrumento persecutio non datur, etsi sua interfit quæ Baldi vbique constans sententia fuit & in primis in.l. si pater. C. de dotis promiss. & in.l. ad probationem. 1. C. de probat. & in cap. per venerabilem. de electio. vbi non inuenuste ait, *de quo non cantat instrumentum, neque ego quoque cantabo.* Et hoc sanè est secundum eundem Baldum in.l.1. 1. C. quorum lega. quod pragmaticorum ore semper habetur, *nihil tibi prodest instrumentum, quia nō loquitur de te,* Baldi vero sententia magno nostrorum omnium consensu probatur, sicuti apparet ex Iasone in.l. cum filius familias. nume. 9. ff. de verb. oblig. & in.l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pactis. & Boerio decis. 221. nu. 4. nec non Decio consil. 410. Marantha quoque in Speculo titul. de executione nu. 8. Est tamen hæc Baldi sententia intelligenda quando tertio illi actio † ex instrumento 2
non competebat: alia porrò causa est si illi actio ex instrumēto competeret, daretur enim tum tertio executionis persecutio ex eiusdē Baldi sentētia in.l.1. §. videamus. C. de rei vxor. actione. & placuit Alexan. apud ipsum Baldum in dict. l. si pater. C. de dotis promis. eosque sequitur Suarez in. l. post rem. limitatione 2. num. 1. Ex quo notandum est tametsi, id noster non noter Suarez cū hodie apud

nos

nos absenti, etsi cum eo res acta non sit actio ex instrumento quæratur. iuxta.l.2.titu.16.lib.5.Recopila. de qua nos hoc libro longiorem sermonem fecimus fore, vt hodie ferè semper tertio illi cuia interest si nominatus instrumento sit executio perinde ac actio detur. ¶ Ex quo inferre possumus ad quæstionem †illam quã mouet Bald.in dict.l.si pater.C. de dotis promiſ.an soluto matrimonio ius sit mulieri petendi executionem pro dote quæ marito soluta non est,& placet illi executionem mulieri non competere cum dos viro promissa est suffragaturque illi magnopere.l.si socer.§.Lucius.ff. solu.matr. ab ipso vero Baldo desciscit Alex.eodem loci,quin, & ipse Baldus abs se ipso deficit in dicta l.vnica.C.de rei vxor.actio. Sed sanè quid iure communi sequendum sit in medio sit: verum quod ad nostrum ius Regium attinet indubitato dicẽdum est mulieri executionem dandam cum illi soluto matrimonio actio ex instrumento quæratur. iuxta decisionem textus in.l. prima. C. de rei vxor.actio. & quæ affert Guido decisione 375.

Corollarium.

Corollarium.

EX his quoque inferri potest ad quæstionem illam quam nostrates mouent, an ius sit mulieri quæ communes coniugij† fortunas agnouit petẽdi executionem soluto matrimonio pro medijs creditis quæ constante matrimonio pacta sunt: tametsi nomina ipsa (quas obligationes appellamus) solo cum marito loquantur. Et Auenda. Responso 20. scribit mulieri executionem non competere nisi demum quando facta diuisione illi nomina adiudicata fuerint: idem placet Didaco Perez in.l.quarta.titul. octauo.libr. tertio ordinamen. excepto eo si vtrique coniugi obligatio facta sit. Multa tamen ad præsens in mentem veniunt quæ illis vehementer repugnare videantur. Primum, quia vt superiores tradunt autores quando actio ex instrumẽto tertio competit danda est quoque illi executio: nostrati vero iure secũdum communem opinionem lucrorum dominiũ necnon possessio pro virili parte cõtinuò in vxorem transfertur sicuti exactius dictum est à nobis hoc eodem libr. cap. quinto. quod & de iuribus & actionibus intelligendum videtur, nam lex Regia quã illic citauimus generaliter loquitur: ait enim, *los bienes que han marido y muger son de ambos*, bonorum autem appellatio iura, & actiones comprehendit.l. bonorum. ff. de verb.signifi. Pinellus in Rubrica, C.de bonis matern.in principio. Deinde cum mulier communes coniugij fortunas agnouit aduersus illã creditores pro medijs debitis agere rectè possunt, vt placuit Palac.Ruui.in tepetitione rubricæ. §.66. numer.septimo. Verum

rum contrariorũ (vt vulgo aiunt) eadem est disciplina.l. prima. C. de cùpresis.libr.11. Tertio, quia non paucis placuit vnum ex socijs agere posse sine mandato aduersus debitores societatis. Ang. & Alber.in.l.si vnus ex argentarijs.ff.de pactis.Cynus in.l.fi te in Galliam.C.si certum petatur.Bertachi.de gabellis.4. parte, nu.19. & consentire videtur Ias. in dicta l.si vnus.num.2. accedit & Baldi egregia sentẽtia in cap.1. an agnatus vel filius in vsibus feud. num. 24.vbi ait quando lex diuidit bona inter aliquos non esse necessariam hominis cessionẽ, illud prætereo (placet enim prætẽrire omnia) quod inter Doctores communiter cõuenit competere mulieri executionem pro dote ex tacita stipulatione quæ iure sibi datur, sicuti latius tradidimus superius ampliatiõe 4. Hæc enim quoniam longiora sunt quàm quæ ad nostrum institutum (qui breues esse cupimus) conueniant: tuo acriori examinãda iudicio remittimus. Illud tamen† citra dubitationem tenendum est posse maritum executionem pro dote quę sibi promissa est petere suo proprio nomine, id est, sine vxoris mandato. l. si pro te. C. de dotis promiſſ.l.doce ancillam.C.de rei vendicatione. & illic interpretes omnes: etiam soluto matrimonio.l.si socer. §. Lucius. ff. soluto matrimonio.quem mirabilem dicit Baldus nouellus de dote. octaua parte, priuilegio 24. Quin mulier viuo marito actionem petendi dotem non habet cum viri nó sua sit actio. Ripa in.l.prima.ff.soluto matrimonio.numer.53.Manuerius in praxi, titulo de dote. Antonius Gabriel in volumine commun. opinio. libro tertio, titulo de iure dotium. conclusione tertia. In cæteris vero creditis quæ ad mulierem pertinent, aut vxoris mandato, aut tanquam cõ iuncta persona † maritus agere debet, vt in.l.maritus. C. de procuratoribus. & illic classici omnes. Quanuis autem, vt diximus à nemine meliori iure executio petatur, quàm ab ipso creditore vel ab eo cui actio ex instrumento datur: meminisse tamen debemus necesse esse is legitimam personam standi in iudicio habeat, nam in quouis iudicio quantumuis summario extraordinarioue necesse est ante omnia † litigatorum personæ (vt ita dixerim) legitimentur. Baldus in.l.finali. C. de edicto Diui Adriani tollend. quæstione quinta principal. versicu. octauo. Et hoc sanè est quod scriptum est apud Bartolum in.l. prima. §. & patui refert. ff. quod vi aut clam. numero sexto. exceptiones quæ ex persona descendunt exclusas non videri ab statuto quo exceptiones omnes aduersus instrumentum guarentigium excluduntur. Bartoli vero

apud omnes peræquè est probata sententia.

Corollarium. ¶ Quæ res facit, vt si creditor minor sit annis non nisi tutore
9 aut curatore autore † executionem rectè intendat cum certi iuris sit minorem in iure non nisi tutore, aut curatore autore stare posse. §. primo. Instituta de curatoribus. l. prima. & secunda. C. qui legitimam personam stādi in iudicijs habeant. Quod est quidem si in ipsius minoris damnum aliquid actum fuerit. Porrò si id quod gestum est in ipsius minoris vtilitatem vertat non illud tutoris, aut curatoris vitiauerit defectus: minoribus enim ætas in damnis subuenire, non in rebus prospere gestis obesse consueuit, sicuti bellissimè definit Imperator in.l.non eo minus. C. de procuratatoribus. & probatur apud nos in.l.duodecima.titul.22.& in extrema lege vndecima. titulo.2.
8 Parti.3.tradunt Bart.& Bald.in.l. si tutor. C.in quibus causis,in integr.restitu. non est necessaria,& Maranthain speculo 4. parte, distinct.16.nume.25. Est tamen lex
10 illa *non eo minus* accipienda † sanè de ijs quæ acta fuerunt à minore anteaquàm aduersarius illi curatoris obiecerit defectum, nam si aduersario cōtradicente iudex curatore ad litem non dato in causa processerit, nullius omnino momenti erunt quæq; postmodum gesta fuerint, etsi magis in minoris vtilitatem cedāt, sicuti elegantèr scribit Bald. in capit. 11. de rescript. colu. 3. quem sequitur māgni facions Iason in dicta.l. nō eo minus nume.1. His quoque conueniens est dicere neque mulierē sine mariti consensu, nec monachum † sine sui superioris copia 11
rectè executionē intēdere: hinc enim sacri Canones prohibent. placuit. 16. quæst. 1. illam Regiæ leges. l. 2. & 3. titul. 3. lib. 5. Recopilat. Prælatus vero sine consensu capituli, & capitulum sine autoritate prælati agere quando valeant, res est latior quam quæ ad hunc locum pertineat, atque si lubet videre poteris apud glossam & interpretes in cap. edoceri. de restitutis. & in.l.2.titul.5.Partita.3. Sed neque tutor quidem aut curator qui satis non dedit aut inuentarium non fecerit † rectè executio 12
nem intendit, quoniā his omissis agere prohibetur. l. tutor qui repertorium. ff. de adminisst. tuto. l. fin. §. fin. C. arbitrium tutelæ. tradit Specul. titul. de tutore. §. primo. nu. 3. Boerius decis. 53. nu. 5. Marantha in speculo 4. parte, distinct. 16. nu. 33. Proinde sententia aduersum ipsum tutorem qui satis non dedit lata minori nō nocet, secundum Bartolum in.l. si tutor. C. in quibus causis, in integrum restitutio. non est necessaria. Filius quoque familiàs iussu patris, non rectè executionem postulat. l. fin. §. primo. C. de bonis

bonis quæ liberis. & ibi glossa & Baldus in.l.denique. §. vtrum. ff. de minoribus. Ergo si iudicium motum ab eo qui patrem habeat labefactare velis facito vt aduersario tuo statim in iudicij limine obijcias stare eum in iudicio non
13 posse, quia dicas † filium familiàs cum esse: nam vinces illum emancipatum se esse non docente, sicuti tradit Cœpola caut. 118. & plures Alexan. & Iaſ. & Decius in l. si emancipati. C. de collat. & ibi dē testatur cōmunem esse opinionem Curtius Iunior nume. 10. & Minchaca controuersiarum illustrium libr. 2. c. 85. num. 13. Emancipatus enim quis non præsumi-
14 tur, & si ille maior † natu, atque adeo sexagenarius sit secundum Baldum in.l. secunda. §. quod obseruari. C. de iure iuran. propter calumn. dando. Hoc tamen perpetuum: non est: sunt etenim plures species in quibus filius familias sine patris cōsensu stare in iure potest, vt videre licet apud Socinum regula 151. & Angel. in. §. actiones autem. de peculio nu. 4. Instit. de actio. & Iaſ. in.l. prima. ff. de iurisdi. omn. iudic. & in.l.2. titul. 1. & l. 2. titul. 2. Parti. 3. & in cap. 2. de iudicijs. in 6. Illud quoque neminem præterit locum id non habere si notorium sit eum emancipatum esse, puta, quia coniux sit aut fuerit, manifesti enim
15 iuris est notorium quod est si allegetur releuare † ab onere probandi vicemque probationis habere glossa in summa. 2. quæst. 1. & in.l. prolatam. C. de sententijs & interlocut. omn. iudic. quod quàm quàm alioqui notissimum sit interim tamen hic admonendum duxi, quoniam sunt nonnulli (ne scio quomodo) proterui (ne iniusti & iniqui dixerim) iudices quos ego nullitatum patronos appellitare soleo, qui qualibet † vel 16
leui caprata occasione iudicia temere labefactant non sine medio cri litigantium incommodo cum per contrarium illud nobis magis curandum sit, vt res potius valeat quā pereat. l. exigendi. C. de procurat. l. quoties. ff. de verborū oblig. Decius consil. 448. volu. 4. nu. 17. eoque magis illorum damnanda est proteruia, quòd lege Regia cautum apud nos sit sola facti veritate inspecta omissis iuris (vt ita dixerim) superstitionibus dirimantur lites, vt habetur in.l. fina. titul. 17. lib. 4. Recopil.

SVMMARIVM.

1 *Procurator generalis rectè executionem intendit.*
2 *Generalis procurator debiti non potest solutionem recipere.*
3 *Ad recipiendam solutionem mandatum in scriptis dari debet.*
4 *Totus mādati tenor in iudicijs edēdus est.*
5 *In exiguis causis non nimis scrupulosa facienda obseruatio est.*
6 *Coniuncta persona agere potest de ijs quæ speciale non exigunt mandatum.*
6 *Coniuncta persona tenetur satisdare de rato.*

7 *Coniuncta persona sine mandato solutionem recipere non potest.*
8 *Coniuncta persona & procurator generalis rectè desiderant, vt secresto debita pecunia deponatur.*
9 *Dominus ratum habere potest quod à falso procuratore suo est nomine gestum.*
9 *L. licet. ff. de iudicijs, luculẽter illustratur.*
10 *In principio litis obiecta falsi procuratoris exceptione post ea ratum habere nõ potest, quod ab illo sine mandato gestum est.*
11 *Falsi procuratoris ratihabitio, an post causæ conclusionem fieri valeat.*
12 *Ratihabitio fieri debet intra diem à lege præfinitam.*
13 *Appellatio à falso procuratore facta ratificari debet intra tempus datum à lege ad appellandum.*
14 *Retractus rei familiaris à falso procuratore factus intra diem à lege præfinitam ratificari debet.*
15 *Maritus retrahente rem venditam nomine vxoris intra præfinitam à lege diem mãdatum habere debet.*
16 *Cauere debent iudices, vt à principio litis non admittant procuratorem sine mandatone lites in cassum recidant.*
17 *In falsum procuratorem qui rei partes susscepit executio de re principali fieri potest.*

Tertiæ Partis.

§. Secundus. De procuratore executionem petenti.

PRocuratorem quoque, qui ad executionem petendam debitumve exigendum mandatum habeat speciale, iure executionem intendere nulla est dubitatio. l. vero procuratori. & l. hoc iure. ff. de solut. l. 7. titul. 14. Parti. 5. Num vero ge
1 neralis procurator† ad lites datus rectè executionem intendat, non satis inter Doctores conuenit: nam alij speciale ad eam rem mandatum exigunt: vt ille (quisquis is fuit) qui edidit libellum de instrumento guarentigiæ, qui inter Bartoli tractatus versari solet, & Angel. in. §. fin. nu. 2. Instit. de actio. Socinus consil. 231. 2. parte. Alij vero è contrario simplex sufficere ad eam rem mandatum responderunt: vt Alex. consi. 133. volu. 6. & Rodericus Suarez qui exactius rem tractat dicta quæst. 3. ad legem Tolet. quãquam Alexandri immemor fuerit. Verum hæc fuerint ad dijudicandum facillima si omnes quotquot sunt procurationis species contemperis. Nam siquidem procurator datus est specialiter ad executionẽ petendam, dubitauerit nemo rectè ab eo executionẽ intendi: sic etiam indubitatũ erit si ad aliam tantum causam datus sit eam tantum illum prosequi posse. Porrò si ad omnes generaliter causas tã præsentes quàm futuras (vt hodie est in vsu) constitutus sit procurator ibi cõsentiunt plerique omnes rectè eũ executionẽ petere posse, Bart. in. l. hoc iure. ff. de solu. & in l. si procurator. ff. de procu. & eodem loci Angel. Suarez quoq; dicta quæst. 3. nu. 6. Meminisse tamẽ debemus quãuis is generalis procurator executionẽ rectè postulet non tũ iure eum solutionẽ† recipere posse. l. vero procuratori. & l. hoc

l. hoc iure. ff. de solut. l. inductũ. C. eodem titul. l. non abstulit. C. de noua. l. 7. titul. 14. Parti. 5. tradit effusius Suarez dicta quæstione 3. nume. 11. Excepto eo si procurator sit in rem suam. l. si procurator. ff. de procurat. vel nisi omnium bonorum sit ei administratio cõmissa, vt in dicta. l. vero procuratori. ff. de solut. & dicta. l. 7. titul. 14. Part. 5. Debet autem pro
3 curator qui solui† sibi desiderat mandatum in scriptis ostendere secũdum Baldum in. l. falsas. col. penult. C. de furtis. & Alex. in. l. prima. C. de procur. & ibidem Iason nu. 9. & Boerius decis. 154. nume. 8. & Gregor. Lopides in. l. 21. titul. 5. Parti. 3. glossa 1. & testatur cõmunem Do. Padilla in. l. transactionis placitum nume. 28. C. de transact. licet aliàs in procuratore ad lites satis sit per testes probare mandatum, vt testatur communẽ opinionem Iason in. l. prima. C. de procur. num. 7. & Boerius decisio. 181. nume. 1. & Villalobos in tractario commu. opinio. verbo, procurator. nu. 493. & Iaffredus decisio. 109. & Boerius decisio. 381. sed & illud animaduertẽdum erit nõ sufficere testimoniũ notarij quo
4 fidem† facit habere Titium mandatum à Seio ad pecuniam recipiendam, sed oportet totus procurationis tenor ad verbum edatur, vt in Authẽt. si quis in aliquo documẽto. C. de edendo. & illic tradunt Alber. & Paul. tradit etiã glossa & Panor. in ca. Abbate sancti Syluani. de verb. signific. Matthæus de Afflictis decis. 273. Alexan. consil. 191. volu. 6. Iason in. l. iurisgentium. §. quod ferè. nu. 4. ff. de pactis. Lanfrancus de Oriano in cap. quoniam cõtra titu. de instrumentorũ productione. nu. 27. Boerius decis. 281. num. 4. Decius consil. 30. volu. 2. nu. 15. Castellus in. l. 1. Tauri, glossa 2. estque ea communis omnium scriptorum sententia: proinde cauendus erit Iason qui sui immemor contrarium scriptũ reliquit in. l. 1. C. de procurat. nu. 4. Ad cuius tamen sententiam accedendũ erit quando causa fuerit breuis, atque non
magni† momẽti: in exiguis enim 5
non tam scrupulosa exigitur obseruatio, vt in Authenti. nisi breuiores. C. de sententijs & interlocut. omn. iud. Bald. in. l. non ignorat. C. qui accus. nõ possunt. col. 3. Neque enim expedit (vt Iustinianus Imperator inquit) magnas de rebus exiguis sustineant homines attritiones Authen. de fide instrumentorum. §. oportet. atq; ita in causis quæ inter rusticos vertuntur in pagis, non magnopere de iudiciorum obseruationibus curandum esse scribit Alexan. consilio 114. volu. 6. numer. 6. & 9. & quoniam placet habentẽ generale mandatum rectè executionem petere conueniens est dicere cõiunctam personam executionem pro coniuncta persona rectè postulare

stulare posse, potest enim coniuncta persona agere omnia quæcunque speciale non exigunt mandatum. l. sed & hæ. ff. de procurato. l. patri pro filio. ff. de minorib. l. exigendi. C. de procuratorib. vbi Iason commodissimè rem explicat: præstare tamen debet cautionem de rato si ante litis contestationem ab aduersario petatur, nã si non petatur, vel post litis contestationem petatur, illius omissio nihil omnino vitij iudicio attulerit. l. Põponius. §. ratihabitionis. ff. de procurato. textus elegans in l. 10. titul. 5. Partita. 3. Et quoniam coniunctæ personæ agere ea per-
7 missum † non est quæ absque speciali non expediuntur mandato, fit vt non rectè desideret ipsa, vt pecunia sibi soluatur. l. vero procuratori, & illic glossa & Bart. ff. de solu. l. 3. §. sed si fortè. ff. iudic. solui. l. 3. ff. solut. matri. l. neq; maritum. C. de solu. testatur communem Alex. consil. 4. nu. 9. volu. 2. & Iason in. l. maritus. C. de procurat. nu. 8. Illud tamen coniuncta
8 persona rectè desiderat †, atque item generalis procurator: vt æs alienum seu debita pecunia apud sequestrum deponatur, vt veniẽs dominus æs suum recipere valeat sicuti bellissimè tradit Bald. in. l. sin autem. ff. de negot. gest. & Iason in. l. non solum. ff. soluto matrim. nu. 5. Abb. in cap. querelam. num. 11. de elect. Sed ecce Titius cum mandatũ non haberet, pro-
9 curatorio † nomine executionem petijt, & quanquàm nullo iure admissus tamen fuit: dominus vero postea rem ratam habuit, quærebatur, an iudicium cõualesceret: & extat de ea re bellissima Iurisconsulti decisio in. l. licet. ff. de iudicijs. cuius verba in hunc modũ se habent. *Licet verum procuratorĩ in iudicium rem deducere, verissimum est tamen & si quis cum procurator nõ esset litem contestatus sit, deinde dominus ratum habuerit videtur retro res in iudicium recte deducta.* Quam ampliando intelligas locum quoque habere in auditorio principis, sicuti aduersus Baldum testatur cõmunem esse opinionem Ant. Gabriel in volu. comm. opinio. lib. 2. titul. de procuratore. conclusione 4. Tredecim porrò limitationes ad eam legem subnectit Iason in l. licet. C. de procura. nu. 10. Inter omnes vero notabilior illa est, legem illam locũ non habere quan-
10 do aduersarius statim initio † litis oppositi exceptionem falsi procuratores, eumq; minimè audiri postulauerit, donec legitimũ ostẽdat mandatum: nam irritum erit quicquid postea non edito mãdato gestum fuerit, nec profecerit ratihabitio postea facta quę Baldi singularis fuit sententia in cap. 1. de rescript. & sequũtur quàm plures quos recitat Pynell. C. de bonis maternis. l. 1. tertia parte, numero 32. & probatur apud nos in l. vigesima. titul. quinto. Parti. 3. & ibi-

& ibidem annotat Gregor. Lop. verbo, *no le deziendo*. Sed neque limitatio illa minus erit notabilis, licet eam non referat Iason: quòd ratihabitio hæc fieri omnino debet ante causæ cõclusionem, post verò nullius omnino momẽti fuerit, sicuti placuit Baldo nouello de dote. 6. parte. priuilegio 71. ex Bartoli sententia in. l. si mater. §. eandem. in fine. ff. de except. rei iudic. quam à reliquis probatam esse apparet ex scriptura Pynelli loco modo citato: cæterum quo-
11 niam hodie in foro vsitatum est, vt etiam † post causæ conclusionem admittantur instrumenta, si cuti latius scribit Couarru. pract. quæstio. capit. 20. nu. 8. & Boerius decis. 27. nu. 6. & nos quoque tradidimus hoc eodem libr. cap. 14. fortasis in vsu limitatio hæc minus recipietur, & id quidem rerum vtilitati magis congruit, ne iudicia irrita fiant, id quod etiam placere video Guidoni Papæ decisione 320. tradens moribus ita esse receptũ, & ibi tractat etiam, an post sententiam huiusmodi ratihabitio valeat. Aliam igitur limitationem quæ moribus magis congruat, subiungamus: hæc illa est, vt si actui qui à falso procura-
12 tore gestus est præscripta † à lege sit dies, intra quam fieri debeat, necesse esse ratihabitionem intra diem illam à domino fieri: alioqui postea facta nihil omnino proficeret, textus in. l. bonorum. ff. rem ratam haberi, quæ ita exorditur. *Possessionem ab alio agnitam ratam haberi oportet eo tempore: quo adhuc in ea causa est, vt peti possit.* Conuenit autem cum ea. l. fin. C. qui admitti. & l. in illa stipulatione. ff. de verborum obligationib. & l. fina. ff. quis ordo in bonorum poss. seruetur. Cuius rei fingere † possu- 13
mus exemplum in appellatione, quæ quidem si à falso facta sit procuratore, nullius fuerit momenti, nisi intra tempora ad appellandum à lege præfinita rata à domino habeatur: sicuti tradit Speculator titul. de appellationib. §. primo. & Corneus consil. 292. libr. 3. & Anto. Gomez in comment. tomo 1. capit. primo. numer. tertio. Fingere item exemplum possumus in retractu rei familiaris, nã si actor intra † nouem dies à lege 14
Regia præfinitos petitionem suo nomine à falso procuratore datam ratam non habuerit, suo iure decidit: sicuti multis ostendit Tiraquel. de retract. linag. §. primo. glossa 10. num. 85. Idem † quoque 15
& in marito vxoris nomine retrahente respondit Palac. Ruui. in. l. 70. Taur. nume. sexto. & licet ab eo desciscat Castell. inibi. numer. quarto. verum Palacios Ruuios opinionem iuri magis consentaneã esse ex superioribus apparet, & secundum eam aliquando me obtinuisse memini. Apud Gallos sanè patrijs legibus definitum extat retractum ita à marito factum

etiã sine vxoris ratihabitione validum esse, vt ipse memorat Tiraquel. §.10. glossa. 1. idque & vt apud nos lege Regia rogaretur, è re publica magis fore putauerim. Quando igitur ratihabitio illa fal
16 si procuratoris † quæ ab illa lege *licet* recipitur, tot limitationum modis impetitur, consultissimè fecerit iudex si alieno nomine agentem non aliter admiserit, quã si is à principio litis legitimũ procurationis exhibuerit mãdatum, id quod & nostrati Regio iure cauetur in.l.tertia. titul. secundo. libro quarto Recopilationis. ne alioqui consummata iudicia iam tandem incassum recidant. Sed & illud animaduertere debet iudex non solum posse talem procuratorem non exhibentẽ mandatum in expensis damnare, sed amplius falsi pœna posse eũ mulctare, vt in.l. si quis obrepserit. ff. ad legem Corneliã de falsis. Bart. in.l. si autem. §. primo. ff. de nego. gestis. quin si is rei partes susceperit, poterit etiam de re principali damnari, iureque in eum rei iudicatæ persecutio dabitur, vt bellissimè definit Iurisconsultus in l. Plautius. ff. de procurat.

SVMMARIVM.

1 *HAEredi nõ secus ac defuncto executio competit.*
2 *Actiones in hæredes pro rata diuidũtur.*
3 *Iudicium executionis ab vno ex hæredibus motum quemadmodum sustineri valeat.*
4 *Ius superueniens sufficit, vt iudicium conualescat.*
5 *Hæres executionem petens debet probare se hæredem esse.*
6 *Satis probat se hæredem esse, qui probat se defuncti consanguineum esse.*
7 *Per procuratorẽ hæreditas an adiri possit.*
8 *Emptor hæreditatis ac testamẽtarius executor rectè executionem intendunt.*
9 *Legatarius pro debito sibi legato rectè executionem intendit.*
10 *Fideicommissarius, an executionem pro debitis hæreditatis petere valeat.*

Tertiæ Partis.

§. Tertius. De hærede executionem petenti.

SED & hæredi non aliter quàm ipsi creditori executionem competere dubitauerit nemo, cum hæres & defunctus † vna & eadem persona intelligãtur, sitq; notissima iuris regula actiones, & obligationes ab hæredibus, & contra hæredes incipere. l. 1. C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes. l. qui testamentum. ff. de probat. Authen. de iure iuran. à moriente præstito. col. 4. Et hoc sanè & in statutis recipiunt communiter interpretes, quæ odio laborare manifestum est, Bart. Paulus, & Alex. in.l. postulante. ff. ad Trebel. multo magis ergo, & in nostratibus legibus id recipiem⁹, quas tali odio non laborare manifestum sit. Petere tamen suo nomine nisi pro virili parte vnus ex hæredibus non potest, cum pro rata

rata in hæredes diuidantur actiones, vt in.l. pro hæreditarijs. C. de hæredita. actionib. Quãmobrem si proprio nomine in solidũ executionem postulauerit, & aduersarius plures esse hæredes docuerit, non nisi pro virili parte locum habebit additio: atque nec quicquam cæteri hæredes ratum habebunt, quod ab alio proprio nomine gestum est, cum non possit quis ratum habere, quod suo non est nomine gestum, vt iuris regula declarat. Quemadmodum ergo iudicium sustinebimus? donãdo cedant † illi actiones cæteri hæ
3 redes: atque eo pacto in totũ additioni locus erit: quoniam ius superueniens sufficit, vt iudicium conualescat. l. si rem alienam. §. fina. ff. de pigno. actione. Baldus in l. ordo. quæstione finali. C. de executio. rei iudicat. Ant. Gabriel in volum. comm. opinio. libr. 2. conclusione 2. & 3. Potest autem &
4 vnus ex hæredibus tanquam † litis consors & pro cæterorum partibus executionem petere, vt in l. prima. C. de consort. eiusdem litis. & l. 10. titul. 5. parti. 3. quanquã solutionem sibi fieri eo casu nisi pro sua parte desiderare non potest, sed tantum vt secresto debita pecunia demandetur, secuti de coniuncta persona diximus supe
5 rius, nisi forsan consors ratum habeat, vt scribit Baldus in dicta l. ordo. C. de execut. rei iudicat. quæstione finali. Debet autem à principio litis aut certè intra oppositionis † tempus docere se hæ 5
redem esse, vt animaduertit Rodericus Suarez extensione. 1. ad legem styl. num. tertio & 11. Meminisse autem debemus satis proba re se hæredem esse, qui probat se esse creditoris † defuncti consan 6
guineum, etsi non probet nullũ alium esse agnatum propinquiorem: nam qui contrarium allegauerit illud probare tenetur, vt est autor Raphael Cumanus in.l. sed si de sua. & illic Ludouicus Rom. ff. de acquir. hæredi. & Alex. in.l. is potest. eodem titul. & libro, & ibidem Iason qui plures citat nu. 83. Illud vero tanquam notissimũ omiserim hæreditatem per procuratorem adiri non posse. l. Paulus per procuratorem. num. 89. ff. de acquir. hæredi. quod quemadmodum † intelligendum sit præ- 7
ter classicos ibidem explicat acutè Bald. in.l. prima. C. qui admitti. quæst. 29. & 30. Non solum autem hæredi, sed & emptori hæreditatis (quia hæredis vices sustinet) executionem aduersus hæreditarios † debitores dari dam esse 8
apparet ex l. emptor. C. de hæred. vel actione vend. Idem iuris erit, & de testamẽtario executore, cui bonorum distributio cõmissa est iuxta ea quæ notat Bald. in Auth. si quis ad declinandam. C. de episcopis & cleric. & Castell. in.l. 32. Tauri verbo, *causas*. & Barto. in.l. firmio. §. primo. ff. quando dies le-

gati cedat quibus addito l.2.titu. 10.Parti.sexta. Quin & legatario cui debitum legatum est, & executionem competere etiam non cessis ab heredibus actionibus apparet ex l.legato.C.de lega. & illic annotat Baldus, Suarez quoq; in extẽsione prima,ad legem Toleta.sub finem.Quid vero si hæreditas aliquid hæredi debeat, quẽ-
9 admodum † res expediri debet? Tractat hoc Baldus in.l.fina.§. in computatione. C.de iure delibe. & ait, si hæres habeat instrumentum de debito necesse non habere executionẽ pro eo petere,cum ipse sibi soluere possit,sin vero debiti instrumentum nó habeat petat curatorem bonis dari, quo cũ agat. Baldũ porrò sequũtur Paul. Alex.Ias.& Alciat.in.l. debitori. C.de pactis. Fideicõmissarius au-
10 tem an executionem † pro debitis hæreditarijs petere valeat,cõsulito textum, & Bartolum in.l. vxori meæ. ff. de vsufruct. legat. Guilielm.Bened. in cap.Raynuntius.verbo, cætera bona.nu.24.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in rem suam rectè executionem intendit.*
2 *Fideiussor qui debitum soluit executionẽ quemadmodum intendere valeat.*
3 *Cum fideiussori nec indẽnitas repromissa est neque illi cessa fuit actio via ordinaria agere debet.*
4 *Fideiussori cui cessæ sunt actiones aduersus cæteros fideiussores executionem rectè intendit.*
5 *Quoties creditori executio competit, competit etiam & cui iure cessæ sunt actiones.*
6 *L.per diuersas.& l. ab Anastasio.C.mãdati.apprimè elucidantur.*
7 *Cum cessio titulo donatiõis fit legitimè fit.*
8 *Cũ cessio titulo venditionis sit nõ põt cessionarius amplius petere quàm numerauit.*
9 *L.per diuersas habet locum, etsi iusto pretio cessio actionum facta fuerit.*
10 *Priores leges ad posteriores trahi debent.*
11 *Cum cessio facta fuit partim emptiõis partim donationis titulo, nec emptor potest petere amplius quàm præstitit neque reliquum venditor.*
12 *Actione semel cessa nihil iuris penes venditorem remanet ad superfluum pretij petendum.*
13 *Pretium quod pro cessione datur oportet reuera numeretur.*
14 *Pretij solutio nõ solum probationibus, sed etiam argumentis & coniecturis probari potest.*
15 *Actiones directæ adhærent ossibus creditoris.*
16 *Etiam cessis actionibus potest cedens executionem intendere nisi in tribus casibus.*
17 *Cessio fieri debet tempore quo pecunia soluitur vel ante non post.*

Tertiæ Partis.

§. Quartus. De cessionario executionem petenti.

NON solum autem hæredi ex instrumẽto publico (vt superiori dictum est paragrapho) executio datur, sed etiã ei cui creditor cessit † actionibus,qui iure 1
procurator in rem suam (vulgò autem cessionarius) appellatur: huius sententiæ fuit Barto. in.l.1. ff.de actio.& obligat.Baldus in.l. per diuersas.quæst.10. C. mandati. Paulus Paulus. & Alexã.in.l.postulante. ff.ad Trebellia.Roma.consil.142. loquuntur ij sanè in municipalibus statutis: sed tanto magis in nostratibus legibus hoc recipiendũ erit, quanto minus hæ illis odio prægrauãtur:rectè ergo hanc amplexus est sententiam Roder. Suarez extensione 7.ad legem Toleta. & Montaluus in Repertorio, verbo,*obligacion*.Ex quo illud erit tractandum quod est apud Auilesium in cap.correcto.cap.10. ver-
2 bo, *execucion*. nu. 38. an † cessio à creditore fideiussori facta (vulgò *carta de lasto* appellatur) paratam executionem habeat,id est, an fideiussor qui debitum soluit,cessa sibi à creditore actione possit aduersus ipsum reum principalem, pro quo soluit executionem petere:edito,scilicet,cum ipsa cessione instrumentum principale nominis seu obligationis: & planè cum ipse principalis reus fideiussorem saluum præstare restipulatus est, aperta res est executionẽ fideiussori competere ex ipso,scilicet instrumento indemnitatis, ne vlla quidem sibi à creditore actione cessa. Cæterùm si fideiusso-
3 rinec indemnitas † repromissa sit neque illi cessa sit actio,solummodo actione mandati cum debitore agere poterit via ordinaria nó via executiua.l.2.& per totum.ff. mandati. Atqui si indemnitate nõ repromissa ex actione per creditorem principalem sibi cessa fideiussor agere velit, hic dubitationis est, an executio locum habeat? & hic Auilesius literatus alioqui vir dum legum Regiarum nostrique Regij iuris oblitus hãc quæstionem ex iuris communis regulis definiendam putat, in re aperta (& vt aiunt) in sole caligat †,ait enim fideiussori execu- 4
tionem non cõpetere ductus Bartoli sententia eaque communi in l.prima. ff. iudic. solui. vbi tradit differentiam inter fideiussorẽ contractus & fideiussorem iudicij, q̃ huic executio competat, illi non competat. Sed non animaduertit Auilesius hac in parte ius commune à Regio iure longè distare, cum iure Regio contractus publici paratam executionem habeãt, iure communi non habeant. Si ergo fideiussoris instrumentũ cum creditoris cessione in ius exhibeatur,quid rogo est in causa quã ob rem fideiussori executionem denegemus? cum iuxta nostratiũ legum definitiones ex omnibus instrumẽtis publicis executio detur? An non concors est interpretes omnes sententia, quotiescunque † creditori executio com- 5
petit,etiam ei competere cui iura sunt cessa? vt tradunt Paul. Alex. & reliqui in.l.postulãte.ff.ad Trebellia. & alij quos paulò antè citauimus:nullo ergo pacto est dubitandum executionem fideiussori competere aduersus debitorem principalem ex actione sibi à creditore

Cætera de fideiussore vide infra.

ditore cessa, eoque iure vti nos, prout est frequentissimũ, & omnes quotquot fori expertes non fuerint, satis nouerint: & ipsemet Auilesius non inficiatur. Quam
6 quam vero certissimum † sit eum in quem creditor cesit actionibus perinde ac ipsum creditorem executionem habere, meminisse tamen debemus cessionem hanc non aliter legitimam esse, quàm si ea fiat iuxta decisionem Imperatorum in. l. per diuersas. & l. ab Anastasio. C. manda. de quarum tractatu, vt qui foro frequens est, non alienum fuerit nos hic aliqua summatim exponere: præsertim cum interpretum commentaria minus mihi hoc loco satisfaciant, proinde illis paulisper intermissis ipsarum legum mentẽ sensumq; secutos has conclusiones ex illis subnectendas putaui. Aut actionis nominisque cessio fit per do-
7 nationem † puram nullo omnino neque palàm neque occultè pretio accepto, & legitima est huiusmodi cessio, liberumq; cessionario erit, totum persequi debitum. Aut vero cessio fit titulo vẽditionis, & non potest cessionarius amplius petere, quàm præstitit cessionis autori: porrò si cessio
8 facta fuerit partim † donationis partim venditionis titulo, æquè non poterit cessionarius amplius postulare quàm reuera numerauit: tantundemque erit, si propalàm donando fiat cessio, clam ve-

ro prétium accipiatur, quibusdã exceptis casibus qui specialiter illis excipiuntur legibus in quibus cessio omnimodo valet. Harum vero cõstitutionum illa est ratio, quòd istiusmodi litium redẽptores alienis fortunis inhiantes solent plerunque litigantes magnis vexationibus afficere susciptentes ambiguas minusq; legitimas actiones: cum certum sit, cum indubitata est actio & certa, magis velle creditores per se sua iura cõsequi, quàm cum iactura ad alios transferre. Hæc ad summam illarum legum mens sensus atque ratio, quæ quidem ex eis quàm facillimè colliguntur. Nostri vero interpretes alioqui iurisc̃onsultissimi dum valde nimis leges illas explicare student rem penè totam confudere, faciunt itaque hoc loco (vt ego iudico) quod est apud Terentium, *næ intelligendo, vt nihil intelligant*. Nam primum dum dissoluere curant argumentũ, quod
9 obstare † videbatur, ex titulo de hæreditate, vel actione venditæ aiunt constitutiones has locum tantũmodo habere, quãdo cessio minimo pretio facta fuerit, itaq; negãt eas pertinere ad cessiones, quæ iusto pretio fiant: id placet Accursio in dicta. l. per diuersas. verbo, *venditionis & glossa finali*, cũ quo reliqui deinceps ab eo interpretes consentiunt, & Innocent. quoq; in cap. fin. de alien. iud. mutandi causa facti, & ibidem Abbas

bas numero 5. & Specul. titul. de cessione actionis. §. primo. cum tamen si perspicis, Imperatores in illis legibus ne vllum quidem de modico maiorive pretio fecerint verbum. Quin horum consilium solummodo fuit subuenien di debitoribus, quos vexari magis certum est cum pluris actio vẽditur, quàm cum minoris. Vnde ergo hoc commentum interpretes? cur ita ex professo Imperatorum decisionibus refragantur? nullo præsertim iusto fundamento commoti? cauetur sanè veteri
10 iure in illis titulis de † hæreditate vel actione vendita nomina, & actiones emi & venire posse? cæterum illa iura secundum hæc posteriora acceptum iri quis dubitat? nunquid est nouum, vt priores leges ad posteriores trahãtur? l. nõ est nouum. ff. de legibus præsertim cum ipsæ illæ leges *per diuersas & ab Anastasio*, de quibus mentionem fecimus, aperte significent velle se veteris iuris correctionem inducere. Quid igitur temerè correctionẽ expauescimus, vbi legislator ipsam voluit inducere expressim? an non licet Imperatori veteres leges corrigere, aut immutare? Sed & illud quod
11 lege illa *ab Anastasio* definitũ extat, cessione † partim venditionis partim donationis titulo facta, neque emptorem amplius quàm præstitit, neque donatorem quod reliquum est posse petere: intelligendum pari quoque ratione existimo, quando per venditionem tantummodo cessio facta fuerit, scilicet, vt sicuti emptor non potest amplius petere, quàm præstitit, ita neque venditor quod reliquum est possit petere: tametsi interpretes in contrariam sententiã pedibus ierint, scribentes hoc posteriori casu non prohiberi venditorem quod reliquum est petere, vt est videre apud classicos omnes ibidem, & apud Ant. Gabriel in volu. commu. opin. lib. 2. titul. de actionibus. conclusione 5. Planè cum lex illa ab Anastasio edita solummodo fuerit ad interpretationem legis illius per diuersas, non video quamobrem quod altero casu illa definitum est, ad hãc alteram trahẽdum non sit: quid quod? actione † semel cessa nihil 12
omnino iuris remanet penes venditorem, quo valeat quod superfluum est petere, sicut apparet ex l. venditor actionis. ff. de hæred. vel actione vend. Verum & hoc quod nos modo sentimus, sentire & ante nos antiquorum non nulli, vti memorat Specula. titul. de cessione actionis. §. primo. in quibus Iacobus de Arenis, Petrus & Cynus in eadem lege ab Anastasio: quorum sententiam, & legum ipsarum rationi & rerum simul vtilitati consonantem magis fore pro aris (quod aiunt) & focis contenderim: & rogo si emptor actionis petere potest, quod præstitit,

stitit, venditoriq; quod supereſt, petere quoque conceditur, quod nam beneficium lex illa *per diuersas.* attulerit debitoribus? cum tamen Anastasius illius cõditor debitoribus se prospicere dicat, & illius constitutionem tam humanitatis, quàm beneuolentiæ plenam scribat Iustinianus lege sequenti? Fateamur igitur necesse est autorum interpretamentum ab Imperatorum verbis sensuque longè dissentire, id quod probat non obscurè Authen. minoris. C. qui dare tutores vel cur. possunt. *Nec vero, inquit, is qui cessit agere debet cum in legem commiserit licet cessio pro iustis causis facta sit,* quæ verba adeo aperta sunt, vt nemo merito nostram sententiam verã esse inficiari valeat. Illud tamen ab interpretibus rectissimè traditur,
13 pretium quod † pro cessione datur, oportere reuera numeretur, neque satis esse à venditore accepto latum sit: itaque licet confessio de recepto ipsi cedẽti noceat, debitori vero aduersus quem fit minimè nocebit, sicuti ex ipsarũ legum verbis non semel colligitur, tum ibi, *si quis datis pecunijs huiusmodi subierit cessionem,* tum illic, *nihil amplius accipiat, quàm ipse vero contractu re ipsa persoluit,* fuitque in hac sententia Accursius in dicta l. per diuersas. verbo, *solutarum,* astipulanturque illi, illic Bartol. Paul. & Salycetus: à quibus licet Baldus desciscat, & alij apud Anto. Gabriel in volum. comm. opinio. libr. 2. titul. de actione. conclusione 5. nu. 24. Tamen eorum opinio à reliquis omnibus recipitur, sicuti videre licet apud Corneum consil. 230. lib. 1. & apud Tiraquel. de retract. linag. §. primo. glossa 18. nu. 79. & hanc testatur communem opinionem Suarez allegatione 19. in principio. Indubitataq; hæc sunt, dummodo me
minerimus † hanc pretij solutio- 14
nem non solum probationibus, sed etiam argumentis & cõiecturis posse probari, secundum Angel. consil. 34. & Salyc. in. l. si mater. C. de contrahen. empt. Alex. consil. 18. volu. 3. & Tiraquel. loco modo citato. nu. 89. Castellus in l. 9. Tauri verbo, *la quinta.* & alij quos allegauimus hoc eodem libro. cap. 11. Illud quoque silentio prætereundum non erit, posse cedentem ratione actionũ directarum †, quę illius ossibus adhærét. 15
sicut tradit glossa in. l. 3. ff. pro socio. & in. l. prima. C. de actio. & obligat. etiam post cessionem petere executionem in debitorem exceptis tribus casibus expressis in. l. 3. C. de noua. quæ hanc sententiã nõ obscurè probat, eamq; singularem illic testantur Bartolus & reliqui. Atque idcirco nisi in illis tribus casibus procurator in rem suam reuocari à cõstituente poterit. iuxta glossam in. l. sicut. §. procurator. ff. quib. modis pig. vel hypothe. soluitur. verbo, *exceptionem.*

ptionem. & in. l. quæ omnia. §. planè. ff. de procura. vbi Bald. & Paulus accuratius rem explicant. idẽ Bald. in. l. 3. quæst. 1. C. mand. & in dicta. l. 1. C. de actio. & obligat. & Decius consil. 521. num. 9. volu. 4. & Barto. (quanquàm oscitanter) in. l. si procurator. nu. 2. ff. de condictione ob causam. Illud quoq; neminem fugit cessionẽ fieri deberi, tempore quo pecunia soluitur, alioqui post aliquod interuallum facta nullius erit momenti: cum nulla superfuerit actio, quæ cedi possit. l. Modestinus. ff. de solut. quã bellissimè explanat glossa in. l. Papinianus. ff. mandati. & apud nos quoque. l. 11. titul. 12. Partita 5. Proinde quando cessio præsenti pecunia non fit, cauendum est, ne in cessione de solutione facta mentio fiat, sed potius de solutione facienda. Cætera vero quæ ad cessionis tractatum pertinent, videre licet apud interpretes in. l. prima. C. ne liceat poten. & Abb. in cap. 2. de alien. iudicij mutandi causa facta. Specul. titul. de cessione actionis. Afflictum decis. 74. & peculiarem tractatum Ioannis de Grassis de cessione iuris & actionis volumi. 1. tractatuum.

SVMMARIVM.

1 *ADVERSVS hæredem perinde ac contra debitorem executio locum habet.*
2 *Non satis est creditori probare Titium in quem fit executio filium esse debitoris nisi probet eum esse hæredem.*
3 *Filius agendo tanquam hæres hæreditatẽ adijsse videtur.*
4 *Hæredem quem esse quemadmodum probetur.*
5 *Hæreditate tacente quemadmodum actor sibi cauere debeat.*
6 *Desiderantibus creditoribus potest iudex restringere tempus datum hæredibus ad deliberandum.*
7 *Heres an in carcerem pro ære alieno defuncti detrudi possit.*
8 *Consuetudo in conficiendo inuentario seruanda est.*
9 *Inuentarium vt confici debet nec protestatio de conficiendo sufficit.*
10 *Confecto inuentario tenentur hæreditarij creditores accipere hæreditaria bona in solutum pecunia non supperente.*
11 *Executio aduersus hæredes locum non habet nisi pro hæreditarijs portionibus.*
12 *Siue defunctus contractu, aut testamento cauerit siue hæredes inter se conuenerint, vt vnus ex hæredibus eris alieni onus sustineat adhuc executio nõ nisi pro hæreditarijs portionibus petenda est.*
13 *Si vnus ex hæredibus efficiatur non soluẽdo cæteros non onerat.*
14 *Transactione facta inter hæredem legitimum & testamentarium vterque pro rata parte conueniri debet.*
15 *Aduersus hypothecam in solidum agi potest.*
16 *Etiam si res hypothecæ apud plures extent possessores aduersum vnam rem in solidum agi potest.*
17 *Permultum interest, an creditor executionem pro debito petat, an hypothecaria experiatur.*
18 *Pro censu seu emphyteutico canone aduersum possessorem prædij pro censu obligati facienda est executio.*
19 *Si plures fuerint fundi emphyteutici possessores ab vno in solidum vectigal exigi poterit.*
20 *Pro hodiernis censibus vnusquisque qui possideat rem aliquam censui obligatam in solidum conueniri poterit.*

QVARTA

QVARTA PARS, ADVERSVS quas personas executio locum habeat.

§. Primus. Quando executio aduersus hæredem locum habeat.

NVNC dispiciam aduersus quas personas executio locũ habeat, & in primis sciẽdum est † non solum aduersus debitorem, sed etiã aduersus ipsius debitoris hæredẽ executionem locum habere, sicuti cum alias passim videre est, & probat eleganter. l. ex contractu. ff. de re iudi. Atque si in re manifesta testibus opus sit, tradunt Bartol. Paul. & Alex. in. l. postulante. ff. ad Trebel. Suarez extensione 1. ad legem Tolet. Anto. Gomez in l. 64. Tauri. constare tamen debet ipsum esse hæredem, vel à principio executionis vel certè intra oppositionis tempora, sicuti nostrates loco pximo tradunt, & Auenda. titul. *de las excepciones*. nu. 24. Sed neque satis quidem erit creditori probare, eum aduersus quẽ executionem intendit esse debitoris † filium, nisi quoque probet eum esse hæredem secundũ Paulum de Castro in. l. 2. ff. de cõdict. furtiua. & Guilielmum Bened. in cap. Raymuntius. verbo, mortuo. 2. nu. 87. Nam licet glossa in Authen. vt ij quibus obligatas perhibent habere se res minoris. colũ. 3. verbo, *parentes, collatione 6.* voluerit in suis hæredibus hoc necessarium non esse, sed præsumi eos esse hæredes, & sequatur eam Baldus in l. apud hostes. ff. de suis & legitimis hæredibus, & alij apud Tiraquel. de vtroque retract. glossa. 9. nume. 51. & testetur communem vltramontanorum Angelus de Suitate quæst. 9. numer. 6. Verùm plerique in contrariam sententiã pedibus ierunt, quin & ipse Accursius (parum sibi constans) contrarium scripsit in. l. necessarijs. verbo, teneantur. ff. de acquir. hæredit. & illic sequuntur Barto. & reliqui præsertim Alex. qui testatur communem. idem facit Iason in. l. ei qui. nu. 1. ff. de acquir. hæredita. & Viglius in. §. fuit. nu. 8. Inst. de hæredum qualit. & differ. Imola in. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matrim. & magis communem testatur Socinus cõsil. 61. volu. 1. & communem quoque affirmat Ant. Gomez de vltimis volun. capit. 9. nu. 25. Qui tamen id singulariter intelligit locum habere quando † filius conuentus à creditoribus non comparet in iudicio vel negat se hæredem, aliter atq; si iudiciũ subeat & offerat se liti, nam tum videtur se hæreditati immiscere, atq; gerere re se pro hærede, quę Baldi fuit sententia in. l. prima. C. de legat. columna finali. Hæredem autem quem esse quemadmodum † probauimus? & palàm est hæredem eum esse, qui hęreditatem adiuit, illive se immiscuit (*item scias verbum adeundi ad extraneos, immiscendi vero ad suos pertinere textus & glossa in. §. extraneis. & §. fin. Inst. de hæred. qualita. & differ. l. at si quis. §. plerique. ff. de relig. & sumpt. funerum.*) adijsse vero vel immiscuisse se videtur is, qui gerit se pro hærede (hoc est qui aliquid facit quasi hæres). l. pro hærede. numer. 20. & l. gerit. numer. 87. ff. de acquir. hæredita. vbi Bartolus ex more cõmodissimè tractat, per quos actus hæres adijsse videatur, proinde ingratum fecerim illius si dicta repeterem, tantũ quod ad nostrum ius Regium attinet, addere poteris. l. vndecima. titul. sexto. Part. sexta. vbi Gregorius quoque luculenter rem explicat. Hæc vero cum est hæres qui hæreditatem adiuit, sin vero † hæreditas iacæat, desiderantibus creditoribus datur vocatis ad hæreditatem tempus, intra quod adeant, vel repudient. l. prima. §. sanè. ff. de success. edict. l. si curatoris. C. de iure deliberandi. ij ergo si hæreditatem adeant, expedita res est: sin verò taceant habentur pro adeuntibus vel repudiantibus, prout creditores maluerint. l. fina. §. sin autem. & illic omnes classici. C. de iure delibe-

ran. Cæterùm si repudient datur curator bonis vt in. l. secunda. ff. de iura bonis dãdo. & in. l. si diu. ff. ex quibus causis in possess. eatur. Gregor. Lopez in. l. 12. titulo secundo. Parti. 3. verbo, *no valdria*. Capicius decisio. 87. Posse autem hoc casu (scilicet cum creditores agunt) iudicem restringere † tempus ad deliberandum hæredi à lege datum placuit Baldo in Rubrica. C. de successorio edicto, cuius sententiam testatur illic magis cõmunem Iason nu. 4. & Greg. Lopez in. l. 2. titul. 6. Parti. 6. verbo, *alomenos*. tradit & Palac. Ruui. in repeti. rubri. §. 66. numer. 3. Quæ quidem locum habent, etiã quando is qui ad hæreditatem vocatur, est suus hæres: nam adhuc eo non se immiscente dicitur hæreditas iacere, & dandus est curator bonis. sicuti aduersus Baldum tenent Paul. & Alexand. in. l. cum hæreditas. C. depositi. & Padilla in. l. si emancipati. C. de iuris & facti ignorantia. & alij quos paulò antè citauimus. Adeo vero executio aduersus hæredem non secus ac aduersus ipsum defunctum locum † habet, vt perinde ac ipse defunctus æquè & ipsius hæres in carcerem pro debito hæreditario detrudi valeat, sicuti cõsentientibus reliquis scribit Bart. in. l. postulante. ff. ad Trebel. & Iason in. l. diuortio. §. interdũ. nũ. 6. ff. solut. matr. Ant. de Canario de instrumẽti execut. quæst. 30. Boerius

rius, decis. 10. Suarez extensione prima. ad leg. Toleti nu. 1. Anto. Gomez in l. 64. Tauri. nu. 5. Meminerimus tamen id locum non habere, quando hæres cõfecit inuentarium, nam tum in carcerem pro debito hæreditario detrudi non debet, vt voluere Bart. Bald. Paul. Raphael Cuma. & Iason, & reliqua autorum turba in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan. & Angel. de Gambelio. in tracta. de testam. glossa 112. nu. 11. & Auend. titul. *de las excepciones.* nu. 25. Quod bellissimè declarando Baldus in dicta. l. fin. §. etsi præfatam, ait, si hæres monitus à iudice vt soluat, nihil respondeat, neque beneficium inuẽtarij alleget, posse iure in carcerem detrudi: relaxãdum tamen esse, si postea inuentarium fecisse doceat. In con-
8 ficiendo vero† inuentario multa esse necessaria apparet ex illa lege finali. C. de iure deliber. atque ex l. 7. titulo. 6. Parti. 6. quanquàm si consuetudo aliam formam introduxerit (puta sicuti hodie apud nos obseruatur, vt apud iudicem & tabellionem omissis cæteris solennibus inuentarium fiat) satis erit eam formam àconsuetudine introductam obseruari, sicuti scripsere Bald. Paul. & Iason in dicta l. fin. C. de iure delib. & Guid. Papæ in peculiari tractatu de forma inuentarij. nu. 9. & Capicius decisio. 107. & Gregor. Lopez in l. 15. titul. 16. Parti. 6. & in l. 99. titu. 18. Parti. 3. Montaluus in l. 2. verbo, *Alcalde.* titul. 7. lib. 3. fori. Dueñas Regula 187. nu. 15. Blandiuntur autem sibi non mediocriter, qui nullo confecto inuentario satis esse putant protestari se adire hæreditatem † cum beneficio inuentarij: cum re non dicto inuẽtario confici debeat, vt in Authen. de hæredibus & falcid. §. sancimus. Iſiusmodi ergo protestatio proderit tantum, si postea intra legitima tempora inuentarium fiat: sin autem non fiat, nullius omnino momenti erit, tam magnum autem inuentarij commodum est, 10
vt confecto inuentario † teneantur creditores hæreditarij accipere in solutum hæreditaria bona pecunia non suppetente, vti probat bellissimè textus in dicta. l. fina. §. etsi præfatam. C. de iure deliberan. & illic annotant Paulus & Iason, Porcellinus quoque in libello de inuentario, quæstione 7. numero tertio. Quinimo scribit singulariter Iason in dicto. §. etsi præfatam, cogendum esse creditorem hæreditatis accipere in solutum hæreditaria debita, neque teneri hæredem illa exigere, sed exigat creditor ipse, si velit, quod an verum sit, definire mihi modo non vacat. Cæterùm, vt ad viam ex hoc diuerticulo reuertamur, ità intelligendum est executionem aduersus hæredem locum habere, vt tamen si plures hæredes extiterint † non in solidum 11
aduer-

aduersus quemlibet executio petatur, sed aduersus singulos pro hæreditarijs portionibus, cũ iam olim antiquissimo illo duodecim tabularum iure comparatum sit, vt in hæredes ipso iure scindantur actiones, sicuti eum aliàs passim videre est, tum in l. prima. C. si certum pet. & in l. pro hæredita
12 rijs. C. de hæred. actio. Adeo quidem, vt siue defunctus, aut testamento contractuue cauerit, siue hæredes inter se † cõuenerint, vt onus æris alieni alter ex hæredibus sustineat, nihilominus creditor aduersus hæredes omnes experiri debeat. l. seruo legato. nu. 72. §. si testator. ff. de legat. 1. l. si filia. §. si pater. ff. famil. hercis. l. si cogitatio. C. eodem titul. l. pacto successorum. C. de pactis. Barto. in l. continuus. §. fin. ff. de verb. oblig. num. 9. Parum dixi, quinimo etsi
13 quispiam ex hæredibus efficiatur non soluendo †, cæteros non onerat, neque aduersus alios dabitur creditori regressus, sicut bellissimè scriptum reliquit Franciscus Aretinus in l. 2. §. & harum. ff. de verb. oblig. col. 2. & assentiuntur illi reliqui, & probatur bene in l. fi. C. depositi. & in l. 3. ff. de alim. & cibarijs leg. sequitur etiam ex nostratibus Ant. Gomez alios referens in comment. titul. de indiuiduis. nu. 3. Proinde si controuersia inter legitimum & scriptũ hæredem orta tranſactiõe sopita fuerit, vterque de ære alieno pro parte hæreditatis quæ † sibi trãsactio 14
ne obtigit conuenietur. l. contro uersia. ff. de transact. quam singularem prædicat Iaſ. in l. 2. C. de pactis. nu. 3. Hæc vero regula (vt hæredes proportionibus hæreditarijs conueniri debeant) nonnullas patitur exceptiones, quas refert glossa in dicta. l. pro hæreditarijs. C. de hæredi. actio. & illic prosequuntur reliqui classici, alias etiã septem adijcit Ripa in l. 4. §. cato. ff. de verb. oblig. & aliam Afflict. decis. 332. nu. 2. Ex quibus omnibus vnam tantum quæ foro magis assidua est, attingere hoc loco placuit. Hæc est quando pro debito pignus †, aut hypotheca data 15
est, nam tum in creditoris potestate positum est, an pro rata aduersus singulos hæredes personali actione experiatur, an aduersus pignus vel hypothecam habentem in solidum agat textus apertus in dicta. l. pro hæreditarijs. C. de hæred. actio. l. si necessario. §. si vnus. ff. de pigno. actione. l. creditoris. ff. de distractione pignorũ: adeo vt si pignus aut hypothecam plures teneant hæredes, non aduersus omnes viritim, seu pro rata, sed aduersus vnum ex eis in solidum agere possit creditor: cũ pignoris ius non personam obliget, sed rem sequatur textus elegans in l. fi. C. si vnus ex plurib. hæred. tradit Barto. in dicta. l. creditoris. ff. de distract. pign. & Suarez ad legem Toleti, limitatione 1. nu. 14.

16 Tantũdem iuris erit †, si nõ apud hæredes, sed apud plures singulares possessores pignus extet, iuxta glossam in.l.moschis.verbo, possessorem. ff. de iure fisci. quam illic sequitur Barto. sequitur etiam & Iason in. §.item si quis in fraudem.nu.128. Inst. de actio. Anto. Negu.de pigno.8.parte, memb.1. nu.50. Matth. de Afflictis in constit.Neapolit.libro.1.Rubrica 17. nu.26.Hippolyt.singul.390. Et vera hæc sunt quando creditor hypothecaria experitur, quid vero si pro debito executionem petat? in
17 ter hæc enim permultũ † interest, siquidem qui hypothecariam intendit illud petit rem pignori nexam sibi restitui, vt eam teneat donec debitum sibi exoluatur, Bart. in.l.fin. C.si vnus ex pluribus hæredi. & in.l.rem alienam.nu.12.ff. de pign. actione. Angel. Iason & reliqui in. §.Item seruiana. Instit. de action. At cum pro debito executio petitur, non hypothecaria, sed personalis magis actio intenditur, textus & ibi glossa verbo, *persecutione*.in.l.sicut in rem.C.de præscript.30.vel 40.anno. Angel. in.l.à Diuopio.§.sentẽtiam. ff.de re iudic. Suarez ad legem Tolet. quæst.5. nu. 11. & alij alias crebro. Cum ergo pro debito executio postulatur, consequens est dicere aduersus omnes hæredes pro hæreditarijs portionibus, non aduersus res hypothecæ tenentem in solidum faciẽdam executionem esse, iuxta textum in dicta.l.fina. C.si vnus ex pluribus hæredibus. atq; l. prima. C. si certum peta. & l.secũda.C.de hæred.actio. Dum modo meminerimus † pro censu 18
aut vectigali, seu emphyteutico canone aduersus possessorem rei censui obligatæ faciendam executionem esse, vt in.l.fin.C.sine censu vel reliquis. l. Imperatores. ff. de publi. & vectig.l. hactenus.ff. de vsufruct. Speculat.titul.de emphyteusi. §. primo. nu. 109. Paul. de Castro in.l.quidam existimauerunt.ff.si certum peta. quinimo si 19
plures fuerint fundi † vectigalis possessores, qui illum sine domini consensu diuisere, ab vno in solidum vectigal seu emphyteuticus canon exigi poterit secundũ Afflictum decis. 153. & probatur nõ obscurè in. l. communi diuidundo. ff. commu.diuid.& in.l. cum possessor. ff. de censibus. Et quoniam nummarij isti census (*quidolim apud maiores nostros vix cognita erant, hodie vero (vt omnia in peius ruere) plusquam noctuæ Athenis frequẽtiores sunt*) contractus istius censualis instar habeant: æquè probãdum est vnũquemq; † possidẽtem 20
rem censui specialiter obligatę in solidũ ad census solutionẽ teneri. Quãuis enim placuerit nõnullis in istiusmodi contractus genere pro rata possessores teneri, in quibus Guid.Pap.quæst.432. & Cassaneus in consue.Burg.Rubr.5.§.secundo.nu.37. Rupellanus forensium

sium institu.libr.1. cap.10. & Couar.libr.3.Variarum cap.7. nu.7. Verum contraria sententia, & verior & crebrior est, sicuti fidem faciunt Vallascus Lusitanus de iure emphyteu.quæst.32.nu.15. & Dida.Perez in.l.prima.titul.2. lib.8. ordin.glossa prima.qui ijdem eodem nos vti iure testantur: neque nobis negotium facessit textus in cap.constitutus.de relig.dom. nã illic (si attentius animaduertimus) pensionis solutio in diuersos non diuiditur possessores, sed ab vno potius duntaxat exigitur monasterio, atque tantum pro rata fit condẽnatio ad taxãdos redditus qui ecclesiæ de qua lis erat, contingebant, perinde ac in.l.fin. C.de debitor. ciui.lib.11. Non ergo ex illo textu sat congruum ad hanc (quam agitamus) quæstionem sumitur argumentum. Vi-
21 detur autem his casibus † non absurdè dici posse, eum qui solidũ soluit rectè desiderare, vt creditor sibĩ cedat actionibus aduersus cæteros rerum hypothecarũ possessores, vt pro rata aduersus eos experiri valeat: perinde ac in fideiussoribus obseruari manifestum est, de fideiussione enim ad hypotheeam validum est argumentum.l.si legati. ff. de pignor. Iason in.l. prima. ad finem. ff. de legatis primo. Sylua nuptia.libro primo numer.222. & hanc probat sententiam non obscurè videtur.l.Imperatores.ff.de public.& vectig. Sed longè magis singularis est magisque apertus in dicta l.cũ possessor.ff.de censibus: is autem cui iure cessæ sunt actiones, aduersus possessores agẽdo suam debet ratam partem, quæ sibi ex toto debito contingit deducere, vt tradit Speculator titul. de cessione actionis.§.primo.nume.27. & Capicius decis.51.num.8. Atq; hoc pacto fit, vt alio possessore alium per vices conueniendo demum vnusquisque pro sua tantum rata parte oneretur, sicuti de fideiussoribus agẽtes exactius nos explicauimus superius. 4. parte. §. tertio. eoque spectare videntur verba illius legis cum possessor. ff. de censibus.

SVMMARIVM.

1 *Aduersum eum qui pro possessore hæreditatem possidet executio competit.*
2 *Aduersus fideicommissarium vniuersalem, atque omnium bonorum legatarium executio datur.*
2 *Aduersus fiscum qui defuncti bona occupauit executio datur.*
Aduersus monasterium qui religiosi bona possidet executio datur. ibidem.
3 *Aduersus testamentarios executores cum anima hæres relicta est executio datur.*
4 *Aduersus mulierem quæ communes coniugij fortunas agnouit executio datur.*
5 *Aduersus emptorem hæreditatis executio non datur nisi quando venditor soluendo non est.*
6 *An aduersus donatarium omnium bonorum executio competat.*
An aduersus filium cui melioratio relicta est executio detur ibidem.

7 *Aduersus Vsufructuarium, an executio detur.*

8 *Vsufructuarius retinere potest hæreditaria bona donec restituatur sibi æs alienũ quod pro hæreditate soluit.*

Quartæ Partis.

§. Secundus. Quando executio locum habeat aduersus illos, qui hæredis vices sustinent.

ET quoniam de hærede dictum est, num videamus oportet de ijs, qui hæredis vices sustinent. Cum ergo aduersus hæredem executionem † demus, consequenter, & aduersus eum qui pro possessore hæreditatem possideat executionem dari dicendum est. l. regulariter. ff. de petitione hæredi. l. fin. C. eodem titul. l. controuersia. ff. de transactionib. Paul. de Castro in l. cum debitoris. C. de iudicijs. & (vt paucis dicam) generaliter dari dicendum est aduersus omnes, qui hæredis loco habentur: vt puta aduersus fideicommissarium vniuersalem, vt in l. prima. §. primo. ff. ad Trebellianum. Ac contra legatarium † omnium bonorũ. l. nam quod. §. vltimo. cum lege sequenti. ff. eodem titulo. Item & aduersus fiscum, qui delinquentis bona occupauit. l. si marito. ff. soluto matrimo. Duenas regul. 277. Ampliat. 41. æquè & aduersus monasterium, qui vniuersa religiosi bona possidet, executionem dari est, argumento glossa in l. si peculium. ff. de peculio. & tradunt illic reliqui, & Decius consilio 330. volumi. tertio. & Baldus in l. secunda. C. de hæred. vel actione vend. Barto. & reliqui in Authen. ingressi. de sacrosanct. eccles. Sic etiam & aduersus executores testamentarios quibus bonorum omnium† distributio commissa est (puta quia hæres anima relicta est) executio locum habet Bartol. in l. hæreditas. 2. ff. de hæred. instituend. Baldus in l. liberis. C. de nostratibus liberis. Castellus in l. 32. Tauri, verbo, *causas pias*. Alexander consilio 98. volumi. secundo. distinguit latius Bartolus ipse in l. firmio. §. primo. ff. quando dies legat. vel fideicom. cedat. Non aliter etiam & aduersus mulierem quæ † communes matrimonij fortunas agnouit, pro virili parte executionem dari scribit Palac. Ruuius in repetitio. rubricæ, de donat. §. 66. nume. 71. & sequitur Auendanus respõso 20. eodem pertinent, quæ affert Bartolum. l. eandem. ff. de duob. reis. & Decius consilio 324. volumi. secundo. Porrò contra† emptorem hæreditatis executio non datur: nisi quãdo venditor soluendo nõ fuerit. l. secunda. C. de hæred. vel actione vend. l. planè. numer. 97. §. si quis rogatus. ff. de legatis primo. l. 2. C. de pactis. vbi Iason & reliqui effusius rem agitant. Idem in donatario probare videtur. l. hęreditatem. ff. de donationibus. & tradit Decius consilio 237. numero sexto. volumine secundo. & communem testatur Benedic. in cap. Raynuntius. verbo, cætera bona. nu. 46. & sequen. & Couar. lib. 2. Varia. cap. 2. nu. 4. & Guid. decis. 105. Aduersus eum quoque executionem locum non habere placuit Auphredio in capella Tolosana quæst. 386. & Abb. consil. 102. libr. 2. Potest sanè donatarius hypothecæ conueniri cum bona hypothecæ nexa sunt, vt tradit Guid. Pap. dict. decis. 105. & 460. Verũ eo casu non executiua, sed ordinaria via agendum esse constat pignoratitia, scilicet actione, ac prius principali excusso debitore iuxta Authen. hoc si debitor. C. de pigno. & tradũt Abb. & Decius locis modo citatis, & Pynellus in l. 2. C. de rescind. vendi. 2. parte, cap. 1. nu. 32. & Celsus cons. 13. nu. 22. & cæteris omnibus eam rem luculentius tractat Boerius decis. 204. nu. 41. cum sequen. qui vidẽdus omnino est, nam ad hoc argumentum, quod tractamus, multa & illa scitu quidem digna congerit quæ nos ne rem actam agamus prudentes omittimus accipienda sunt, & hæc nisi donator nullum alium hæredem reliquerit, quia tum aduersus donatarium, & personali & executiua via agi poterit, secundum Guido. & Benedict. locis modo citatis.

Item aduersus filium cui à patre trientis, aut quincuncis factum est prælegatum, siue melioratio executio pro virili parte dabitur iuxta l. 21. Tauri, quæ est hodie l. 5. titulo. 6. libro. 5. Recopilationis. quam præter scribentes ibidem adamussim expendit Couar. Variar. resolut. libr. 2. cap. 2. & Molina de primogenitis libr. 1. capit. 8. nume. 16. & cap. 10. nu. 13. & Ioan. Garsias de expensis. cap. 16. nu. 7. Sed de vsufructuario videamus, an aduersus† eum executio locũ habeat? & tractat id Bartolus in l. fin. ff. de vsufruct. lega. & Decius consil. 90. 356. 485. 590. & 620. & Aymon consi. 187. & Ioannes Durandus de arte testandi. titulo. 6. cautela 42. & Couar. libr. 2. Variarum cap. 2. qui verbosius rem persequuntur, tradit etiam Guilliel. Benedict. verbo, cætera bona. nume. 41. & Ioan. Garsias de expensis capit. 11. numer. sexto. In summa vero sic se res habet, aut relinquitur vsusfructus certæ rei, seu rei singularis, puta fundi, & vsufructuarius ad æris alieni solutionem non tenetur, ex omnium scriptorum sententia quæ manifesto probatur in. l. fin. ff. de vsufruct. leg. Aut vero relict' est vsusfructus omniũ bonorũ seu quotæ hæreditatis, & tum (*vt omnes quot quot hic insurgere possunt difficultates citra negotiũ tanquam Lydio lapide superare valeas*) sic velim tecũ reputes hoc es alienũ ex ipsius hęreditatis

bonis omnimodo deducendum esse, sicuti apertissimè definit Iurisconsultus in dicta.l.fin.ff. de vsu fructu lega. & in.l.vsufructu. nu. 69.ff.ad legem Falcid.& Imperator non minus apertè in.l. fina. §. sinautem æs alienum.C.de bonis quæ liberis. Hoc igitur cognito apparet aduersus hæredem, seu hæreditaria bona non aduersus
7 vsufructuarium† executionē esse petendam: potest itaq; hæres conuentus hæreditaria bona ad executionem nominare, ac petere vt ea ad æs alienum dissoluendum distrahantur, atque ita, & hæres, & vsufructuarius iuxta de damno certabunt. Hæc fuit bellissima Pauli de Castro sententia Bartolum reprobantis in.l.fin.5.sinautē æs alienum.C.de bonis quæ liberis. & consil. 387. Paulum autem amplectitur Alex. in dicta.l. vsufructu. ff. ad legem Falcid. & Ias. in.l.prima.§.primo.num.12.ff. ad Trebell.2. prælectione, & deniq; Pauli opinionem aduersus Bartolum communē esse testatur Alexan.in.l.si filio.§.si vir.ff.solu. matri. & Decius consilio 485. & alij apud Couar.libr.2.Varia. capit.2. nu.4. & Viuiū in volu. cōm.opinio.lib.19. verbo, *vsufructuarius cui vsusfructus*. Porrò si vsufructuarius
8 (ne bona distrahantur) æs† alienū soluat scribit Bart.in dicta.l.fina. ff. de vsufruct.legato. posse postea extincto vsufructu retinere hæreditaria bona, donec quod soluit, sibi restituatur, Bartoli autem sententiam sequitur Guliel.Bened. in cap.Raynuntius.verbo,cætera bona.nu.43. in camq; procliuior sum, minusq; mihi placet, quod Couar.scribit eam non satis iure probari, nam cum æs alienum (vt diximus) ex rebus hæreditarijs deducendū sit, cur non iustè vsufructuarius petet, quod vtiliter in hæreditatis commodum gesit? l. quæ vtiliter. §. Titius. & l. cum pecuniam.ff.de neg. gestis. tradunt Barto. Ias. & reliqui in.l.idem Iulianus.§.hæres. ff.de legat.1.

SVMMARIVM.

1 *Aduersus tutorem seu curatorē pro debito minoris executio locum non habet.*
2 *Cum tutor tutorio nomine se obligauit, an aduersus illum executio locum habeat.*
3 *Institor nomine domini obligatus finito officio non conuenitur.*
4 *Procurator qui in rem domini obligatus est, an finito officio teneatur.*
5 *Aduersus alterum ex socijs ac in bona societatis quando agi valeat.*
6 *Decuriones pro Vniuersitate obligati quēadmodum teneantur.*

Quartæ Partis.

§. Tertius. Quando executio habeat locum aduersus eos qui rem debitoris gerunt.

SVperest, videamus quādo executio habeat locum aduersus eos†, qui 1
rem debitoris gerunt. Et primum videamus, an aduersus tutorem (idem de curatore dictum puta) pro debito pupilli executio locū habeat: & executionem aduersus eum locum non habere ostendit l.1. C. quando fiscus vel priua. & l.si se non obtulit.§.si tutor. ff. de re iudi.l.1. C. quando ex facti tutoris.l.2.ff.de adminis.tuto.& illic tradunt classici omnes, & Speculator titul.de reo.§. primo. nu. 18. quanquam si bona pupilli habeat tutor, atq; ea non exhibeat, vt pignori capiantur, iure in carcere detrudi poterit, donec ea exhibeat: vt scribit Bald.in dicta.l.1. C.quādo fiscus vel priua. & vterque Angelus, scilicet, Perusinus, & Areti.ille in.l.si vacantia.C.de bonis vacantibus.libr.10.hic in.§. fin.nu.2.Instit. de actionib. Quid vero si tutor in rem pupilli se obli
2 gauit† an finito officio teneatur? & interest an tutorio nomine an proprio cauerit, nam priori casu non aduersus illum executio locum habebit, in posteriori diuersum erit, iuxta textū & illic glossam in.l.post mortem. §.tutor. ff. quando ex facti tuto. vbi Bartol. exactius distinguit, tradit etiam ex nostratibus Auend.titul. *de las excepciones*.nu.25. Sic etiam & institor (vulgo factor appellatur) no
3 mine† domini cauens finito officio non tenetur, vt ostendit Iurisconsult.in.l.fin.ff.de instito.actione, secundum Bartoli interpretationem in.l. procurator qui pro

euictione.ff.de procurato. & in.l. & an eandem.ff.de duobus reis, à quo licet dissentiat Paul. de Castro, verum Bartoli opinionē amplectitur Laudensis de officialibus dominorum conclusione 85. & affirmat communem Alexan. consil.28.volu.6.nu.5. Quin scribit Angel.in.l.eandem.ff.de duobus reis. licet institores in mille literis seu nominibus (quas obligationes appellamus) scribant se debitores esse, non ideo magis tenebuntur, quia videntur institorio nomine non proprio se obligare, Angelum vero sequitur Decius consil.510.nu.5.volu.4. De procuratore vero, qui in† rem domini 4
obligatus est, an finito officio teneatur, vide textum in.l. procurator qui pro euictione. ff.de procuratorib. & Bartolum illic sedulò distinguentem, & glossam in cap. aduersus.verbo,intra de immun. eccles. & prosequuntur effusè Socinus consil. 2. volu.2. & Boerius decisio.273. Sed & quando ex cōtractu socij agi possit aduersus alterum† socium vel in bona socie 5
tatis executio peti possit tractat Bartolus in.l.eandem. ff. de duobus reis. & Decius consil. 98. volumi.1.numer.12. & classici omnes in.l.si vnus ex argentarijs.ff.de pactis. Quid ergo de senatorib⁹, seu decurionum ordine se pro ciuitate† obligātibus? tractat hoc Auē 6
danus consilio 34. sed vt certius, ita & breuius quæstionem hanc

absoluit Iurisconsultus in.l. ciuitas. ff. si certum peta. in hæc verba. *Ciuitas mutui datione obligari potest, si ad vtilitatem eius pecuniæ versa sunt: alioqui ipsi soli qui contraxerunt non ciuitas tenebuntur.* Si igitur in vtilitatem Reipublicæ contracta est obligatio, in bona Reipublicæ facienda executio est: sin minus in ipsos decuriones, id quod probat etiam.l.si is qui bona.ff.de pignor. & illic tradit Ripa, & Dominus Padilla in. l. præses. C. de transactionibus.

SVMMARIVM.

1 *CVM in minorem facienda est executio ante omnia dandus est ei curator.*
2 *Curatorem ad litem minor ipse nominare debet.*
3 *Cum infante agi non potest nisi tutorem habeat.*
4 *Cum infans tutorem non habet quemadmodum creditor sibi consulere valeat.*
5 *Minor an pro debito detrudi in carcerem valeat.*

Quartæ Partis.

§. Quartus. Quando aduersus minorem executio petitur, quid obseruandum sit.

1 ILLVD neminem fugit, si in minorem faciẽda fuerit † executio dandum ei ante omnia curatorẽ esse. l. non ideo minus. C. de procura. l. clarum. C. de auto. prælat. l. fina. §. sin autẽ in secũdo. & illic glossa. C. de bonis quæ liberis. capit. fin. de iudicijs. in. 6. & illic Archidia. & Ioan. Andr. & Specul. titul. de curatore. §. vt autem. in principio. quem quidem † curatorem 2
minor inuitus accipere debet, vt in. §. primo. Instit. de curat. l. prima. C. de curatore in litem dando. Alex. consil. 122. volu. 1. Erit autem curator is, quem minor ipse elegerit, vt in. l. tertia. ff. qui petãt tutores. l. prima. C. eodem titulo. l. mutus. §. is qui. ff. de procurat. l. qui habebat. §. si pupillus. ff. de tutelis. Quod si minor in eligendo cesset, vel is quẽ elegerit suscipere curationem recuset, iudex suo fungetur officio, vt Imperator inquit in dict. l. prima. C. qui petant tutores, & tradit Accursius in. l. si minor. verbo, inueniat. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. quod notatu dignum dicit Baldus in dict. l. prima. C. qui petant tutores. Hæc vero de minore qui maior est septennio †, de infante 3
vero diuersa causa erit, huic enim curator ad litem dari iure non potest, sed dandus ei necessario tutor est, alioqui irritum fuerit iudiciũ, sicuti non obscurè ostendit Iurisconsultus in. l. qui habent. §. si pupillus. ff. de tutelis. & licet textus ille loquatur quando minor agit cum suo tutore: verum & idem esse quando agit cum alio, sentit illic Accursius, & placet Alexandro dicto consil. 122. numero tertio. volu. primo. & Ioan. Andr. apud

apud Speculatorem titul. de reo. §. primo. verb. autoritate, necnon Afflicto decisione 262. Maranth. in speculo 418. distinctione 16. numero 36. Quid ergo si infans tu-
4 torem † non habeat, quemadmodum sibi consulet creditor? Quæritur id apud Ioannem Fabrum in. §. primo. Inst. de curatorib. & ait duobus modis posse sibi consulere, altero adeundo iudicem, vt tutorem det infanti, vt in dicta l. prima. C. qui petant tutor. altero citando in ius propinquos infantis, vt illum defendant, illisque detrectantibus id facere, petendo, vt in possessionem bonorum infantis immittatur, ex l. hæc autem. §. primo. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. Facilius tamen huic difficultati prouidet Bald. in titul. de milite vassallo, qui contumax est in vsibus feudo. numer. 19. ait enim ex Bartoli sententia, si bona infantis peritura essent, vel graue immineret æs alienum, nec reperiretur, qui infantis velit tutelã suscipere, posse iudicem ex consilio propinquorum dare curatorem liti: Baldum vero sequitur Marantha in speculo loco citato, & quanquàm (vt & Baldus ipse fatetur) nulla lege id clare probetur, sed è contra. §.
5 ille. *si pupillus* refragetur †, tamen id rerum vtilitati consentaneum magis videtur, & pontificio iure receptum esse, ostendit textus in capit. secundo. de iudicijs. in sexto. Minor autem an pro debito conijci possit in carcerem diximus. 5. parte. §. sexto.

SVMMARIVM.

1 *ADuersus tertium possessorem executio regulariter locum non habet.*
2 *Tertius possessor dicitur qui non est hæres vel successor debitoris ex asse vel ex parte.*
3 *Satis est tertio possessori suam probare possessionem neq; necesse est titulũ ostẽdere.*
4 *Executio locum habet cõtrà tertium possidentem rem titulo nullo.*
5 *Aduersus tertium possidentem rem emphiteuticã executio locum habet pro canone.*
6 *Aduersus tertium rem litigiosam possidentem executio locum habet.*
7 *Litigiosa res quando dicatur.*
8 *Authentica de litigiosis explanatur.*
9 *Siue actione in rem siue in personam siue de re ipsa siue de quo alio iure agatur executio locum habet contra rem litigiosam possidentem.*
10 *Executio locum habet aduersus tertiũ qui contractu simulato possidet.*
11 *Simulatus contractus quemadmodũ differat à contractu in fraudem facto.*
12 *Aduersus tertium qui rem deposito vel cõmodato possidet executio locum habet.*
13 *Creditor cui res locata pro debito addicta est stare non tenetur conductum.*
14 *Executio an locum habeat aduersus tertium qui dolo rem adeptus est.*
15 *Titulus de ijs quæ in fraudem creditorum est accipiendus quando nulla lite mota in fraudem facta est alienatio.*
16 *Clausula de non alienando adiecta hypothecæ efficit vt ius exequendi aduersus tertium possessorem transeat.*
17 *Hypothecæ generali adiecta clausula de non alienando domini alienationem impedit.*
18 *Cum executio fit in re data hypothecæ cum clausula de non alienando necessaria non est executio.*

19 *Cum*

29 Cum executio fit in hypotheca cui adiecta fuit clausula de non alienando satis est ipsius rei possessorem citare.

20 Aduersus tertium qui non habuit titulum à debitore executio locum non habet.

21 Creditore probãte hypothecam fuisse apud debitorem tempore obligationis præsumitur tertiũ possessorem ab ipso debitore causam trahere.

Quartæ Partis.

§. Quintus. Aduersus tertium executio quando locum habeat.

ILLVD meminisse oportebit aduersus tertium possessorẽ, seu singularem † successorem executionem locum non habere: siue ea ex re iudicata siue ex contractu guarẽtigio petatur. l. prima, & secunda. C. quibus res iudica. non noceat. l. sæpè. ff. de re iudi. l. nam postea. §. fin. ff. de iure iuran. l. si superatus. §. primo. ff. de pign. l. prima. §. primo. ff. de pign. actione. l. prima. §. primo. ff. de litig. l. & ad eandem. ff. de exceptio. rei iudic. Bald. in. l. fin. C. si vnus in pluribus hæredibus. & in. l. secũda. C. si aduersus credit. long. temp. præscriptio opponatur. Bart. in. l. tertia. C. de pigno. num. 10. Alexan. & Iason in. l. prima. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebell. Bald. nouellus de dote. 6. parte, priuilegio 7. num. 3. Decius consil. 198. volu. 1. nu. 5. Sed quid multis in re tam aperta? est enim ea communis interpretum omnium sententia moribusque esse receptã quotidianus forensis vsus satis vbiq; demonstrat. Tertium autem possessorem accipere † hoc loco debemus eum qui non est hæres vel successor ex asse vel ex parte (quã quotam neoterici vocant) illius in quem ius exequendi principaliter competit, sicuti ex superiorũ autorum documentis apertè datur intelligi, & probatur in. l. quædam. §. fina. ff. de edendo. & in. l. hæreditatem. ff. mandati. atq; in §. legatarijs. Instit. de legatis. & in l. fin. ff. de contrahen. emptione. & tradit Balbus de præscriptionibus. 3. parte, quæst. 12. nu. 1. Habet autem regula supradicta locum, non tantum si ex actione personali agatur, sed etiam si ex actione reali, vt constat ex Bartolo in dicta. l. tertia. C. de pigno. Ex quo apparet huius regulæ nõ eam esse rationem, quam putauit Suarez loco superiori, quoniam personalis obligatio non sequatur singularem fundi possessorem: sed ea quidem qua generaliter traditur, rem inter alios actã alijs præiudicium non afferre, vt in Rubrica. C. res inter alios acta. & l. sæpè. ff. de re iudic. & l. si vnus. §. si ante omnia. ff. de pactis. & aliàs sæpè. Est etiam hæc amplianda conclusio, vt sufficiat quidem tertio possessori † suam probare possessionem, neque habeat necesse titulum docere, quo possideat, cum ex possessore titulus præsumatur, tantumque illum allegasse sufficiat, sicuti in hac specie tradunt Bart. Paul. Alexan. & Iason in dicta. l. à Diuo pio. §. si superrebus. & Couar. pract. quæst. cap. 16. nu. 4. E re tamen erit, vt nõnullas exceptiones, seu limitationes subiũgamus, magnum enim nobis ex ea re manebit operæpretiũ: quippe quæ res sit permultum quotidiana & foro assidua. In primis igitur regula hæc locum non habet, quando tertius † is possessor possideret rem titulo nullo ac lege reprobato, nam eo casu aduersus tertium executio rectè datur, secundum Barto. in. l. tertia. C. de pigno. num. 23. cui reliqui omnes illic assentiuntur. Quare emphyteuta sine domini voluntate emphyteuticum prædium alienãte, dicendum est posse dominum (si malit quidem † canonem petere quàm cõmissi agere) petere executionem ex instrumẽto emphyteutico aduersus istum tertium possessorem, quippe cum eo casu alienatio nulla sit ipso iure, iuxta l. fin. C. de iure emphyteutico. & l. fin. titul. 8. par. 5. Bart. in. l. si quis ita. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. & videtur non obscurè probari in. l. commissa. ff. de public. & vectig. quod quidem vt quotidianum, & foro frequens memoriæ fideli mandandum est. Deinde hæc regula locum non habet † quando res erat litigiosa, nam si post litem inceptam tertius rem de qua lis erat, nactus est, aduersus eum executio rectè procedit. l. 2. & l. fina. C. de litig. l. si mater. §. fin. ff. de except. rei iudi. l. si superatus. §. primo. ff. de pigno. Bart. & Salycet. in. l. fina. C. de litigiosis. & in. l. 3. C. de pignor. Bald. in. l. prima. C. commu. diui. Abb. in cap. ecclesiæ, vt lite pendente. nu. 10. & in cap. fi. in fine. de aliena. iud. mut. causf. facta. Philippus Franc. in disputa. de petito. & possessorio. nume. 25. Suarez limitatione 1. ad legem Toleti nu. 5. Sed & huius exceptionis ratio ex superiori quoq; limitatione pendet, quia scilicet rei litigiosæ alienatio nulla sit. l. fin. C. de litig. Parui autem refert hoc casu, an tertius iste possessor rẽ litigiosam esse sciuerit necne: ex omnium scriptorum sententia vno excepto Angelo, à quo merito dissentit Couarru. & item Gregor. Lopides hic in. l. 13. titul. 7. Parti. 3. ille practi. quæst. cap. 15. nu. 7. Litigiosam vero rem quem admodum accipiamus †, videndum est? Et siquidem actione in rem de dominio, vel quasi agatur, nulla est dubitatio rem litigiosam dici: ex Authen. de litigiosis. collat. 8. sin vero actione personali rei dominium persequamur, puta actione ex empto stipulatu vel alia, an & tum res litigiosa dicenda sit, res est inter scriptores ipsos litigiosa maximè, sicuti (ne rem actã agamus) videre est apud Bart.

Barto.in.l.fina.C.de litig. & in.l. quãquàm. §.primo.ff.de aqua pluuia arcen. Abb.in cap.fin.de aliena.iudi.mut.cauſ.fact. Tiraquel. de retractu cõuentio. ad finem titul.nũ.171.& Couar.pract.quæſt. cap. 15.nu. 7. qui vtriuſque partis autoribus & argumentis relatis, decernit eo caſu rem litigioſam effici. Quid ergo iſtius partis auto
8 res ad Authenticam † illam *de litigioſis* qua contrarium videtur definiri? aiunt ex illa hanc conſtitui differentiã inter actiones in rem & in perſonam: quòd actionibus in rem ſatis ſit ad efficiendam rẽ litigioſam, citationem aduerſario factam fuiſſe: at in actionibus perſonalibus litis conteſtationem opus eſſe aiunt. Verum enim vero hæc interpretatio (doctiſſimorum iſtorum virorum bona pace dixerim (neque vſquam ex illius Authenticæ contextu colligitur, neque in ſe conuenientem diuerſitatis rationem habet vllam. Quid tu ergo? Exiſtimo illam Authenticam illud ſolummodo definire: pœnas litigioſi veteribus legibus impoſitas (nempe in.l. fi. ff. de litigioſis. & in.l.fin. C. eodem titulo.) duntaxat locum habere, quando de dominio inter litigatores actum fuerit, nõ ſi alia actione: certiſsimam autem eius rei videor aſſumere coniecturam, nam lex illa Codicis quæ eiuſdem eſt Iuſtiniani, ſolũmodo agit de pœnis litigioſi aduerſus eos impoſitis, qui res litigioſas vendunt, vel qui illas ſcienter, aut ignoranter emunt, illam vero Authenticam de illius legis agere intellectu manifeſtè ſignificat, dum ait. *In his enim caſibus etiam præterit.am conſtitutionem manſuetudinis noſtræ per hanc volumus obtinere in qua ſciẽtes & ignorantes emptores diſcernimus.* Quantum ergo ad alios effectus litigioſi attinet, nihil illa Authẽtica immutatum eſſe dicendum eſt, niſi in ſola hypothecaria, in qua quid ſequendum ſit, expreſsim ipſa declarat: & hunc ſanè intellectum ſentire quoque videtur Aymon Crauete conſilio 279. Ergo (vt eo vnde digreſsi ſumus reuertamur) ego (vt quid ſentiã † ingenuè pro 9
feram) in hac ſum ſentẽtia, vt exiſtimem ſiue actione in rem, ſiue in perſonam, ſiue de re ipſa, ſiue de quo alio iure agatur, alienationem rei lite pendente factam nihil impedire, quominus poſsit actor ius ſuum (hoc eſt rem iudicatam) aduerſus tertium poſſeſſorẽ perſequi: non aliter ac ſi alienatio nulla facta eſſet. Quid ni, an non id apertiſsimis legum apparet argumentis, præſertim ex.l. ſecunda. C. delitigioſis. atque ex.l. quãquàm. §. Iulianus. ff. de aqua pluuia arcenda. atq; non minus apertè ex. l. ſi mater. §. ſi egero. ff. de except.rei iudic. quæ cum aperta ſint iura, ſacrilegij inſtar videtur, aduerſus illa niti: inciuileq; profſus eſt ex quibuſdam leuibus fa-
cileque

cileque diluendis argumentis, apertas legum ſubuertere definitiones. Sed & hoc titulus ille, *ne quid lite pendente innouetur*, ſatis ſignificare videtur, cum generaliter loquatur, illiuſque latiſsimè pateat ratio: ea eſt enim, ne iudicia eluſoria ſint, incaſſumque recidant, in vanumque litigatores laborent, ſicuti ſcribit Romanus Pontifex in cap.3. illius tituli, *ne lite pendente*. eodem pertinent textus, & illic tradita in cap. quia G. de iudicijs. Et quæſo: quæ iuris ratio patitur, vt actore tot iudiciorum diſpendia emenſo, tot fori ſumptibus & pragmaticorũ tanta morositate fractus, ac tantum non enectus: cum iam tandem victoria frui ſperat, ſpe omni fruſtratus cum nouo rei litigioſæ poſſeſſore ex integro experiri neceſſe habeat? Quis tam patiens & plũbeus? qui ad huiuſmodi iuris ambages adactus non cõtinuo erumpat in vocem exclamãs, hæc non iuris (quæ boni æquique ars eſt) ſed iniuriæ fraudiſque eſſe præcepta? ſed nec nos quidem hanc opinionem ſine vlla autoritate probamus, nam & ea antea aliquibus ex antiquis placuiſſe apparet ex Innocẽ. in capit. fin. de aliena. iudicij mutandi cauſa fact. & ad eã accedere videntur Baldus & reliqui qui à nobis quinta ſunt limitatione referendi. Tertio huic re-
10 gulæ locus non erit, quando tertius iſte poſſeſſor † per ſimulatum aliquem contractum rem nactus fuerit, nam eo caſu aduerſus eum dabitur executio, quæ limitatio, & ex prima quoque limitatione deducitur, cum certum ſit contractum ſimulatum nullius eſſe momenti. l. nuda. ff. de contrahẽ. emptio. l. ſecunda. C. plus valere quod agitur, & ita nominatim tradit rerum forenſium cum primis peritiſsimus Baldus in.l. executorem. colum. tertia. C. de execut. rei iudica. Simulatus autem contractus quemadmodum differat à contractu in fraudem facto, tradit pelliſsimè Bartol. in.l. emptor. ff. de aqua pluuia arcend. Iaſon & reliqui in. §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de actionib. in illo vero maximè differunt, quòd ſimulatus contractus eſt ipſo iure nullus †: in fraudem autem factus 11
non eſt nullus, ſed potius reſcindendus, Bartolus idem in.l. poſt cõtractum. ff. de donationib. Sed neq; regula hæc habebit locum, quando tertius haberet rem depoſito vel commodato ab ipſo debitore, nam † tum pro eo ac ſi pe- 12
nes debitorẽ ipſum res eſſet, executio locum haberet, gloſſ. in Authen. de fideiuſſoribus. §. ſed neque debitorem. collatione prima. Idem de re locata dicendum eſt. cum colonus, & inquilinus non poſsideant, ſed penes dominum poſſeſsio ſit. l. officium. ff. de rei vendi. l. certè. ff. de precario. Neque creditor ſtare † tenebitur lo- 13
cationi.

cationi iuxta. l. emptorem. C. de locato. Bartol. & reliqui in. l. si filio. ff. soluto matrim. testatur cõmunem Iason in. l. diuortio. numer. 31. eodem titul. soluto matrimonio. & Dueñas regul. 240. limitatio. 6. quamquam aliud statutum sit in creditore, qui immissus est ex secundo decreto, vt in. l. in venditione. §. si fructus. ff. de bonis auto. iud. possid. & illic tradit Bartol. fructus tamen si pendentes fuerint eos debet percipere colonus, creditor vero pensionẽ eius anni nondum solutam habebit. l. fina. ff. de iure fisci, nam vt inquit Bald. in dict. l. emptorem. *quando colonus seminauit par est vt debeat & metere.* Quinto neq; huic regulæ locus erit quando tertius
14 iste possessor † dolo possessionem adeptus fuerit, nã eo casu & aduersus eum executio porrigetur: vt est autor Cynus in. l. 1. C. de aliena. iudic. mut. caus. facta. quæstione. 9. à quo tamen dissentit Bartol. in. l. tertia. C. de pignorib. numero. 13. quod dicat eius opinionem esse cõtra totum titulum de ijs quæ in fraudem creditorum. medius autem inter eos se Bald. interposuit distinctione quadam vtens. Ait enim aut dolus cõmittitur in fraudem executionis (scilicet cum iam lis penderet) & executio aduersus eum locũ habet, qui dolo cœpit possidere, sto eo casu res litigiosi vitio affecta non sit: aut vero (inquit) fraus cõmitti tur in fraudem creditoris (hoc est anteaquã lis moueretur) & tum ordinaria via agendum est, ita Baldus in. l. ob maritorũ. C. ne vxor pro marito. & in. l. executorem. C. de execu. rei iud. columna. 7. cui multi bonique fauent testes, vt Paulus, Iaso. & Zazius, & Herculanus. in. l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. & Couarruu. practic. quæstionum. capit. 15. titulo. 7. & Villalobos in ærario commun. opinio. litera A. numero 142. Et quamquam Bartoli opinio crebrior sit, vt & ipse testatur Couarruu. & Gregor. Lopides in l. 13. titulo. 7. partita. 3. Attamen Baldi opinio iuris magis cõgruere videtur †, ex ijs quæ superius secunda limitatione attulimus. Titulus igitur de ijs quę in fraudem creditorum. &, l. 1. §. necessario. ff. si ventus nomine (quorum potissimum argumento Bartol. vtitur) sunt intelligenda quãdo nulla lite mota alienatio in fraudem facta fuerit, nam si lite iam mota dolus interuenerit, etiam sine cõtractus rescisione aduersus dolo possidẽtem ius suum rectà poterit persequi victor, secundũm Cyni, Baldique opinionem, quã ipse & veriorem & æquiorem iudico. Sextò cessat etiam superior conclusio, quando hypothecauit rem cum clausula de non alienando (id est promittendo se pignus aut hypothecam inuito creditore non alienaturum) nam si postea

postea alienauerit, nulla est alienatio. l. si creditor. §. fin. ff. de dist. pigno. & l. fin. titul. 5. Parti. 5. Consequenter ergo, & aduersus tertium possessorem executio locũ habebit, sicuti pręclare tradit Bartol. in. l. tertia. C. de pigno. nu. 25. cui illic assentitur Salycet. & Anto. de Butrio in cap. quia G. de iudicijs. nu. 13. Ripa in. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. nu. 21. Menochius alios non paucos referens de adipiscenda possessione. remedio 6. nume. 133. atque ex nostratibus sequitur Suarez limitatio. 1. ad legem Tolet. & Gutierrius in. l. nemo potest. nu. 38. & 39. & Villalob. in ærario commu. opin. litera A. nu. 139. & testatur cõmunem esse opinionem Franciscus Turzanus in volumi. commu. opinio. libro 14. verbo, *pactum de ingrediendo*, estque ea quotidiano rerũ vsu quàm receptissima. Vtrum vero hoc casu
7A hypotheca † specialis debeat esse an vero generalis sufficiat, in varias itum est sententias: vt videre est apud Imolam & Iasonem in. l. si quis ita. §. ea lege. ff. de verborũ obligat. & Couar. libr. 2. Varia. ca. 15. & Dueñam Regula 240. limitatione 1. & Villalob. in ærario litera A. nu. 139. Et specialem hypothecam necessariam esse affirmat magis communem esse opinionem Anto. Gabriel in volumi. commun. opinio. libr. 3. titul. de pignor. conclusione 1. Contra vero generalem sufficere testatur magis communem esse opinionẽ Gregor. Lopides in. l. 73. titul. 18. Parti. 3. verbo, *ni las enagenaria*. & magis communem & veriorem esse affirmat quoq; Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum verbo, *alienatio & verbo prohibitio*, cui magnopere suffragatur glossa verbo enumerentur. in. l. omnes. C. de præscrip. 30. vel 40. annor. quæ ait, tantum valere aliquid generaliter dici quantum si specialiter singula enumerentur, quam singularem illic dicit Baldus. Ita vero in superioribus limitationibus intelligẽdum † est 18
executionem aduersus tertiũ locum habere, vt ne sit necessaria quidem excussio aduersus principalem, sed rectà posit ad tertium itiſ, vt àpparet ex Authen. de litigiosis. colum. octaua. atque ex. l. 13. titul. septimo. Parti. tertia. Socinus consilio 24. volumi. primo. Menochius de adipiscenda possessio. remedio 6. quæstione 19. Villalobos in ærario commu. opinio. litera A. num. 139. Quinimo neque hoc casu necesse est, vt debitor principalis † ad hanc execu 19
tionem citetur, etiam si aliquid sit liquidandum (vt vulgari verbo vtar) sed satis erit, vt cum ipso tertio possessore liquidatio fiat, sicuti pręclare respondit Alexan. consilio. 85. volumi. 6. num. 4. Habes, quibus in casibus executio aduersus tertium locũ habeat, quæ tamẽ velim intelligas locũ habere,

quando iſte tertius poſſeſſor cauſam, ſeu titulum habuit ab illo aduerſus quem principaliter ius
20 exequendi † competit, non ſi ab alio titulum habuerit. l. ſæpè. ad finem. ff. de re iudicata. Bartolus in. l. tertia. C. de pignoribus. numero 23. Suarez limitatione prima. ad legem Tolet. Cauſam autem habere non ſolum accipere debemus, quando iſte tertius poſſeſſor ab ipſomet principali debitore rem nactus eſt, ſed etiã ſi alioqui per longam ſucceſsionem(puta alijs perſonis interpoſitis) cauſam, ſeu titulum ab alio traxerit. l. hæredis. ff. de verborum ſignificatione. l. qui per ſucceſsionem. ff. de regulis iuris. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus
5 modis pignor. vel hypothe. ſoluitur. Illud tamen obliuiſcendum nullo modo erit, quod belliſsimè ſcriptum eſt apud Ioannem Fabrum in. §. item Seruiana. numer. 15. Inſtit. de actio. creditore docente hypothecæ tempore fundum † penes debitorem
21 fuiſſe, exinde præſumi iſtum tertium poſſeſſorem ab ipſomet debitore cauſam trahere. Præter ſuperiores igitur limitationes cæteris in caſibus generaliter tenendum eſt aduerſus tertium poſſeſſorem executioni locum non fore, ſed iure ordinario experiundum eſſe. Quinimo non aliter eo caſu tertius poſſeſſor conueniri via ordinaria poterit, quã ſi prius excuſsio aduerſus principalẽ debitorem illiuſq; fideiuſſores fiat, vt Authent. de fideiuſſoribus, & mandato. & in. l. 14. titul. 13. Parti. quinta. Authen. hoc niſi debitor. C. de pignorib. de quarum intelligentia aliàs latius agendum erit nobis.

SVMMARIVM.

1 *FIdeiuſſor qui ſolidum ſoluit an aduerſus cæteros confideiuſſores in ſolidum agere valeat.*
2 *Exceptio cedendarũ actionum obſtat creditori exequenti.*
3 *L. 4. titul. 18. libro 3. Fori, & l. 11. titul. 12. Parti. 5. elucidantur.*
4 *Cum fideiuſſor ſoluit quod ad ſe attinebat aduerſus cæteros agere non poteſt.*
5 *Cum vnus ex reis debendi ſit non ſoluendo periculum inter omnes partiri debet.*
6 *Renuntiatio cedendarum actionum fideiuſſoribus permultum nocet.*
7 *Cum acceptilatione creditoris fideiuſſor aduerſus cæteros rectè agit.*
8 *Verbum illud gentile ſeu vulgare, carta de laſto, vnde dictum ſit.*
9 *Fideiuſſoris vnde effluxerit vocabulum.*

Quartæ Partis.

§. Sextus. Fideiuſſor qui ſoluit, quemadmodum aduerſus cæteros confideiuſſores executionem petere debeat.

DE fideiuſſore & reo debendi erat hic tractandum quemadmodum aduerſus illos executio locum haberet, prudentes tamen & ſcientes omittimus: quoniam non admodum difficilis, & parens omnibus materia eſt. Illud tamen quoniam frequens eſt, & foro aſsiduum, cõtinere me non potui, quin dicerem. An fideiuſſor reusve qui ſolidũ ſoluit, poſsit
1 etiam in ſolidũ cum † cæteris correis vel cõfideiuſſoribus agere ex ceſsione, ſcilicet, ſibi à creditore facta, nam ſine ceſsione fideiuſſori aduerſus cõfideiuſſorem actio non datur: vt apparet ex. l. vt fideiuſſor. ff. de fideiuſſorib. Reus autem debẽdi tametſi aduerſus correum actionem habeat ex. l. 1. C. de duobus reis, adhuc tamẽ ceſsio neceſsaria ei eſt, vt via executiua experiri valeat, ſicuti ſuperius animaduerſum eſt à nobis. Atq; idcirco reis & fideiuſſoribus iure ſuccurſum eſt, vt ſi creditor illis ſoluentibus actiones præſtare recuſet, cedendarum actionũ ſum-
2 moueatur † exceptione, vt in. l. fideiuſſoribus. ff. de fideiuſſorib. l. Stichum, aut Pamphilum. §. penult. ff. de ſolutionibus. Ceſſa igitur actione hæſitatum eſt non ſemel, an is reus fideiuſſorve qui ſolidum ſoluit, in ſolidum etiam vnumquemque ex correis vel cõ fideiuſſoribus cõuenire valeat: an potius pro parte tantum executionem in omnes intendere debeat? Tractant autem hanc quæſtionem gloſſa in. l. prima. C. de duobus reis. & illic claſsici omnes. gloſſ. etiam in. l. Modeſtinus.

ff. de ſolutionib. & illic Bartolus, Paulus & reliqui. Verum ne in principijs(qui maximus ſolet eſſe error) erremus †, animaduertere 3
nos oportet, quemadmodum interpretes ipſi hæc verba in ſolidum vel pro parte hoc loco accipiant: nam video eius rei ignorantia nonnullos deceptos fuiſſe. Sciendum eſt igitur in ſolidum hoc loco interpretes accipere, nõ detracta illa parte debiti quæ ad ipſum fideiuſſorem qui ſoluit, pro ſua virili parte attinebat: pro parte vero accipiunt deducta illa parte debiti quę ad ipſum pro ſua rata portione attingebat. Vt igitur ſummatim (vt ſolemus) propoſitam quęſtionem abſoluamus, ipſis interpretibus placere video fideiuſſorem reumve qui ſolidum ſoluit, non poſſe in ſolidum aduerſus cæteros correos vel confideiuſſores executionem petere: ſed pro parte agere debere (id eſt deducta ſua rata parte quæ ad illum contingebat ex toto debito) quandoquidem pro parte quæ ad eum attinet dolo ageret, ſi peteret, quod iterò reſtituturus eſſet, reſque in infinitum iret: cum interim ſecundum iuris regulas circuitus euitandus ſit. Porrò pro reliquis partibus quæ ad cæteros correos, vel confideiuſſores attinebant is qui ſolidum ſoluit in ſolidum cum vnoquoque ex cæteris correis, vel confideiuſſoribus experiri poteſt, quippe qui iure

vtatur creditoris cuius in locum per cessionem successit, verum exemplo id magis declarabitur. Apud Titium tres rei seu fideiussores in triginta aureos fideiusserunt solenni legum renuntiatione facta, ita vt vnusquisque in solidum teneatur: soluit itaq; vnus ex eis tota triginta, creditorque in eum actiones transtulit, si velit is cum debitore principali experiri expeditum est in solidū cum eo agere posse: cæterùm si cæteros reos vel confideiussores conuenire velit, alia illi ineunda ratio est, non enim in solidum (id est pro totis triginta experiri potest) sed tantum pro viginti deductis, scilicet, decem quæ ad ipsum pro sua virili parte contingebant, pro reliquis vero viginti quæ ad correos, seu confideiussores attinebant, aduersus vnumquemque ex eis in solidum (id est pro totis viginti) experiri executionemque intendere potest: iste autem secundus fideiussor reus ve, qui illa viginti soluit, rursus exactione sibi à primo fideiussore cessa pro reliquis decem cum tertio fideiussore agit (id est deducta sua rata parte quæ ad illum ex toto debito spectabat) atque eo pacto fit, vt vnusquisque ex eis decem tantummodo quę pro sua rata parte singulos contingebat, exoluat. Hæc à iuris communis interpretibus quos superius retulimus summatim excerpsimus.

Abeo nunc ad leges Regias. Videamus ergo Regio iure an idem recipiendum sit: Et hic ego in triuio sum, hæreoque maximè, quam viam ingrediar†, quidve 3
statuendum putem, cum animad uertam duas Regias leges in quibus de hac quæstione agitur, ita subobscurè eam definire, vt illas in vtramque partem nullo trahere negotio queas. Altera est. l. quarta. titul. 18. libro tertio Fori, altera. l. vndecima. titul. duodecimo. Parti. quinta. in quibus glossographorum diligentiam maximè desidero, perfunctoriè enim rem tractarunt, & vt dicam quod sentio, magis quidem leges illæ velle videntur, vt tantummodo pro virili parte is qui solidum soluit, cæteros correos vel confideiussores conuenire valeat. Porrò quia adhuc leges illæ Regiæ communem interpretum sententiam commodè patiuntur, commodius erit, vt illas ita interpretemur, ne à iure communi dissentire videantur: cum iuxta vulgares iuris regulas legum semper correctionē effugere debeamus. Illud tamen admonendi sumus, communem † istam opinionem 4
locum non habere quando ad eum qui solidum soluit, negotium principaliter attinebat, aut in totum aut pro parte: nam quatenus ad eum negotium tangit, cum rem suam non alienam gesserit, quo iure cæteros correos, aut

aut confideiussores poterit conuenire? nullo quidem vt scribit Bartolus in dicta. l. Modestinus. numer. octauo. cui assentitur illic Paulus & reliqui. Æquè etiam
5 nec illi communi sententiæ† locus erit quando contingeret alterum ex reis soluendo non esse, nam tum ita res expediri debet, vt periculum totum inter omnes reos communicetur ex sententia eiusdem Bartoli in dicta. l. Modestinus. nume. 10. cum quo reliqui consentiunt interpretes, & noster quoque Gregorius Lopez in l. vndecima. titul. 12. Parti. quinta. verbo, *deue tomar*. estque ad id argumento textus in. l. verum. §. si cum tres. ff. pro socio. & l. si plures. ff. de fideiuss. tuto. Non ali-
6 ter quoque admittenda† non erit conclusio illa quando fideiussores cedendarum actionum exceptioni renuntiassent, nam eo casu in creditoris positum erit arbitrio vtrum velit, aut omnes reos conuenire, aut ab vno tantum toto debito exacto cæteros liberare, sicuti exactius ostendit Afflictus decisione 182. nume. decimo. Impensas vero quas in lite cum creditore agitata fecit fideiussor vtrum à cæteris quoque confideiussoribus consequi valeat, consulito Bartol. consilio 81. & Celsum 104. Sed & his illud adijciendum erit in hac cessione
7 quæ à creditore reo, aut fideiussori fit, non vt in emptione† nominis opus esse, vt pretium numeretur, sicuti cauetur in. l. per diuersas. & l. ab Anastasio. C. mandati. sed satis erit hoc casu si creditor accepto ferens sibi numeratam fuisse pecuniam fateatur, sicuti ex facto consultus respondit Bartolus consilio 160. & Alexan. consilio 123. volumi. sexto. Paulus & reliqui in. l. duobus. §. primo. ff. de iure iurando. & testatur communem Iason ibidem numer. 7. & Hippolyt. in Rubrica de fideiussorib. numer. 27. & 265. & Afflictus decisione 150. numero 36. & Decius consilio 403. volum. 4. & Tiraquel. alios multos de more referens in tracta. linag. §. primo. glossa 18. numero 84. & Anto. Gomez in comment. titul. de fideiussorib. numer. 13. & Auilesius in capit. correct. cap. decimo. numero 38. & denique eam magis communem & sequendam in iudicando & respondendo, scribit Franciscus Viuius in volumi. commu. opin. libro quinto, verbo, fideiussor. Sed de hac re iam forsan multus videbor, proinde transgrediamur aliò†? si illud tñ 8
prius admonuerimus, verbum illud, *carta de lasto*, quod vulgo hodie apud nos vsurpatur deriuatum fuisse originemque trahere ab acceptilationis verbo: ita enim & nominis & rei consentiens vocalitas, & effectus me credere cogit cū vt alibi me dixisse memini omnia fere Hispanię vocabula

à latino ſermone originem traxe
runt. Sed neq; illud quoniam ab
9 aliȝs prætermiſſum eſt † omitten-
dum duxi fideiuſſoris nomen, de
quo totius mentionem fecimus
inde fuiſſe dictum quoniam in fi-
deiubendo ita ſtipulationis con-
cipi verba ſolebant, *fide tua eſſe iu-
bes*, & ita reſtipulari. *fide mea eſſe
iubeo*, ſicuti apparet cum aliàs paſ-
ſim tum in l. quæro. ff. locati. & l.
vbi. §. illud. ff. de verborum obli-
gationib. & l. ſi ita fideiuſſorem.
ff. de fideiuſſoribus.

SVMMARIVM.

1 *QVæ animaduertere debeat actor in principio litis ne erret.*
2 *Rex Alphonſus qui cognomento ſapiens appellatur Decimus eius nominis fuit non Nonus.*
3 *Executio diuerſis remedijs competit.*
4 *Re iudicata quando oriatur actio iudicati, & quando in factum.*
5 *Actio in factum ac præſcriptis verbis, quid ſint.*
5 *Legis actio, quid ſit.*
6 *Olim agere poterat nemo niſi prius actionem impetraſſet.*
7 *Interdictorum verba, quare in futurum ſonent.*
8 *Album prætoris, quid ſit.*
9 *L. prima. ff. de edendo, explanatur.*
10 *Actio directa dicitur cum datur ex mente vel verbis legis.*
10 *Vtilis actio quando dicatur. Actio vtilis dicitur in factum aut præſcriptis verbis. ibidem.*
11 *Actio in factum aut præſcriptis verbis quare dicatur.*
12 *Ex confeſſione in iure facta vel iuramento deciſorio vtilis actio datur non directa.*
13 *Ex ſententia arbitri non datur actio iudicati, ſed in factum.*
14 *Condictio ex lege quando dicatur.*
15 *Executio ex inſtrumento quarentigio qua actione detur.*
16 *Hodie actionis nomen neceſſario non eſt exprimendum.*
17 *Quibus verbis vti debeat actor in executione petenda.*
17 *Ex libelli concluſione colligitur qua quis actione vti velit.*
18 *Quæ verba ſpectent ad viam ordinariam quæ vero ad executiuam.*
19 *Cum executio aduerſus plures reos petitur in ſolidum, teſtari debet creditor ſe vna ſolutione velle eſſe contentum.*
20 *Cum executio pro reliquis petitur fateri debetur creditor reliquam ſibi ſummã fuiſſe ſolutam.*
21 *Petẽs executionem pro redditibus nouem annorum ne quicquam quod reliquum eſt via ordinaria petit.*
22 *Ante tempus executione petita quas pœnas patiatur creditor.*
23 *Dies interpellat pro homine.*
24 *Quando ſolutio facienda eſt extra locum creditoris per lapſum diei non conſtituitur debitor in mora niſi eodem loci fuiſſe creditorem conſtet.*
25 *Die obligationi non adiecta decem dies habet debitor ad ſoluendum.*
26 *Qui debito plus petit in expenſis damnari debet.*
27 *Iuramenti omiſsio in petenda executione non vitiat.*
27 *Hæres creditoris defuncti ad præſtandum hoc iuſiurandum adigi minimè debet.*
28 *De alieno facto iurare nemo tenetur.*
28 *Intra nouem dies quàm creditor obijt in hæredem fieri executio non poteſt.*
29 *Conuentiones pactaque facta ab hæredibus cum creditoribus hæreditarijs intra nouẽ dies quàm debitor vita functus eſt nullius ſunt momenti.*
30 *Executio prius debet in bonis ſpecialiter obligatis quàm in ijs quæ generaliter obligata ſunt fieri.*

QVIN-

QVINTA PARS, QVIS SIT ordo in executione ſeruandus.

§. Primus. De petitione executionis.

CVM ex philoſophi ſententia, error omnis vel leuis in principio maximus ſoleat eſſe in fine, cauere omnino debet is qui litem mouere ſtatuit ne ſtatim aggrediendo erret, & in portu (vt dictat proverbium) ſoluendo impingat. Id ne contingat hæc in primis illum animaduertere oportet. Primum ipſius perſonam, ſcilicet, an ad agendum habilis ſit, deinde aduer
1 larij perſonam, an † minor an maior ſit, an eiuſdem fori an diuerſi, & cætera iſtiuſmodi: tertio quid ſit quod petere intẽdit, tum apud quem iudicem, quo tempore, & qua experiri debeat actione: & poſtremo quemadmodum ab eo libellus concipiendus ſit. Hæc ita præclarè iuxtaque cõmodiſsimè in exordiendis cauſis circumſpicere nos debere monet Rex Alphonſus quem ex ſerie noſtratiũ regum Nonum appellat Septem partiti iuris compilator: cæteri vero quibuſcum vulgus conſentit Decimum appellant † quorũ pro 2
batur ſententia in l. 8. titul. 11. lib. primo Recopilationis: omnes autem ſapientẽ eum appellãt, quod quidem cognomẽ ex ſumma ſua prudentia, ſcientiaque ſibi peperit. Extat autem Regis cõſilium, quod modo retulimus in Rubrica, titulo. 2. Partita. 3. Illud autem præ oculis nos aduocationes habere ſemper oportebat, ſi enim nos rogati cauſas aggreſſuri hæc quæ Rex ſapiens ſapienter monet ſedulò rimaremur, ſat ſcio non toties inauſpicato nobis lites cederent: quæ autem ille in actione ordinaria ſpectanda eſſe monet hęc eadem & in executionis cauſa obſeruanda eſſe perſpicuum eſt. De perſona autem actoris reique, atque item iudicis, atque de inſtrumentis in ſuperioribus actum eſt à nobis. Supereſt ergo, vt deinceps in hac Quinta parte de reliquis quæ Rex ipſe monuit agamus: ſtrictim tamen, nam ſi quantum de quaq; re dici poteſt perſe qui inſtituerimus finis haud foret operis. Executio ergo non vno, ſed aliȝs, atq; aliȝs remedijs prout
alia atque alia incidunt † rerum 3
genera competere ſolet. l. ne in arbitris. C. de arbitris. Velut actione iudicati quando è re iudicata executio petitur. l. 4. & l. miles. §. fin. ff. de re iudic. Item actione in factũ executio datur: veluti cum ex iureiurando, vel ex confeſsione in iure facta petitur executio.

l.actori.C.de rebus creditis, & iureiur.l.certum. §. fin.ff.de cõfessis.apud quas si interpretum cõmentaria consulas mirum est, vt eos digladiantes offendas de re (quæ si diuis placeret) controuersia vacare debuisset: alijs enim placet è re iudicata actionem † iudi- 4
cati dari, in qua sententia fuit Cynus in dicta.l. actori. C. de rebus creditis. & Barto. in.l.miles.§.fin. ff.de re iud. & itidem Albericus, Angel.Cuma.Paul.& Iason. Alij contra aiunt è re iudicata non oriri actionem iudicati, sed in factũ, quia dicant istud verbum iudicati non esse titulũ actionis, sed causæ, dicatur itaque actio in factum iudicati, quia iudicatũ est: huius sententiæ fuit glossa in dicta. l. actori. & illic apertius Baldus, sentit quoque glossa in Clemẽ. finali de appell. verbo, repulsione, pro qua tulere calculum Salyce. in dicta.l.actori. & Imol. & Alex. in dicta.l.miles.§.fin.& Ludo. Roma. in dicta.l.nam & postea.§. fina. ff. de iureiur. Quoniam vero autorum dissensione res ita misere turbata est, vides, atq; aliàs de actione in factum subinde in iure mẽtio habetur, ne forsan passim im-
pingas † rem obiter, ac perinde 5
breuiter explanabo. Initio vrbis Romæ, atque in illis primis iuris ciuilis incunabulis ex legibus duodecim tabularum, atque ex iuris prudentum interpretatione compositæ sunt actiones, quibus inter se homines disceptarent, quæ quidem iuris pars legis actiones appellabatur. Ac ne populus, vt vellet eas instituere inter sacra cæremoniasque deorum abditæ solis Pontificibus notæ erãt, agere igitur poterat nemo nisi † qui prius 6
actionem à Pontificibus, seu magistratibus quibus legis actio data erat impetrasset. Huius vetustatis memoriam facit Iurisconsultus in l.2.§.postea ne diutius. ff.de origine iuris. atque apparet etiam ex.l. fin. C.de formalis & actionũ petitionibus subla. vbi hæc veterrima obliterata est solennitas, & refert etiam Cicero in oratione pro Lucio Murena, & Valerius Maxim. lib.2.titul.1.ex quo intelligere facilè poteris quid sibi velint leges illæ quibus cõprehensum est nullum magistratum habere potestatem adoptandi vel emancipandi nisi apud quem legis actio esset. l. magistratum. ff.de adoptio. l.3. ff. de officio proconsul. l.1. C. de adoptio. l.1. ff. de officio iudi. Alexan. in quarum intelligẽtia insudarũt Alciat. prætermissorum lib.1.c.5. & Forcatul⁹ dialogo 8. prima parte, & 83. secunda parte. Prætores quoque ex iure honorario actionẽ dabant, vt idem Iurisconsultus ostendit in dicta.l.2. §. eodem tempore. ff. de origi. iur. & l.1. ff. de edendo. & in.l.3. ff. commod. & imperator in. §. fin. Instit. de interdictis. Proinde interdictorum verba in futurum † sonabant, *iudi-* 7
cium dabo, interdictum dabo, ratum nõ habebo, & alia id genus. l.1. ff. de nego. gestis. l.1. ff. ne vis fiat ei. l.2. ff. ne quid in loco publico. l.1. ff. quod metus causa. & aliàs sæpè eoque spectant Quintiliani verba libr.7.cap.5. *In sponsionibus*, inquit, *quæ ex interdictis fiunt etiam si non proprietatis est quæstio, sed tantum possessionis, tamen non solum possedisse nos, sed etiam nostrum possedisse docere oportebit.* In sponsionibus dixit quia non actiones dant prætores, sed daturos se esse pollicentur, licet eum locum intellexerit aliter Budæus in.l.2. ff.de origine iuris. Postea vero quidam Cneius Flauius scriba actionum librum surreptũ populo tradidit, vnde euenit, vt iam magistratus in albo edictorum actionumque formulas proponerẽt, vt scirent ciues quod ius de quaque re quisque dicturus esset seque præmunirẽt, vt apparet ex illa.l.2.§. postea cum Flauius. & §. eodem tempore. ff. de orig. iuris. atque item ex.l.1. ff.de edendo. Erat autem album tabu-
la quædam † albata in qua formu- 8
læ illæ inscribebantur, vt apparet ex Theophylo in.§.pœnales. Inst. de actio. & declarat Erasm. Adagio 34. Chilliad. primæ. cẽturia 7. & Marinus Bechichim⁹ in Plinia na præfatione & significant Iurisconsulti verba in illa. l.1. ff. de edẽdo. *Eum quoque edere Labeo ait qui producat aduersarium suum ad album & demonstret quid dictaturus sit vel id*

dicendo quo vti velit. Quanquã enim Alciat. libr.2. dispunctio. in fine putet illic legendum aduersaria, & Erasmus loco superiori aduersarium accipiat pro tabulis extempore notatis: cæterùm ista hæc mea sunt argutiæ (ne quid amplius dicam) aduersarium enim eo loci accipiendum † in vulgari, & nota 9
significatione, idest, pro aduersario quocũ lis agitatur, & res ipsa demonstrat & ostendit nõ obscurè Seneca ad Lucillium epist. 49. in hæc verba. *Per istud Philosophiæ sunt nigræ & turpes infamesq; etiam ad album sedentibus exceptiones: quid enim aliud agitis cum eum quem interrogatis scientes in fraudem inducitis quàm vt formula cecidisse videatur: sed quemadmodum illos prætor sic hos Philosophia in integrum restituit.* Refragatur etiam illis Cicer. pro Rosc. ita inquiens, aduersaria in iudicio protulit nemo Codicem protulit, tabulas recitauit. Cũ igitur (vt ad propositum reuertamur) ex ipsius legis verbis † mente- 10
que competebat actio ea directa dicebatur, sin vero verba mensque legis actionẽ non darent, vi tamen rationis conueniret actionem aliquam dari ibi ad exemplum directæ vtilis dabatur actio quæ eiusdem erat potestatis eundemq; habebat effectum, atq; proinde vtilis dicebatur. l. actio. ff. de neg. gestis. l. quoties. & l. quia. ff. de præscript. verbis. l.1. ff. de æstimato. actione. l. penulti. ff. si quadrupes 11

pauper fecisse dicatur l. si obstrectum ff. ad legem Aquil. Hæc vero vtilis actio nõ veniebatur mentelegis sortiebatur nomen principalis actionis. §. fin. Instit. de lege Aquilia cum vero neque ex verbis, neque ex mente legis veniebat, aut dicebatur in factum, aut præscriptis verbis: nimirum, quia secundum facti aut verborum cõditionem illa vel illa dabatur actio. l. prima. & secunda. & l. qui seruandarum. §. fin. ff. de præscriptionibus verbis. l. cum mota. C. de transactio. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. explicat Barto. in l. prima. ff. de condictione ex lege. nu. 12. & non insciteIaso in. l. certi condictio. nu. 13. ff. si certum peta. & Decius in dict. l. cum mota. C. de trãsact. & Alciat. disputatio. libr. 4. cap. vltimo. & Ludouicus Charonda verisimilium libro secundo. cap. 7. & Faber in. §. actionum. nu. 18. Instit. de actionibus. & ibidem Iason num. 125. seu verius ideo dicebatur in factum, quia dabatur ex facto, præscriptis autẽ verbis dicebatur, quia iuxta verba prætore, seu à magistratu apud quẽ legis erat actio præscripta agendum erat, sicuti explicat Eguinarius. Instit. de locato paulò post principiũ, & post eum Cuiac. & Balduinus. His ergo cognitis facilè intelligemus ea quæ in iure de actione iudicati † & in factum statuta sunt, etenim cũ iura ipsa, atque adeo duodecim tabularum leges è re iudicata actionem tribuant meritò ea iudicati appellatur estque directa, quia mero iure apertaque legis definitione datur quare qui inficiantur eam non dicii iudicati, sed in factum nihil aliud agere mihi videntur quàm, vt hæreses in iurisprudentiã introducant cum sint cõplura eademq; apertissima iura quæ luce clarius id demonstrent, nam præter illa paulò antè à nobis citata id apertè ostendit. l. si prætor. §. fin. ff. de iudicijs. l. si procurator. ff. de procurat. l. hoc iure. ff. de solut. l. fin. C. de vsuris rei iudic. & alias passim, ita vt nihil aliud leges cunctaque iura sonent quàm ex re iudicata actionem iudicati dari. Cæterùm cum leges illæ quæ de re iudicata loquebantur † iusiurandum, aut confessionem in iure factam non cõprehenderent cum propriè res iudicata non sint conueniret autem, vt actio non negaretur cum ratio dictet, vt in iure cõfessi pro iudicatis habeantur factum est ex iurisprudentum interpretatione, vt ad similitudinem iudicati ex iureiurando, seu confessione vtilis actio in factum daretur, id quod non obscurè (si modo cęcutire nõ luerimus) ostendit Imperator in l. actori. C. de rebus credi. & iure iur. *actori*, inquit, *delato vel relato iureiurando si iurauerit vel ei remissum sit sacramentum ad similitudinem iudicati in factum actio competit*. Eadem quoque ratione ex sententia † arbitri

11

13

bitri cum omologata erat non dabatur directa actio iudicati, sed vtilis actio in factum, vt in. l. cum antea. C. de arbitr. Hactenus quãdo ex actione iudicati, aut in factum executio detur, dictum est, nunc dicamus cætera. Competit etiam executio condictione ex lege, vt puta si qua lege vel statuto
14 num primum † executio introducatur, vt est exemplo. l. ne in arbitris. C. de arbitris. & ibidem annotat Paul. de Cast. quoties enim obligatio noua lege introducta est, nec cautũ sit eadem lege quo genere actionis experiamur condictio ex lege datur. l. prima. ff. de condict. ex lege. Officio etiam iudicis nobili generaliter executio datur vbicunq; etenim executio locum habet illic & iudicis officium locum habet. l. si pignora. ff. de euict. l. si prætor. ff. de iudicijs. Specul. titul. de executione. §. breuiter. Bart. & reliqui classici in. l. intra. ff. de re iudica. & in. l. à Diuo Pio. §. sententiã. ff. de re iudi. Bald. in. l. secũda. C. de execut. rei iudi. Videamus igitur ex contractu publico, seu guarentigio
15 quæ actio ad exequendum detur præter illã † videlicet quæ ex ipso contractu insurgit & versant circa statuta hãc quæstionem interpretes in dicta. l. à Diuo Pio. §. sententiam. de re iudica. non satis tamen inter se cõueniunt: nam Angel. & Raphael aiunt competere condictionem ex lege: Barto. vero Imola & Alex. officium iudicis nobile. Et verius est quidem condictionem ex lege competere 81
iuxta illam legem primam. ff. de condictione ex lege. Sed ex eo quoque apparet officium iudicis competere siquidem illud (vt diximus) competit vbicunque executio datur: vt omittam quotiescunq; officium iudicis proditum est causa ampliandi remedium ordinarium concurrere cum illo. l. prima. §. per hanc. ff. de rei vendi. Bald. in. l. 2. col. 1. C. de executione rei iudica. Vèrum hæc ad iuris subtilitatem spectãt magis †, nam 16
ad rerum vsum non admodũ necessaria sunt cum nomen actionis hodie necessario exprimendum non sit vt in. l. fin. C. de formulis subla. capit. dilecti. de iudicijs. & cauetur apud nos luculentius in l. 10. titu. 17. lib. 4. Recopilationis. & in hac eadem specie tradit Gregorius Lopez in. l. prima. titul. 27. Parti. 3. verbo, *del que dio*. Illud tamen in executione petenda cauere debet creditor ne aliquo modo verbis ad viam † ordinariam 17
spectãtibus vtatur alioqui pro via executiua ordinariam ingredere tur, iuxta illud Iurisconsulti, *viam quam elegit haec sibi pareat*. l. si mulier. §. fin. ff. quod metus causa. tradit Angel. Aretin. in. §. omnium. nu. 8. Inst. de actionibus. vbi ait ex libelli conclusione intelligi viam ne ordinariam an executiuã intendere velit, id quod etiam tradit

dit Decius consilio. 493. numero. 28. Verba autem ad viam ordinariam spectantia † sunt illa, 18
damnandi, condemnandi: ad executiuam vero illa, *cogendi, compellendi*, vt docet Bartolus in. l. prima. C. de executio. rei iudica. & Panormitan. in capitulo. olim. numero 23. de litis contestatione. illud tamen probandum est si creditore rectè executiuam viam intendente iudex ordinariam ingrediatur, potest debetque ex diuerticulo ad viam redire, idest, ex ordinaria via ad executiuam regredi, sicuti tradit Anton. Massa ad formulam cameræ. quæstione secunda. Illud quoque cauere debet creditor vt cum exe-
19 cutio aduersus plures reos † in solidum obligatos petitur testetur se vna fore solutione contentum, sicuti admonet Bartol. in. l. tertia. §. primo. numero quarto. ff. de duobus reis. Sed & illud admonuisse oportebit cum executio pro reliquis petitur (*vulgo dicimus de reste*) videri creditorem fateri se reliquam omnem summã accepisse, ita vt amplius ex illo in
20 strumento petere ei non † liceat. Paulus de Castro in. l. pater tuus. C. de testamen. numero. 3. Guido Papæ decisione. 177. Salyc. Iason & Alciat. in. l. siquidem. C. de transact. & illic dominus Padilla. numero quarto. Afflictus in constitutio. Neapolita. libro primo. Rubrica. 59. numero. 13. Probatur in. l. si ex pluribus. ff. de solutionibus, quare petens executionẽ pro redditibus nouem annorum præteritorum ne quicquàm anteriorum † annorum via ordinaria sa- 21
tisfieri sibi desiderat cum petẽdo eo pacto executionẽ de reliquis annis satisfactum fuisse sibi fateri videatur: neque est audiẽdus qui allegat contraria. l. 1. C. de furtis. Iam illud notius est quàm vt nostra indigeat admonitione cauere debere creditorẽ ne anteaquàm dies quo peti pecunia potest executionem petat, alioqui in id dispendij recidet quòd dies duplicabitur debitori, & insuper non audietur postea nisi prius impensas omnes † refundat. textus in. §. 22
plus autem Instit. de actio. §. hodie instit. de exceptio. capitulo primo. de plus petit. Quamquàm illud (vt nihil est in iure sine controuersia) controuerti inter doctores solet, vtrum duplicanda sit tota dies solutioni à principio præstituta, an vero id tantum tẽporis quo præmature petitum fuit. Aliquibus enim placuit totum ex integro tempus duplicandum esse in quibus fuere Ioã. Andre. & Anton. in capitulo primo. de plus peti. & Angel. in §. si quis agens. numero sexto. Instit. de actio. testatur communem Iason in §. huic autem eodem titulo. Verum è contrario id tantum temporis, quod reliquum erat duplicandum esse placuit

placuit Bartolo in. l. aut damnũ. §. quisquis. ff. de pœnis, & in. l. iustus. C. de iure fisci. libro. 10. Et ad illius accedunt opinionem Abb. in cap. 1. de plus petit. num. 14. & Iason in. l. pecuniam. numero. 10. ff. si certum petatur: estque opinio hæc magis cum humanitate & æquitate coniuncta ne actor amplius puniatur quàm peccauerit, & demum eam nos amplecti necessario debemus cum liquido eam ius nostrum Regium amplectatur in. l. 45. titulo. 2. part. 3. species tamẽ aliquot in quibus actori ante tempus petenti succurrere debeamus memorat Iason in dicta. l. pecuniam ad finem: quas si vacat per te tute perspicere poteris. Elapsa vero die manifesti iuris est sine interpellatione aliqua executionem locum habere cum
23 dies interpellet pro † homine. l. magnam. C. de contrahen. empt. adeo vt lapsa die mora purgari cõtra instrumentum guarentigium non possit, vt tradit Decius cõsil. 552. volum. 4. nume. 16. quam plures tamen ampliationes, & limitationes ad illam legem *magnam* congerit. Anton. Gabriel in volumin. commu. opinio. libro. 3. titulo de solu. conclusio. 9. inter quas illa omnibus notabilior est, etsi ipse non meminerit, quòd quan-
24 do solutio faciẽda est † extra locũ creditoris per lapsum diei non cõstituitur debitor in mora nisi eodem loco tum temporis fuisse creditorem doceatur Alexan. consilio 210. volumine. 6. Afflict. decis. 316. numero. 2. Quid vero si nulla dies † solutioni præfinita fuerit 25
quo die pecuniam posse peti diecimus? & sanè iure communi cum dies adiecta non est, præsenti die debetur. l. cedere diem. ff. de verbor. signifi. l. continuus. §. illud. ff. de verborum oblig. nostrati vero Regio iure cum dies adiecta non fuit decem dies ad soluendum indulgenter à lege vt apparet ex. l. 2. titul. 1. partit. 5. & l. 6. titulo. 17. libro. 4. Recopi. Sed & is qui plus debito petit sicut is qui † tempore 26
plus petijt in expensis damnatur, vt sancitum est illo capi. 1. de plus petitio. quod intelligendum putant quidam, etsi reus totum negauerit debitum, vt placuit Salycet. in. l. properãdum. §. sin autem alterutra. C. de iudicijs. & testatur communem Alcia. in. l. 1. §. si stipulanti. ff. de verborum oblig. quamquàm alij compensari inuicem expensas aiunt, vt Baldus in Authen. generaliter. C. de Episc. & clericis. & alij quos refert Anton. Gabriel in volum. commun. opinio. libro. 2. titulo de expensis. conclusione. 2. sed & nostrati iure hoc amplius plus debito petens punitur quòd decima eius quod plus petierit ad eũ pertinebit, vt in. l. 8. & 9. titul. 2. libr. 4. Recopil. de quarum intellectu in. 6. parte exactius tractãdum nobis est: cæterum vt plus petentium malitia cesset,

cesset, Regia quoque constitutione cauetur, vt in petenda executione † iuret creditor summam 27
quam petit sibi deberi. l. 9. titu. 21. libr. 4. Recopil. Id tamen si omissum fuerit non propterea dicendum est executionē irritam esse, vt autor est Suarez in. l. post rem. §. fin. Et verum idest quidem cum lex id pro forma nō postulet. Hæres tamen creditoris ad hoc adigendus nō est, quia nemo de alieno facto iurare tenetur. l. Marcellus. ff. rerum amotarum, multūq; discrepat hæreditarium iuramentum à principali sacramento. l. generaliter. in princip. C. de rebus 28
creditis. His illud † adijciendum est intra tres menses qui ad conficiendum indentariū legibus sunt præstituti executionem aduersus hæredem locum nō habere. l. fin. §. donec. C. de iure deliber. & illic tradunt Bartol. Bald. Paul. Iason & reliqui, Boerius quoque decisione 53. & Porcellinus in tract. de inuentario, quæst. 7. sequuntur etiam ex nostratibus Suarez extensione 1. ad legem Tolet. & Gregor. Lopez in. l. 7. titul. 6. Parti. 6. & Dueñas Regula 267. Ab illis tamen discscunt, Auend. titu. *delas excepciones*. nu. 25. & Didacus Perez in. l. 3. titul. 8. libr. 3. ordina. folio 629. & quanquā leuibus argumentis suam fulciant opinionem ego illam veriorem iudico: animaduerto enim illū. §. donec. correctum esse per Authen. vt cū de appel. cognoscitur. §. meminimus. collatione octaua. atque per l. fin. titul. 13. Parti. prima. & l. 13. titul. nono. Parti. septima. quibus expressim cautum est ne hæredes aut cæteri cognati defuncti intra nouem dies post illius mortem conueniri à creditoribus possint neque pro debito defuncti, neq; pro suo. Postea vero vt conueniri valeant potestatem faciunt: ergo intra nouem dies tantum executio locum non habebit, iuxta leges illas superiores quæ bellissimè etiam statuunt nullam omnino fore conuentionem † quamli- 29
bet intra illos nouem dies per creditores cum hæredibus & cæteris defuncti agentis percussam. Illud postremo animaduertendum est executionem cum in rebus soli petitur petendam prius esse in bonis specialiter obligatis, neque aliter ad bona generaliter obligata posse peruenirī quàm constet bona specialiter obligata soluendo non fore. text. singula. in. l. 2. C. de pigno. cuius argumentū accuratè prosequuntur Couar. lib. 3. Variaca. 18. & c. 7. nu. 6. & Greg. Lopez in. l. 70. titul. 18. Parti. terria. verb. *tal casa*. & Molina de primogen. libr. 4. cap. 7. num. 21. ideo nos hic missum facimus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus propriè, quid sit.*
1 *L. ne quicquam. §. Vbi decretum. ff. de officio proconsul. elucidatur.*
2 *Carthæ quas vulgo foreras vocat quid sint.*

3 *Quæ de plano & sine causæ cognitione expediebantur per libellum expediebātur.*
4 *Cum res est in specie præstāda statim actor executionē petens in illius mittitur possessionem.*
5 *Cum executio fit in hypothecaria actione actor statim in illius mittitur possessionē.*
6 *Cum factum est præstādum executio quēadmodum fiat.*
7 *Cum executio competit pro iuribus incorporalibus non est opus executione reali.*
8 *Cum executio petitur pro quantitate vel genere bona debitoris in pignus capiuntur & solennibus subhastationibus distrahuntur.*
9 *Cum res in sententia aut instrumento contenta periit pro æstimatione executio fit.*
10 *Apparitor executionem facere non potest nisi mandatum habeat in scriptis.*
11 *L. 17. titul. 21. libro. 4. Recopila. explanatur.*
12 *Ab interlocutione de exequendo appellatio locum non habet quātum ad effectum suspensiuum.*
13 *In causis executiuis non potest iudex qui de appellatione cognoscit inhibere iudicē exequentē anteaquàm de actis cognoscat.*
14 *In pignoribus capiendis & subhastationibus peragendis citatio necessaria non est.*
15 *Cum aduersus hæredem executio petitur vel ex cessione creditoris an citatio præcedere debeat.*
16 *Cum reus citari debuit ante executionem & non fuit citatus an executio nulla sit.*
17 *Exceptio quæ in ea causa nititur ex qua nihil damni vel commodi parti obuenire potest iure admitti non debet.*

executorium mandatum. Hunc proprius libellum † appellare li- 1
cebit, iuxta textum in. l. nec quicquàm. §. vbi decretum. ff. de officio proconsulis. vbi ita Iurisconsultus inquit. *Vbi decretum necessariū est per libellum id proconsul expedire non potest: omnia enim quæcunque causæ cognitionem desiderant per libellum non possunt expediri.* Libellus enim illic pro mādato executorio accipiendus erit, si credimus Iacobo de Arenis, illivero credidit Bartolus eodem loci ad finem prioris scripturæ, & illius opinionem à cæteris probari scribit ibidem Iason numero. 4. Mihi vero verius videtur libellum illic non præceptum executoriū significare, sed potius chartas illas legitimas quæ in negotijs † causæ cognitionem 2
non desiderantibus de plano solenni quodam iure concedi solēt: antiquitus apud nos appellantur *chartas foreras*. vt in. l. 5. tit. 19. partita 3. hodie appellantur *prouisiones ordinarias*: in hūc enim sensum libelli nomen accipiendum esse apparet. ex. l. 2. C. quemadmodū testa. aperiā. ita enim inquit *adire prius vel pro tribunali, vel per libellum rectorem prouinciæ procura.* item ex l. miles. §. sexaginta. ff. ad legem Iuliam de adulter. sic enim ait. *De plano quoque libellus dari potest,* ostendit etiam Iurisconsultus in l. libertus, qui aduersus patronū. ff. de in ius voca. *neque enim ait qui libellum principi vel præsidi dat in ius vocare*

Quintæ Partis.

§. Secundus. De executorio mandato.

PETITA executione examinatoque à iudice instrumento illo paratā executionem habēte decernitur

vocare patronum videtur, illa ergo ne
3 gotia quæ de plano ac sine † cau-
sæ cognitione expedirebantur per
libellū expediri dicebantur, quia
subtus libellum quid obseruan-
dum esset subnotabat iudex, vt
ostendunt Plinij Iunioris verba
epistola ad Arrium libro. 1. *Distrin
gor inquit officio vt maximo sic mole-
stissimo, sedeo pro tribunali, subnoto li-
bellos, &c.* significant etiam impe-
ratoris verba in. l. 2. C. de assessori
bus, quæ istiusmodi sunt: *præsides
non per assessores sed per se subscribant
libellis*, vbi ergo decretum necessa
rium est per libellum, idest, de pla
no id proconsul expedire non po
test, vt inquit Iurisconsultus in di
cto. §. vbi decretū cuius interpre-
tandi gratia hæc attulimus. Solet
enim scholeastibus negotium fa-
cessere, sed neque satis illius sen-
sum caluisse dissertissimus vide-
tur Budæus cæterique recentio-
res, licet multis verbis rem illic
agitent: largo vero modo, & abu-
siue libelli nomen, & ad causas
tribunal, & cognitionem deside-
rantes pertinere cœpit, vt in. l. am
pliorem. §. in refutatorijs. C. de
temporibus appella. & in capitul.
1. de libelli oblatione, & alias sæ-
pè. Hoc autem mandatum seu in
terlocutio de exequendo non eo
dem modo sed aliter atque aliter
prout negotij postulauerit con-
ditio decerni solet. Nam siquidem
res est in specie præstanda
pro qua executio petitur, eaque
extet non longius † res abibit sed 4
fiet præceptum reo vt intra cer-
tum tempus, puta triduum rem
restituat eoque non restituēte aut
mittitur actor in illius rei posses-
sionem aut cogitur reus etiam si
opus fuerit manu militari rem re
stituere. l. qui restituere. ff. de rei
vendi. §. 2. Insti. de officio iudicis.
l. 6. tit. 17. lib. 4. Recopilat. l. 3. ti-
tulo. 27. partita. 3. Diximus autem
vt ante a præceptum de restituen-
do fiat, quia licet plerisque placue
rit eo casu citationem necessariā
non esse, vt est videre apud Bart.
& reliquos in. l. à diuo Pio. §. in
venditione. ff. de re iudicata. Duc
ñam Regul. 94. & Ioseph. Ludo.
decisione sexta. Porrò ciuilius fa-
cturum iudicē putauerim si reus
prius fuerit interpellatus, quę Bar
toli, Baldique fuit opinio in. l. pro
perandum. §. sin autem reus. C.
de iudicijs, & illic glossa verbo au
diatur. Idem quoque iuris erit si
actione hypothecaria agatur se-
cundum † Marantham in Specu 5
lo titulo de executione. numero
13. Aut vero depositum factum
pro quo executio petitur est in
obligatione, illudque est præcise
præstandum † & tum vel captis 6
pignoribus vel carceris coercio-
ne cogitur reus ad factum vel de-
positum præstandum. glossa in. l.
stipulatio. §. siue. ff. de noui operis
nuntia. Bald. in. l. hi qui. C. locati.
Montaluus in. l. secunda. titulo
octauo. libro. 3. fori. Auend. titulo
de las

de las excepciones. nume. 14. probat
textus in. §. sciendum. Inst. de sa-
tisda. tuto. & l. si quis. C. depositi.
Aut agitur de iuribus incorpora-
libus, veluti de iure eligendi, seu
7 præsentandi † (vt nostri loquun-
tur) & tum reali executione opus
non est, sed is secundum quem
pronuntiatum est, suapte potest
autoritate suo iure vti. secundum
Innocent. in cap. cum nostris. de
concess. præben. & Bald. in. l. iu-
bere cauere. ff. de iurisd. omn. iu-
dicum. Cæterùm quando non fa-
8 ctum præcise neque res est in spe
cie præstanda †, sed executio pe-
titur pro quantitate, vel genere,
tum iubet prætor bona debitoris
in pignus capi, ac solēnibus sub-
hastationibus distrahi, iuxta legē
à Diuo Pio. ff. de re iudic. & l. or-
do. C. de execut. rei iudi. & l. præ
sentiam. titul. 21. lib. 4. Recopila-
tionis. aliasq; notissimas Regij iu-
ris leges. Idemque erit si res in in-
strumento, vel sententia conten-
9 ta pro qua † facienda erat execu-
tio perempta sit, nam adhuc pro
illius æstimatione locum habebit
executio, secundum Bartolum in
l. Iulianus. ff. de confessis. Debet
10 autem mandatum hoc executo-
rium in scriptis † constare, alioqui
11 non potest † apparitor executio-
nem facere neque in personam,
neque in bona, vt scribit Bartol.
in. l. Palatinos. C. de collat. fundi
siscalis. libro vndecimo. & Philip-
pus Francus in capit. cum parati.
col. 7. de appella. Maranthain spe
culo 6. parte, titul. de citatione.
nu. 78. Cauetur autem nouissi-
mè lege Regia à Philippo nostro
lata, vt mandatum hoc actori ipsi
tradatur † non apparitori, alioqui 11
nulla sit executio. l. 17. titul. 21. lib.
4. Recopilationis. Nimirum vt ap
paritorū improbitati obuiam ea-
tur ne inscio, aut inuito creditore
ad executionem procedant: quo
circa si consentiente creditore à
notario datum apparitori fuerit
mandatum, haud quaquàm irri-
tam decreuerim executionē cum
legis ratio cesset: consensisse vero
creditorem semper crediderim
quotiescunque illum non repu-
gnasse constiterit cum in illius cō
modum tes cedat, iuxta. l. secun-
dā. ff. soluto matrimonio. Vtrùm
vero ab huiusmodi interlocutio-
ne seu mandato † de exequendo 12
appellare liceat quæri identidem
solet & verius est eiusmodi appel
lationi deferendum non esse: ma-
nifesti enim iuris est ab executore
appellandi ius non esse nisi forsan
modus excedatur. l. ab executo-
re. ff. de appellationibus. l. ab exe-
cutione. C. quorum appell. non
recip. Plane tamesi illic Accur-
sio placuerit leges illas accipien-
das non esse quando iudex sen-
tentiam de exequendo interlocu
tus fuerit, sed tum appellationi lo
cum fore, & sequantur illum quā
plures quos refert Anto. Gabriel
in volu. cōmu. opin. lib. 2. titul. de

appel. concl. 4. adeo vt illius opinio. cõmunẽ affirmet Socin. reg. 24. fallẽ. 2. Atqui illius opinio iuri quã aduersa videtur, cũ alioqui leges illæ verbo magis quã re rogatæ viderentur, atque ita illi à pleriſque ſcribentiũ reclamatum eſt, vt eſt videre apud Alex. conſil. 95. volu. 2. & Felinum in cap. quoad conſultationem. de re iudica. Decium in cap. nouit. notabili. 4. de appel. & aduerſus Accurſium cõmunem eſſe opinionem teſtis eſt Alciat. in. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verbo. oblig. & Maranth. in ſpecul. titul. de appel. nu. 248. & magis cõmunem ſcribit Aymon conſ. 273. & Anto. Gabriel in volu. cõmun. opinio. lib. 2. titul. de appel. concl. 4. & Emanuel Suarez in Theſauro recept. ſententiarum. verbo, appellatio. & Laurẽtius Kirchouius in volum. commun. opinio. centuria 1. concluſione 16. Appellatio igitur hoc caſu ſecundum Antonium de Canario de executione inſtrumẽ. quæſtione 46. & 47. habet tantummodo effectum deuolutiuum, ſuſpenſiuum non habet (vt intelligar cogor interdum & nouis & vulgaribus verbis vti.) Proinde neque in hac ſpecie neque cæteris ſimilibus quibus appellare non licet † non poteſt iu-
13 dex qui de appellatione cognoſcit inhibere priorem iudicem anteaquam cognita cauſa is conuenire iudicauerit, ex deciſione capit. non ſolum. & capit. Romana. §. ſin autem. de appellationib. in ſexto. Lanfranc. in cap. quoniam cõtra. titul. de interlocutione. numer. 125. Socinus conſilio 265. volu. ſecundo. Sciendum eſt etiam in hoc mãdato executorio decernendo non eſſe neceſſe, vt debitor prius citetur, ſicuti expreſsim definitum extat in. l. 19. titulo. 21. libro quarto Recopilationis. Etenim in pignoribus capiẽdis peragendiſque ſubhaſtationibus citatio vlla neceſſaria non eſt, ſed ad vltimam tantum addictionis ſen
14 tentiam (quam de remate † appellamus) Albericus in. l. creditor. C. de diſtract. pign. Afflictus deciſione 358. numero tertio. Maranta in ſpeculo 6. part. titul. de executione numer. 19. ſcilicet, cum aliquid liquidãdum non eſt, nam tum alia res eſt, vt alibi latius tractandum nobis eſt. Sed illud videndum eſt ſi aduerſus hæredem debitoris executio petatur vel etiam aduerſum ipſummet debitorem ex actione forſan à creditore alteri ceſſa an neceſſaria citatio ſit? Et extat eius rei aperta Baldi ſententia in. l. per diuerſas. C. manda. dicentis eo caſu citationem neceſſariam eſſe: nimirum, vt anteaquam executio decernatur diſcutiatur vtrum ille † ſit hæres vel
15 an huic iure ceſſa ſit actio, Baldi autem opinionẽ amplectitur Paulus in. l. poſtulante. ff. ad Trebell. numer. quarto. & Alexan. conſil. 95. nu. 9. & conſil. 358. volu. 2. Boerius

rius deciſ. 10. Dueñas regula 277. Suarez extenſione 1. ad legem Toleta. teſtatur communem Viuius libr. 2. opinione 266. in volum. cõmun. opin. Quid ergo? nunquid his caſibus ob omiſſam citationẽ executionẽ nullam eſſe dicemus? tractat hoc in genere Barto. in. l. à Diuo Pio. §. in vẽditione. ff. de re iudi. & illic reliqui. Cæterum in
16 hac ſpecie † ego illud à ius dicẽte inſpiciendum puto, an executio fiat in bona, an in perſonã, nã ſi in perſonã fiat,, aut reus ſpõte ſoluit ſatiſdationẽve offert & ſuſtinẽda erit executio, iuxta textũ in. l. fi. §. fin. ff. quod metus cauſa. & Iaſonem in. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. nu. 12. & Paulum conſil. 39. & Decium conſil. 449. volu. 4. nu. 19. & alios quos refert Ioſeph. Ludouicus deciſio. 40. nu. 2. Aut vero reus appellat ab executione vel apud eundem iudicem è carcere de nullitate agit, quia dicat prius citari ſe debuiſſe, & dicendum eſt executionem reuocandam eſſe ſecundum opinionem Baldi, & cæterorum quos principio retulimus: & hanc noſtram quidem diſtinctionem apertè ſentire videtur Abbas in capit. quoad conſultationem. nu. 27. de re iudicatã. hæc cum in perſonam executio fit. Porrò ſi in bonis executio fiat, intereſt, an reus ad ſententiam additionis citatus actutum ſe ſolutioni offerat an non offerat: nam priori cauſa irritanda erit executio: iuſtam enim ignorantiæ cauſam habuit reus. l. qui in ius. ff. de regul. iuris. l. 2. ff. de iuris & facti ignor. Iaſon in. l. vinum. nume. 9. ff. ſi certum petatur. Poſteriori vero caſu non puto executionem irritandã eſſe, ſed ſuopte potius Marte cauſam terminandam eſſe: occurrit æquitas rei, quid enim rogo debitoris interfuit ante executionem citatum ſe fuiſſe necne? quando illius eam fuiſſe mentem exitus declarat, vt tametſi à principio citatus fuiſſet nihilo magis ſolueret? At exceptio illa † quæ in illa cauſa ni 17
titur ex qua nihil damni vel commodi parti obuenire poteſt iure admitti non debet. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. & illic Alexand. ff. ad Trebellianum. Tiraquellus de retract. linag. §. primo. gloſſ. ſecunda. nume. 51. & hanc noſtram opinionem, & Suarez ipſe quanquã ſubobſcurus ſentire videtur extenſione prima, ad legem Toleta. numero tertio. & confirmatur ex ijs quæ in non diſsimili ſpecie ſcribit Roma. ſing. 396.

SVMMARIVM.

1 *Pignorum quatuor ſunt genera.*
2 *In executione res mobiles capiendæ prius ſunt quam immobiles.*
3 *Debitor habens res mobiles non poteſt ad executionem res ſoli nominare.*
4 *Cum ordo peruertitur in executione, an executio ſit nulla.*
5 *Quicquid peccatum fuerit in ijs quæ ad formam pertinent actum nullum reddunt.*

6 *Actus alioqui nullus conualescit si is cuia interest non repugnet.*
7 *Mobilium immobiliumque appellatione quid contineatur.*
8 *Mobile dicitur quod secundum suam moueri potest naturam; immobile vero quod suapte moueri natura non potest.*
9 *Granaria quæ solo affixa non sunt inter mobilia referuntur.*
10 *Horrea quæ in confinio regni Calleciæ, & Legionis extant an inter mobilia computanda.*
11 *Diruti vsque ad aream ædibus nõ eædem dicũtur ædes, etsi postea ex integro eodem loci reponantur.*
12 *Apium aluei pisces in stagno, atque colũbarium an mobilia sint.*
13 *Fructus pendentes inter immobilia quando reputentur.*
13 *Molendinorum molæ roraque immobiles sunt.*
13 *Pecunia etiam ad prædiorum comparationem destinata mobilis est.*
14 *Boues aratorij inter mouentia computantur.*
15 *Iura & actiones an inter res mobiles referendæ.*
16 *Quæ res ad executionis causam capi non valeant.*
16 *Arma boues aratorij ceteraque rei rusticæ instrumenta capi ad executionem non possunt.*
17 *Omnium rerum ex quibus aliquid acquirunt homines nihil est agricultura melius.*
18 *Libri scholarium ac literatorum capi ad executionem non debent.*
18 *Vestes lectum & cætera supellectilia ad vsum quotidianum necessaria capi ad executionem non debent.*
19 *Non sunt artifici suæ artis capiẽda instrumenta neque item sacerdoti sui beneficij redditus.*
20 *Aduenarum nauigia ad nostra litora appulsa capi ad executionem non debent.*
21 *Arma bouesque & cetera rei rusticæ instrumenta etiam si alia bona desiderentur capi ad causam executionis non possunt.*
22 *Libri aduocatorum etiam alijs bonis deficientibus capi in causam executionis non debent.*
23 *Aduocatorum atque militum paria sunt in iure priuilegia.*
24 *Causidicorum statuæ perinde ac militum equestres esse solebant.*
25 *Tegulæ marmora columnæ, & cætera quæ ædibus iuncta sunt etiam alijs deficientibus bonis ad executionem capi nõ possunt.*
26 *Cadauer creditoris, etsi magis alia bona deficiant capi in causam executionis non potest.*
27 *Res sacræ & ad diuinum cultum consecratæ capi ad executionem non debent, etsi alia deficiant bona.*
28 *Sacellum capi in causam executionis non debet, etsi alia bona desiderentur.*
29 *Ius patronatus ecclesiæ capi ad executionem non potest, etsi alia defuerint bona.*
30 *Nobilibus nec equus nec mula quibus vtitur, nec arma domusve quas inhabitat capi ad executionem possunt.*
31 *In bonis maioratº fieri executio an possit.*
32 *Magistratibus æris alieni mole prægrauatis redditus maioratus creditoribus addicũtur, habita tamen ratione ne egeant.*
33 *Bona emphyteutica capi ad executionem possunt saluo iure canonis.*
34 *In peculio profectitio aut aduentitio pro debito patris executio quando locũ habeat.*
35 *Pro debito vniuersitatis quibus in rebus executio fieri debeat.*
36 *L. 1. titul. 6. & l. 11. titul. 7. lib. 7. Recopilat. illustrantur.*
37 *Prohibita alienatione non videtur prohibita alienatio necessaria.*
38 *In vijs publicis theatris alysque id genus quæ ad vsum publicũ necessaria sunt fieri executio pro debito vniuersitatis nõ potest.*
39 *In frumento quod in horreis publicis recõditum est executio fieri pro debito vniuersitatis non potest.*
39 *Frumentaria res in alios vsus quàm quibus destinata est conuerti non potest.*
39 *Ad contributionem rei frumentariæ executus nemo.*

40 *Pro*

40 *Pro debito vniuersitatis priuata capi persona non potest.*
41 *Munera publica an in causam executionis capi valeant.*
42 *Res vxoris pro debito mariti capi in executionem non possunt.*
42 *Vestes mundusque muliebris mulieris esse præsumuntur.*
43 *In nominibus debitorum executio quando fieri valeat.*
44 *In annuis pensionibus executio quando locum habeat.*
45 *In pecunia debitoris quæ apud argentarium, vel alium deposito sit locum habet executio.*
46 *Cum debitor soluit posteriori creditori, an prior aduersus illum agere valeat.*
47 *In seruitutibus prædiorum executio an locum habeat.*
48 *L. si is. §. iuxta ff. de pigno. & lex sequens quæ inter se pugnare videntur ad concordiam reducuntur.*
49 *In pootorio pedagio, seu iurisdictione executio quando locum habeat.*
50 *Cum graue æs vrget dari debet curator bonis debitoris.*
51 *Fideiussor potest ad executionem debitoris bona nominare.*
52 *Ad executionem nominatim bona pignori capi debent & nominatim distrahi.*
53 *Secundum mensurã debiti pignora ad executionem capienda sunt.*

Quintæ Partis.

§. Tertius. De pignoribus in causam executionis capiendis.

1 BIgnorum quatuor sunt genera conuentionale, prætorium †, iudiciale, legale: glossa & Bartol. in l. prima. ff. de pignor. actione. Iason in §. item Seruiana. Inst. de actionib. Pignus conuentionale est, quod partium conuentione constituitur, de quo in titulis de pigno. & de pignor. actione, & alias sæpè. Prætorium est cum ante sententiam propter rei contumaciam actor in bonorum mittitur possessionem, vt in l. si vnus. ff. de bonis autori. iudicis possid. & in l. prima. & secunda. C. de prætorio pignore. ca. quoniam vt lite pendente. Iudiciale est quod ad executionem rei iudicatæ, vel quasi iudicatæ accipitur, vt in l. à Diuo Pio. ff. de re iudi. legale vero dicitur, quod legis virtute constat, vt in §. item Seruiana. Inst. de actionibus. & l. certi condictio. C. de locato. Nobis autem hoc loco de iudiciali tantum agendũ erit. In pignoribus igitur in causam executionis capiendis ordo † ille seruari debet. Vt prius quidem res mobiles pignori capiantur neque vsque à rebus soli initium fiat nisi demum rebus mobilibus nõ suppetentibus. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. l. 3. tit. 27. par. 3. & cauetur nouissimè in illa lege Regia 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. Ex quo difficile factu est vt probem Gregorij Lopidis opinionem in in. d. l. 3. tit. 27. par. 3. verb. *Primera mente.* scribentis posse reum etsi bona habeat † mobilia eis omissis res soli ad executionem nominare, id enim neque iure antiquo probatur & illius legis Regiæ nouissimæ definitioni ex diametro

2

3

aduersum est : forensem autem vsum (quam praxim vulgo vocamus) illi non minus refragari intelliget quisquis vel mediocriter foro assuetus fuerit. Dispiciamus tamé an si is ordo prœuertatur nul
4 la sit executio † an potius rescindenda, de qua quæstione non mediocrem inter interpretes concertationem video esse. Nam Barto. in dicto. §. in venditione, scribit executionem nõ esse nullam, sed potius irritandam quod dicat illum. §. in venditione hunc ordinẽ pro forma non inducere: Bartoli vero opinionẽ per omnia amplectitur illius simia (Panormitanus scilicet, Abbas) in cap. quoad consultationẽ. nu. 27. de re iudi. Alij vero non pauci nullam esse executionem contendunt tanquã præpostero ordine factam: inter quos fuit Matthæus de Afflictis decisione 358. alijque relati à Maranthа in speculo titul. de executione. nu. 9. alij vero aliud in iudice, aliud in apparitore statuendum putant. Felinus in cap. quo ad consultationem. de re iudic. Atque si sententiæ numerandæ sunt potius, quàm ponderandæ, vicit sanè Bartolus: illius enim opinio cõmunis magis est, vt testatur Ias. in dicto. §. in venditione numer. decimo. & Gregorius Lopez in dicta. l. tertia. titul. 27. Partita tertia. verbo, *Primeramente*. & Antonius Gabriel in volumi. commu. opinio. libr. secundo. titul. de execu. sentent. conclusio. secunda. Ego vero aduersus Bartolum veriorem esse opinionem arbitror, sicuti etiam arbitratur Auenda. in cap. correctorum. prima parte, capit. 17. num. quarto. & Molina de primog. lib. quarto. cap. septimo. numer. 24. Quod si dubitandi antea locus aliquis fuit, hodie tamé nullus est relictus, quando illa lex Regia Recopilationis nouissimè à Rege nostro lata inter cætera hunc ordinem pro forma introducat, notissimumq; sit quicquid
5 peccatum † sit in ijs quæ ad formam spectant actum reddere nullum. l. cũ hi. §. prætor. ff. de transactionib. cap. dilecta. & illic Felinus de rescript. & in obscurè omnis forma censeri debet substantialis, atque de essentia actus, secundum Baldum in. l. comparationes. C. de fide instrumẽ. Iason in. l. prima. ff. de liberis præteritis & exhæred. Decius consilio 532. numero tertio. Hoc tamen ita erit si à parte reclamatum fuerit, nam actus alioqui nullus conualescit si is cuia † interest non re-
6 pugnauerit, vt tradunt Paulus & cæteri in. l. filio præterito. ff. de iniusto rupto, irritoque facto testa. & Boerius decisione 96. & Tiraquel. in. l. si vnquam. C. de revocand. donationibus. verbo, *reuertatur*. Sed mobilium immobiliumque appellatione quid contineatur dicere nõ grauabor, cum res sit † ad multas fori quæstiones
7 in pri-

in primis conueniens, & planè mobile dicitur, quod secundum suam naturam moueri potest, atque ex diuerso immobile, quod moueri suapte natura non potest. l. mouentium. ff. de verborum signific. l. 29. titul. 33. Parti. 7. l. 4. titulo 29. Parti. 3. Panor. in cap. nulli. numer. 9. de rebus eccles. non alien. Decius consilio 472. volu. 4. nume. 4. Mobilium autem appellatione & mouentia contineri declarat illa lex mouentiũ. Cuppas ergo seu vasa vinaria quibus
8 hodie vtimur mobiles † esse constat, quoniam solo apud nos affixæ non sunt, sicuti non difficulter colligere licet ex Iurisconsulto in. l. fundi. & l. dolia. ff. de actionibus empt. & in. l. 3. §. vino. ff. de vino tritico, oleoque leg. & l. etsi
9 proprietatis. ff. de vsufructu. Eodem quoque numero † habenda sunt granaria quæ solo affixa non sint, sicuti non obscurè definit Iabolenus in. l. granaria. ff. de actionibus empt. Quærentibus autem nobis de horreis quæ in confinio regnorũ Galleciæ & Legionis frequentia sunt vtrum inter res mobiles, an soli reponẽda essent, magis placuit inter res soli reputanda esse: ita enim compacta & fa-
10 bricata sunt †, vt integra alio dimoueri nequeant, inter res soli ergo referenda sunt. l. prima. §. hoc interdictum. ff. de vi & vi armata. vulgo vero nonnulli mobilia ea esse ex eo autumant, quòd aliquando deposita alio transferantur, quod ficulneum vtique est fundamentũ alioqui & ædes mobiles esse dicendum esset, quia ijs dirutis materia aliorum transferri potest, quod quàm sit à iuris ratione abhorrens nemo est, qui non videat, & probat. l. eum qui ædes. ff. de vsucapionibus. Quid quod depositis, seu dirutis vsque ad aream † ædibus vel horreis nec
11 illæ eædem ædes, neque hæc eadem horrea dicentur, etsi ex integro in eadem area, seu solo nedum alibi reponantur. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligationibus. l. si vnus. §. item si pactus. ff. de pactis. l. si conuenerit. ff. de pigno. actione. Nec nos quicquam mouet. l. Titius. ff. de acquiren. rerum domin. quoniam de horreis mobilibus, id est quæ solo affixa non sunt loquitur, nostratia vero hæc solo affixa sunt, idcirco meritò ea inter immobilia reponimus, id quod & non obscurè probat. l. vigesimanona. titul. quinto. Parti. quinta. De apium alueis † quæsitum
12 est apud Montaluum in. l. prima. titul. vigesimo. libr. tertio Fori. & putat inter res soli annumerandos esse, ad cuius opinionem accedendũ erit quoties illi parieti (vt alicubi solet) affixi fuerint alioqui si per se stent haud video cur non potius mobiles quàm immobiles dicantur, cum suapte natura moueri facilè queant, nisi forsan tan-
13 quam

quam partem aluearij illos accipias, puta si in ipsum aluearium (quod ex solo & alueis constat) executio fiat, tum enim aluearij vniuersitatem sequuntur & immobiles iudicandi sunt. l. longe possessionis, & l. rerum mixtura. ff. de vsucapio. l. 6. titul. 20. Part. 2. Eandem distinctionem in stagno
13 piscium & in columbario † sequemur: sic etiam & fructus pendentes si separatim & per se accipiantur mobiles sunt, sin tanquã fundi partẽ immobiles, sicuti latius videre licet apud Tiraquel. de retract. linag. §. 1. gl. 7. nu. 37. & 44. Molendinorũ item molæ rotæq; etsi quotidie mouentur, quia tamen affixæ ædificio sunt inter immobiles reputantur, secundũ Baldum in cap. contingit. de dolo & contum. probat. l. cum fundus. ff. de appel. leg. Pecuniam vero etiã ad prædiorum comparationẽ destinatam mobilium numero reputandam esse scribit Boerius decisio. 209. Ex quibus omnibus satis
14 intelligi potest verum † non esse, quod scriptum reliquit Bertachi. in suo illo locupletissimo Repertorio, verbo, *boues*. aratorios boues inter immobilia computari. Sed de iuribus & actiõibus videamus. & tractat hoc Tiraquel. de retract. linag. §. 1. glos. 7. nu. 44. & tandem resoluit ea mero iure nec inter mobiles, aut immobiles reputari †, sed tertiam quandam cõ
15 stituere speciem, id quod probatur in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & l. quàm Tuberonis. §. in peculio. ff. de peculio. & explicat verbosius Pynellus in rubrica. C. de bonis matern. in princip. nu. 24. conclus. 10. nisi modo ad alterutram speciem necessario redigenda sint, vt in præsenti tractatu, nam si scire velis an proclamari tanquàm immobiles debeãt an secus, tum iudicandæ sunt mobiles, aut immobiles pro cõditione earum rerum ad quas competunt: idest si ad res mobiles competũt mobiles dicentur, sin ad res soli immobiles iudicabũtur, sicuti ipse Tiraquel. luculenter loco superiori explicati, & probatur in Clem. exiui. §. cumq; annui reddi
16 tus. de verbor. signific. Sciendum est etiam nonnullas esse res † quæ in causam iudicati capi non possunt, veluti arma. l. 3. tit. 27. Par. 3. Item boues mulive aratorij cæteraq; rei rusticæ instrumenta. l. pignorum. cum Authẽ. seq. C. quæ res pign. oblig. possunt. l. 5. tit. 17. libr. 5. Recopilationis. l. 25. titu. 15. lib. octauo eiusdem voluminis: tanto enim fauore veteres rem rusticam prosecuti sunt, vt Solonis lege capitale esset aratorios boues mactari, seu occidere, vt autor est Plinius lib. 8. cap. 45. Hoc autem adeo quidem procedit, vt scribat Iason cõsil. 20. volu. 3. posse debitorem impune à manu executorum propria autoritate recuperare hæc bona sibi iniustè ablata. Id autem

autem & quicquid aliud prærogatiuæ agriculturæ concessum fuerit iure meritòque locabitur, nam
17 vt præclare † ait Cicero Officiorũ libro 1. *Omnium rerum ex quibus aliquid acquiritur nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homini libero dignius*. Illud addere quoque rectè poterat Cicero, nihil ad corporis valetudinẽ quicquam salutare magis: nihil ad animæ securitatem quicquam magis
18 proficuum, æquè etiam libri scholarium † ne dum literatorum in causam executionis capi nõ possunt. glos. in. l. nepos Proculo. ff. de verb. signi. Item neque vestes, neque lectum cæteraque suppellectilia ad vsum quotidianum necessaria. l. obligatione generali cũ lege sequenti. ff. de pigno. l. 5. titu. 13. & l. 1. titul. 15. Part. 5. Bart. Bald. ac reliqui in. l. 1. C. quæ res obligari poterunt. Sic & artifici instru-
19 menta suæ artis † auferri non deberi tradit Maranth. in speculo titulo de executione. nu. 29. Eiusdẽ sunt conditionis stipendia militum. l. stipendia. C. de execut. rei iudi. l. commodis. ff. de re iudic. Pari quoque modo redditus sacerdotij, seu ecclesiastici beneficij eodem sunt iure censendi. Barto. & Alex. in dicta. l. commodis. Baptista Villalobos in antinomia iuris, in princip. nu. 14. Aduenarũ item nauigia ad nostra litora appulsa,
20 ac merces quæ ijs vehuntur accipi ad executionem † nostrati Regio iure prohibetur, vt est latius comprehensum in. l. 12. titulo. 17. lib. 5. Recopil. Hæc scilicet nisi debitor ipse vltro huiusmodi res ad executionem assignauit cum iuri suo renũtiare prohibeatur nemo. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. His itaque expositis intellectum puto qualia sunt bona quæ ad executionem capi nõ possunt, sed & simul intelligemus quæ capi possunt, nam si cognouerimus quæ capi non possunt consequenter intelligemus quæ capi poterunt ex sententia Iurisconsulti in l. prima. ff. de ijs qui sunt sui vel alieni iuris. Sed operæ erit, vt dispiciamus si alia bona non extent an ad hæc quæ capi non posse diximus manus porrigi possint: & conuenit inter omnes alijs bonis non extantibus supradicta ad causam executionis capi posse, glossa in. l. executores. C. quæ res pign. oblig. possunt. & illic omnes. Hippolyt. in rubric. de fideiuss. nu. 112. Ripa de peste. in rubri. de præseruatorijs remedijs. nu. 221. Dueñas Regula 275. & nostrati Regio iure apertè deciditur in. l. 3. titu. 27. Parti. 3. & l. 23. titul. 21. Part. 2. Id tamen nouissimo † iure (id est alijs 21
legibus postea latis) aliquantisper immutatum est. Nanque arma bouesque & cætera rei rusticæ instrumenta, etiam si alia desiderentur bona capi in causam executionis non possunt, sicuti non obscurè definit. l. 5. titul. 17. lib. 5. Recopil.

&. l. prima. titulo sexto. libro sexto eiusdem volum. Non dissimili quoque ratione, & in libris aduocatorum idem sequendum † puto, cum armis per omnia exequentur, glossa in dicta. l. nepos Proculo. ff. de verborum significatione. l. aduocati. C. de aduoca. diuers. iudiciorum. cuius verba quia egregiè in aduocatorum laudem faciunt non inuitus referam. *Aduocati*, inquit, *qui dirimunt ambigua facta causarum suaq; defensionis viribus sæpe publicis in rebus ac priuatis lapsa erigunt fatigata reparant, non minus prouidens humano generi quàm si prælijs atque vulneribus patriam parentesque seruarent. Nec enim solos nostro Imperio militare credimus illos qui gladijs clypeis, & thoracibus nituntur: sed etiam aduocatos. Militant namque causarum patroni qui gloriosa vocis confisi munimine laborantium spem, vitam, & posteros defendunt.* Hactenus Imperator qui nihil apertius definire potuit aduocatorum priuilegia † non minora esse quàm militum, proinde olim causidicorum statuæ non secus ac militum equestres esse solebant, vt Iuuenalis significat Satyra. 7. & ostendunt illa Martialis carmina.

Tam graue percussis incudibus æra resultant.

Causidicum medio cum faber aptat equo.

Cum ergo & militum, & aduocatorum par sit lege conditio nihil mirum si vt illisi arma æquè, & his libri pro ære alieno omnino, ideſt, etiam alijs bonis deficientibus non capiantur: cum vt illi sine armis æque, & hi sine libris militare minus valeāt: quam quidem opinionem, & secundum iuris communis præscripta veram esse contendit Rebuffus in libello quem inscripsit de scholarium priuilegijs. numero. 125. Humanitatis quoque intuitu, atque honestatis etiam causa idē probādum † erit in vestibus quas quis ad quotidianum vitæ vsum habet: absurdum enim foret, si quis nudus relinqueretur, proinde etiam alijs bonis deficientibus humanitati congruit, ne hæ debitoribus auferantur, id quod video placere Ducēæ Regula. 275. nihil tamen allegat cum tamen id teneat glossa in. l. penultima. ff. de cessione bonorum. Faber, & Iason. in. §. final. Institu. de actionibus, & probat. l. 20. titulo duodecimo. libro primo Recopilationis. &. l. trigesima secunda. titulo. 26. Partita secunda. tegulas quoque marmora columnas, atque cætera quæ ædibus † iuncta sunt capi in causam executionis non posse tradit Bartolus. in. l. nutu. §. finali. ff. de legatis tertio. quod intelligat sanè etiam si alia bona non suppetant, quoniam hæc (ne ciuitas ruinis deformetur) venire, distrahi, legari vè vetuit. Senatus consultum. l. sena-

l. Senatus. ff. de contrahen. empt. l. final. ff. de damno infect. l. 2. C. de ędificijs priua. l. cætera. ff. de legat. 1. Debitoris vero cadauer pro ære alieno detineri non posse pro
26 bat. l. final. C. de sepulchro † violato. Angeli enim qui contrarium voluit (tāquàm dura & ab omni humanitate aliena) explosa est iam diu ab omnibus sententia, vt est videre apud Suarez extensione quinta ad legem Tolet. Felin. in ca. sicut Iudæi. de Iudæis. Guil lel. Benedict. in cap. Raynuntius verbo mortuo. 1. nu. 56. Couarr. lib. 2. Varia. cap. 1. num. 10. Menochius de arbitrarijs libro. 2. Centuria. 4. casu. 387. Didacus Perez in. l. 3. titulo. 8. libr. 3. ordin. Emanuel Suarez in thesauro recepta. sententiarum. verbo cadauer. Neque deferendum est appellationi creditoris contrarium intendentis, secundum Viuium lib. 2. opinione. 78. de qua re referre fuit cordi callidissimi cuiusdam iudicis astum, qui (vt accepi) interpellatus à creditore ne debitoris cadauer sepeliri quoquo modo sineret anteaquàm debitum sibi persolueretur, respondit se id iure facere non posse bona persequeretur debitoris corpus sineret: instare creditor vociferari testari atque protestari, & iudicem obtundere, ad quem ille. Quorsum hæc? en illud tibi quando ita vis illud accipito domum illud tecum efferto, illudque tibi habeto nosq; finito: obmutuit homo: quid em ad hæc respōderet ille? Res etiam sacræ, & ad diuinū cultū cōsecratæ, etsi alia desiderentur † bona ca 27
pi in causam executionis non debent. c. 1. de pignorib. l. 2. C. de sepulchro violato. l. 7. tit. 2. lib. 1. Recopil. Couarr. lib. 2. Variarū. cap. 16. num. 8. Rectè ergo respondit Bart. in. l. Ossidius. ff. de priuileg. credito. † facellum (vulgo capella 28
vocatur) à debitore constructum capi in causam executionis non posse, etsi alia bona desint. Bartolum autem sequitur Angelus de Gambelio. in tract. de testament. glossa. 9. num. 4. Iam ergo nemo dubitauerit ius patronatus Eccle siæ † capi ad executionē nō posse. 29
ca. de iure. de iure patro. Abb. in cap. querimoniam. eodem titul. Rochus in tract. de iure patrona. *verbo ipse vel is quæstione.* 31. nisi modo cum cæterorum bonorū vniuersitate accedat. iuxta. c. ex literis de iure patro. & cap. cum Bertholdus de re iudica. Nobilibus quoque nobilitatis prærogatiua concessum est, vt illis nec equus, nec mula quibus vtuntur nec arma domusve quam † inhabitant 30
in causam executionis capiantur, l. 3. &. l. 4. libro. 6. Recopilat. Dubitationis est tamen si alia bona non habeat capi hæc pignori possint, & sunt sanè duæ leges septē Partiti iuris sibi de ea re inuicem contrariæ; sibique inuicem repugnantes, nam. l. 23. tit. 21. partita. 2.

etiam

etiam alijs bonis non extantibus significat hoc priuilegium nobilibus competere: at l. 3. titul. 27. Parti. 3. cessare ait priuilegium si alia bona non extent. Nostrates quoque scribentes non satis in ea re secum consentiunt: nam Auenda. verb. *cauallero in suo dictionario.* putat cessare hoc priuilegiū quando alia bona desunt, è contrario, Didacus Perez in l. 12. titul. 1. libr. 4. ordina. negat etiam alijs bonis nō extātibus hæc capi posse, Otalora vero de nobilitate cap. fin. nume. 3. quātum ad arma & equum ait etiam alijs quidem bonis desideratis capi hæc iure pignoris nō posse: quantum vero ad domum ait raro id vsu obtineri, & hæc verior mihi videtur distinctio, atq; secundum eam leges Regias conueniendas puto. Quid ergo de rebus maioratus alijsve restitutioni
31 subiectis? & fieri quidem† in his executio potest si alia bona non extent, non quidem vt perpetuo creditori addicātur, sed vt eis vtatur fruatur quoad æs suū illi exolutum fuerit. textus elegans in l. peto. §. prædium. ff. deleg. 2. quem Paulus ibidem vnicū in iure esse prædicat, tradit quoque Iaso in l. cōmodis. ff. de re iud. Palac. Ruui. in capit. per vestras. ampliatione. 17. nu. 70. Molina de primog. lib. 4. cap. 7. Martinus Laudē. de principibus. quæst. 290. Extat autem de ea re egregia Baldi sentētia in Authent. ei qui iurat. C. de bonis autor. iudi. possid. in hæc verba, *Sed nunquid, ait, propter debita comitis fiet missio in comitatu? respondeo nō quia Cæsaris est. ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. fin. sed in redditibus sic quia iure proprio fructus lucratur, vt sint proprij nō feudales. ff. de vsufruct. l. defuncta.* Idē scribit ipse in l. 1. col. 2. C. qui bon. ced. possunt. Atq; ita vsu
32 fieri quotidie videmus†, vt magnatibus æris alieni mole prægrauatis redditus maioratus creditoribus addicantur cum sua tamen prærogatiua illorumque dignitate salua, idest, habita ratione ne egeāt. iuxta textum in l. miles. ff. de re iudica. Hæc vero non pertinent ad eum casum quando debitum descēdit ex ipsomet qui maioratum instituit, nam tum bona ab eo alienari prohibita capi in causam executionis poterunt dūmodo prius capiantur bona liberaredditusq; primogenij, his vero non suppetentibus etiā ad bona maioratus manus inijcere liceat, sicuti tradit eruditissimus Molina de primog. lib. 1. cap. 10. & Ioan. Garsia de expensis, capit. 6. Idem & in clerico vespertilione obseruatur, vt relicto illi vnde viuere valeat cæteri redditus beneficij creditoribus addicantur, vt re statur Auphrerius in Capella Tolosana, decis. 245. & Rebuffus in Authenti. habita. C. ne filius pro patre. priuileg. 112. Quid ergo de bonis emphyteuticis, & constat inter omnes†, capi illa in causam
33 execu-

executionis posse saluo, scilicet, emphyteutico Canone, siue pensione. glossa Bartol. & reliqui. in l. si finita. §. de vectigalibus. ff. de damno infect. testatur communem opinionem Iaso. in. l. final. num. 113. C. de iure emphyteut. id quod tamē quemadmodum accipiendum sit, tractat commodissimè Auenda. Responso. 13. Vtrùm vero pro debito patris in peculio profectitio, aut aduentitio execu
34 tio fieri valeat† vide. l. 3. §. vtrum. ff. de minor. Bartol. & reliquos in dicta. l. si finita. §. de vectigalibus. ff. de damno infecto. Marátham in Speculo. titulo de executione. numero. 34. Suarez in. l. post rem casu. 13. Anton. Gomez in comment. titulo de seruitutibus. numero. 12. Iulius Clarus in practica criminali. quæst. 78. num. 11. Illud tamen interim admonuerim in vsufructu ad patrem pertinente executionem pro debito patris, rectè fieri, ex. l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. cuius ante mētionem fecimus. Videamus præterea pro debito vniuersitatis quibus in re
35 bus executio fieri debeat† tractat autem hoc glossa. in. l. 1. §. final. ff. quod cuiusque vniuers. nomine. quæ ait in bona vniuersitatis executionem faciendam esse, quòd si bona non habeat vniuersitas cogendos esse municipes contributionem inter se facere, & sequuntur illam sedulo explicantes Bar. in. l. 4. §. actor. ff. de re iudicat. & Bald. in. l. etiam. C. de execut. rei iudic. His tamen duæ regiæ leges impedimento† esse videntur. hæ 36
sunt. l. 1. titulo. 6. & l. 11. titulo. 7. libro. 7. Recopila. quarum altera sancit ne vltra tria millia nummū in plebē contributio fiat sine principali beneficio: altera prohibet ne iniussu regis bona publica distrahantur. Sed has Regias leges non respicere dicendum† est ad 37
hanc alienationem seu contributionem quæ necessario fit: nam & aliàs cum prohibita est alienatio nō intelligitur de alienatione necessaria, sed de volūtaria tantum. l. 1. ff. de fundo dotali. l. cum fidei hæredis. ff. de fideicō. liber. & illic glossa verbo pendet Iason. in. l. fi. C. de iure emphyt. num. 113. Atq; eodem quoque pertinet. l. à diuo Pio. §. final. ff. de re iudi. Vtcunq; tamen sit in vijs publicis† atque 38
theatris, alijsque id genus quæ necessaria sunt ad vsum publicū executio fieri pro debito vniuersitatis non potest. Alexan. in. l. commodis. ff. de re iudic. Maranth. in Speculo titulo de executione numero. 51. Vetat item lex Regia ne in frumento quod in horreis publicis (*vulgo alhondigas vocamus*) reconditum sit, pro debito vniuersitatis executio fiat, ea est. l. 16. tit. 21. libro. 4. Recopila. quæ iuri quidem communi† cōsentanea est: 39
frumētaria enim res in alios vsus quàm quibus destinata est cōuerti non debet, alioqui cum suo incre-

cremento cauſæ ſuæ reſtitui iubē
tur.l.2.§.de frumentaria.ff.de ad-
miniſtra.rerum ad ciuita.pertinē.
l. final. C. de conditis in publicis
horreis libro.10.tantaq́ue rei fru-
mentariæ ſeu horreorum publi-
corū prærogatiua eſt, vt ad illius
contributionem nullus omnino
excuſetur.l.1. C. vt nemini liceat
in emptione ſpecierum ſe excuſa
re libro. 12. Sed & illud vtroque
iure prohibitum eſt, ne pro debi-
40 to vniuerſitatis priuata perſona
capi poſsit.l.nullam.C.de execu-
toribus † & exacto. libro. 12. lex
prima cum ſequenti titulo. 17. li-
bro.5.Recopil. Martinus Lauden
ſis de fiſco.quæſtio.79. Iacobus à
Canibus in tractatu cui titulus de
repreſſalijs, & Greg.Lopez. in.l.
14.titul.10.Partita.7.Quando ve-
ro ſyndicus obligare valeat ſingu
los de vniuerſitate conſulito Bar-
tolum & reliquos.in.l. ciuitas. ff.
ſi certum petat. & in.l.4.ff.de re
iudica. An vero munera publica
puta decurionatus notariatus &
41 alia † iſtiuſmodi in executionis
cauſam capi valeāt legito Tellum
in.l.26.Tauri.& Minchacam con
trouerſia.illuſtrium.cap.42.& 43.
ſuperuacuum enim foret quæ illi
illic erudite tradunt, nos hic ne
quicquàm recenſere, & aquā iux
ta prouerbium inaniter conſume
re.Res autem vxoris pro debito
42 mariti † in executionem capi nō
poſſe pluſquàm manifeſtum eſt.
l. 1. C. ad legem Iuliam de vi pu-
blica: veſtes autem mundusq́; mu
liebris mulieris eſſe præſumūtur,
idcirco in his pro debito mariti
executio non rectè fit, ſecundum
Baldum in.l.ob maritorum.C.ne
vxor pro marito. Hactenus de re-
bus mobilibus ac immobilibus
actum eſt † à nobis: quid ergo de 43
nominibus debitorum? & definit
id Iuriſconſultus in.l.à diuo Pio.
§.ſic quoque.ff. de re iudic. & ait
nomen debitoris in cauſam exe-
cutionis capi non poſſe niſi quan-
do alia bona defuerint, ſed & tū
tantummodo capi poſſe ait quan
do debitor confiteatur debitum,
non ſi neget. Quid ergo ſi debi-
tor malitioſe neget? & intereſt
an negatio euidenter malitioſa ſit
an ſecus: nam ſi manifeſto mali-
tioſa ſit, vt puta quia conſtet de de
bito, aut per rem iudicatam, aut
per contractum guarentigiū exe
cutioni locus erit, non ita ſi de de
bito manifeſto non conſtet: ita di
ſtinguunt Imola, Alexand. Paul.
& Iaſon in dict.l.à diuo Pio.§. ſic
quoque,& Suarez in.l. poſt rem.
quæſt.2.In annuis vero penſioni-
bus hęc regula ceſſat ſiquidē cum
immobilibus exequētur indiſtin-
ctè executio locum † habebit, ſe- 44
cundum Baldum.in.l. etiam, col.
3.C.de execu.rei iud. Alexand.&
Iaſon in dicta. l.à diuo Pio. §. ſic
quoque.Sed & in pecuniam debi
toris quæ apud argentarium aut
alium depoſito ſit † executionem 45
competere oſtendit.l.à diuo Pio.
§.final.

§.final.ff.de re iudicata. Sed pone
debitorem ſoluiſſe poſteriori cre-
ditori an poſsit prior creditor cū
illo agere vt pecuniam reſtituat?
& fiſco quidem hoc licere appa-
ret ex.l.pecunia. C. de priuilegio
fiſci.atque ex.l.deferre.§. final. ff.
de iure fiſci: ſed & idem cuicunq;
46 licere creditori qui modo † prior
ſit & priuilegium habeat placuit
Accurſio vtrobique & Fabro fa-
bre diſtinguenti.in. §. item ſi quis
in fraudem.nu.25. Inſtit. de actio.
& Gregor.in.l.11.titul.14. & in.l.
9.titulo.15.partita.5.& in.l.7. titu
lo.6.partita.6.verb. *que las deudas.*
& teſtatur communem eſſe opi-
nionem Raphael Cumanus. in.l.
Pupillus. ff. quæ in fraudem cre-
dit. & eo iure nos vti ſcribit Af-
flictus. deciſ.190. & Couarruuias
Practicarum quæſtionum. ca. 29.
Quæ non eo quidem pertinent vt
velimus hoc caſu executionē ad-
uerſus poſteriorem cōpetere cre-
ditorem: cum conſtet ordinario
iure cum illo agendum eſſe, cum
ſit tertius poſſeſſor. iuxta ea quæ
ſuperius latius tradidimus.4. par
te.§.4.ſed & in vſufructu execu-
tionem locum habere eſt argumē
to.l.ſi is.§.ſi vſusfructus.ff. de pi-
gnor. Et quoniam omnia perſe-
quimur videamus etiam de iuri-
47 bus prædiorum † ſeu de ſeruituti
bus an & hæc pignoris iure in cau
ſam executionis capi poſsint? 48
quod quidem non inuitus feci vt
hoc loco tractarē non tam quòd
res ipſa exigat, quàm quòd duæ
ſunt leges quæ in pignore conuē-
tionali magnopere ſibi inuicem
repugnant. Altera eſt.l. ſi is. §. iu-
ra.ff.de pignor. Altera eſt lex è ve
ſtigio ſequens, quæ incipit, *ſed an*
via, illius enim. §. iura. hæc ſunt
verba, *Iura prædiorum † vrbanorum*
pignori dari non poſſunt, igitur neque
conueniri poteſt vt hypothecæ ſint. Se-
quentis vero legis eiuſmodi ſunt
verba: *Sed an via itineris actus aquæ*
ductus pignoris conuentio locū habeat,
videndum eſſe Pomponius ait, vt ſi ta-
lis pactio fiat quamdiu pecunia ſoluta
non ſit his ſeruitutibus creditor vtatur
ſcilicet, ſi vicinum prædium habeat, etſi
intra certum diem pecunia ſoluta non
ſit vendere eas vicino liceat: quæ ſenten
tia propter vtilitatem contrahentium
admittenda eſt. Doctores igitur has
leges ita conueniendas putant, vt
dicant priorem in ſeruitutibus vr
banis alteram in ſeruitutibus ru-
ſticis locum ſortiri, placet igitur
illis in ſeruitutibus vrbanis pign⁹
conſtitui non poſſe, in ruſticis re-
ctè poſſe. Huius ſententiæ auctor
fuit illic Accurſius, fuere etiam
Bartol.& reliqui.& demum hanc
teſtatur communem opinionem
Iaſon in. §. æquè ſi agat. numero
117. Inſtit. de actio. cui conſentit
eodem loci Gomezius.nume.151.
communem item affirmat An-
ton.Neguſ.de pigno.3. membro.
2. parte. numero decimoquinto.
& vniuerſam ſcriptorum ſcho-
lam illi ſubſcribere ſcripſit Ripa
in.l.

in.l. obligatione generali. num. 6. ff. de pigno. Horum tamen distinctio (liceat mihi quod verum esse puto proferre) nullo modo mihi satisfacit nec vllam satis idoneam diuersitatis rationem ea in re reperiri posse puto vt omittam verbum illud vrbanorũ quod in hodiernis habetur codicibus in vetustissimis exemplaribus manu scriptis, & alijs ante Holoãdri editionem nusquam haberi vt autor est Charonda verisimilium libro primo. Verus ergo sensus illarum legum (vt ego sentio) ille est quòd is cui debetur seruitus non potest illam pignori, aut hypothecæ dare, huius ratio extat in promptu, quia is cui seruitus debetur non potest illam alij concedere, vt apparet ex l. ex meo. ff. de serui. rust. prædi. & id est quod vult ille. §. iura. At si ego velim vicino meo cõstituere seruitutem super prædio meo, vt eam pignori habeat donec illi pecuniam soluam, atque si intra diem non redimam, possit illam vicino alteri vendere: cõuentio talis rectè valet, non tam quidem ipso iure quàm vi pacti propter vtilitatem contrahẽtium ideò, ex æquitate. l. 4. §. final. ff. de verborum obligat. quia iuris subtilitate seruitutes ad tempus constitui non possunt; quanquàm per pacti vel doli exceptionẽ occurritur contra placitum vendicanti, vt in l. 4. ff. de seruitut. & in hac specie loquitur lex illa, *sed in vici*

non ergo iura illa constituũt differentiam inter seruitutes vrbanas ac rusticas, sed potius diuersis in casibus loquuntur. Quòd si ipsarum legum rationem expendas tantundem vtroque casu tam in seruitutibus rusticis quàm vrbanis recipiendum esse reperies, fuere autem, & huius opinionis Charondas & alij recentiores quibuscum nostrũ ingeniũ cõuenisse lætamur. Secundum hæc igitur vt ad executionis materiam nostra se referat oratio. Seruitutes pignori capi in causam executionis non poterunt, siue illæ rusticæ fuerint siue vrbanæ. In cæteris vero iuribus puta portorio siue pedagio (vt vocant) aut † in iurisdi 49
ctione cæterisque similibus an pignus atque executio locum habeat, videre est apud Bartol. in dicta. l. si is. §. iura. ff. de pignor. qui bellissime distinguit: hæc autem bona quæ pignoris iure in causam executionis capiuntur debẽt siue mobilia immobiliave fuerint apud secrestem ab apparitore consignari, vt habetur in. l. 7. titul. 21. libro. 4. Recopil. quàmquàm si æs alienum graue sit & bona à pluribus impetantur creditoribus: debet ex consensu maioris partis bonis dati curator, vt in. l. 2. C. de curatori bonis dando. l. si diu. ff. ex 51
quibus causis in possessio catur. Sed & anteaquàm hinc abeam illud admonuisse oportebit posse fideiussorem in quem petita fuit

executio nominare ad executionem bona ipsius rei principalis, sicuti scribit Auilesius in cap. correctorum, capit. decimo. verbo,
51 *execucion.* † numer. 59. ex textu in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mandati. de cuius tamen intellectu legito Alciat. in. l. quarta. §. Cato. numero 116. ff. de verborum obligationibus. & Carolum Ruynum ibidem, oppositione 8. & Hippolytũ in Rubrica de fideiusso. nume. 429. & Petrum Paulum Parisium consil. 104. volumine tertio. æquè & potest fideiussor in quem facta fuit executio ad censum pecunijs acceptis debitum soluere, posteaque damnum omne à debitore exigere, secundum Baldum in. l. fin. §. fina. C. de vsuris rei iudica. Sed neq; illud anteaquam hinc abeamus indignum erit, vt admoneamus † nullam esse executionem,
52 itemque bonorum addictionem quæ generaliter fiat omnium bonorum debitoris, sed esse necesse, vt bona nominatim pignori capiantur, atq; speciatim liceant & distrahantur. l. prima. C. de iure dominij impetrando. quam singularem esse prædicat Baldus in l. fin. in fine. C. de bonis auto. iudicis possid. Ergo secundum mensuram debiti pignora nominatim
53 capienda sunt, † glossa & reliqui in. l. properãdũ. §. sin autem reus. C. de iudicijs. ita tamen vt aliquã to pluris valeant quàm debitum, iuxta glossam in Authen. de exhiben. reis. §. si vero semel. verb. *secũdum mensuram. collat. 1.* quæ quidẽ tanto magis notanda puto, quanto minus notariorum apparitorumque socordia & iuris insciti a in vsu obseruantur.

SVMMARIVM.

1 QVOD ad ius attinet diebus festis executio fieri non potest.
2 *Nuda facti executio diebus festis an fieri valeat.*
3 *L. dies festos. C. de feriis, explanatur.*
4 *Consuetudo quam vim habeat in festorum obseruatione.*
5 *Aduersus ea quæ diuino sunt statuta iure consuetudo vires non habet.*
6 *Dies Dominicus diuino iure sanctus esse videtur.*
7 *Mundus initium cœpit à die Dominico.*
8 *Catechismi Pij Quinti autoritas maxima.*
9 *Debitor suspectus de fuga etiam diebus festis in carcerem detruditur.*
10 *Executio in feriis gratia hominum introan fieri valeat.*
11 *Feriæ messis & vindemiæ penè vbiq; terrarum exoleuere.*
12 *Cautela abundans non nocet.*
13 *In nundinis executio fieri non potest nisi illorum fauori renuntiatum sit.*

Quintæ Partis.

§. Quartus. An diebus festis executio facta irrita sit.

SED & illud ad hunc tractatum pertinebit, vt dispiciamus, an si diebus festis in honorem, scilicet, Dei ac sanctorum institutis executio fieri contingat, irrita sit nul

liusque momenti? Quanuis enim Suarez ad legem illam Toletanam, extensionè quartà, tractauerit de executione facta his ferijs quæ in hominum gratiam introductæ sunt. Atqui de hac quæstione rem quasi per nebulam egit. Hanc igitur vt absoluamus, Bartolus in l. omnes. C. de ferijs. scribit diebus festis in honorem Dei vel Sanctorum institutis exe-
1 cutionem † neque ex sententia, neque ex contractu guarentigio fieri posse, idem facit in l. prima. §. nuntiatio. ff. de noui operis nũtiatione. & sequuntur eam (vt cæteros taceam) Lanfrancus in cap. quoniam contra. titul. de citatione. ad finem. & Suarez loco modo citato. Pórrò Panormita in capit. fin. de iudicijs. nume. 22. ita in ea re distinguit, vt dicat interlocutionẽ iudicis qua decernit executionem faciendam nullam esse si diebus festis fiat: at nudam facti executionem quæ scilicet, ab apparitore fieri solet: puta pignorum captionem †, atq; bonorum addictorum in possessionẽ missionem hanc diebus festis factam validam legitimamque esse affirmat. Abbatis autem opinionem locum tantummodo habere in festis Sanctorum non in diebus Dominicis, scribit Guido Papæ decisio. 215. Guidonem autem apertis vlnis amplectitur Auenda. in titulo *de las excepciones*. num. 25. Quoniam igitur doctores non satis in
2 ter se conueniunt, è re erit, vt quid sequendum putem paucis exponam. Et primum ex omniũ consensu illud apparet interlocutionem de exequendo quam diebus festis iudex protulerit nullius esse momenti siue ea diebus Dominicis fiat siue alijs sanctorum festis. Deinde Abbatis opinionem scribentis nudam facti executionem diebus festis factam valere nullo modo probandam puto, cum videam † expressim illi repugnare 3
Imperatorum decisionẽ in l. dies festos. C. de ferijs. ita enim exorditur: *Dies festos maiestati altissimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari neque vllis exactionum vexationibus prophanari: Dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus & venerandum, vt à cunctis executionibus excusetur. Nulla quenquam vrgeat admonitio, nulla fideiussionis stimulet exactio, taceat apparitio, aduocatio delitescat.* Cedo potest quicquam apertius definiri? & adhuc est qui dubitet, an diebus festis executio iuris vel facti rectè fieri valeat? Proinde ab Abbatis opinione meritò dissentit Claudius in l. prima. §. nuntiatio. ff. de noui operis nuntiatione. numer. 39. Sed & quod Guido scribit valere nudi facti executionẽ diebus Sanctorum factam, aduersum est ijs quæ Romanus definit Pontifex in capit. fina. de iudicijs. vbi tam diebus Dominicis, quàm cæteris festis ex æquo præcipit omnem iudi-

iudiciorum strepitum cessare, & cauetur etiam in l. 34. titul. secundo. Parti. tertia. Hæc vero quantum ad iura pertinet: nunc quid
4 in ea re consuetudo † valeat videamus, qui enim nunc sunt mores in ijs quæ ad pietatem Christianam attinent paululo licentiores frequentari scio, vt nuda facti executio diebus festis fiat: & Guido Papæ dicta decisione 215. hanc valere consuetudinem etiã quod ad dominicos dies attinet scribit. At ego illius opinionem quantum ad dies Dominicos pertinet nullatenus probandã puto. Quid ita? Nam sto in ijs festis quæ humano iure, seu positiuo (vt vocant, introducti iunt) qualia sanctorum sunt festa aliquid iuris cõsuetudini arrogare velimus. At
5 in ijs quæ iure † diuino instituti sunt nullas consuetudinis vires esse nemo inficias ibit, ex decisione textus in capit. fin. de consuetudine. Sunt autem diuino iure introducti dies Dominici, sicuti non obscurè significat textus in capit. licet. de ferijs. & illic annotant Panormit. & reliqui, & denique cõmunem testatur esse opinionem Syluester, verbo, Dominica. §. septimo. & probari quoq; videtur in l. quarta. titul. primo. libro primo Recopilationis. quam quam aduersum ea in re habeamus Diuum Thomam Secunda secundæ, quæstione 122. articul. 4. qui omnes dies festos, atq; etiam Dominicos humano iure introductos esse contendit, eiusq; opinionem testatur veriorem Nauarrus in Manuali cap. 13. num. 1. Sed vereor ne prior opinio †, vt com- 6
munis ita & verior sit, sicuti etiã videtur Couar. libr. 4. Variarum resolut. capit. 19. nam cum iure diuino Sabbatha sanctificare iubeamur neq; in hac nostra Euan- 8
gelica lege alia sint Sabbatha quę iure, meritoque obseruare magis debeamus quàm Sabbatha prima ideſt, Dominicos dies. *Qui (vt Leo Papa scribit) tantis diuinarum dispensationum mysterijs † consecrata sunt, vt* 7
quicquid à domino insigne est constitutum in huius diei dignitatem sit gestum in hac enim die mundus sumpsit exordium in hac per resurrectionẽ, & mors interitum, & vita principium accepit. capit. quod ille. distinctione 75. satis superque ipsius omnipotentis Dei nutu signoque quod pro voce habetur eius diei obseruatio commendata, atque sanctificata videtur. Quid quod? iam inde ab ipsis ecclesiæ incunabulis, iam inde ab ipsis Apostolis hæc dies tanquam Deo cõsecrata Dominica appellata est: sicuti significant Ioannis Apostoli verba Apocalypsis capit. 1. Adde quòd Sabbathum teste Iosepho antiquitatum Iudaicarum libr. 1. ca. primo. Hebraica lingua laboris requiem significat: non malè ergo eadem vox & Dominico diei conuenit, subrogatum ergo naturam sapere

debet eius rei, cuius loco subrogatur, capit. translato. de constitutiõ. Cũ ergo Sabbathi cultus & celebritas in diem Dominicum translata sint perinde ac ille ex iure diuino æquè & hic ex eodem fonte manare dicendum est, id quod & probare quoque videtur catechismus Pij Quinti, *in capite*
8 *de tertio præcepto*, cuius libri † auctoritatem tum ipsius egregia summaque doctrina cõmendat, tum confirmat Concilium Tridentinum, Sessione 25. Cùm ergo iure diuino Dominici dies consecrati sint consuetudinem in illos vim nullam habere dicendum est, atque ita executionem in illis factam siue ea iuris sit siue facti nullam esse. Hoc tamẽ excepto si de-
9 bitor sit † suspectus de fuga, nam tum etiam hoc tempore licitè capi poterit, secundum glossam in l. fina. C. de ferijs: quam sequitur Baldus in l. prima. C. qui bonis cedere possunt. & Iason in l. vinũ. nu. 6. ff. si certum peta. & testatur communem idem Iason in. l. secunda. nu. 15. ff. de iurisdict. omn. iudicum. & Ripa in cap. 1. de iudicijs. nume. 88. & Socinus reg. 78. Neq; me ab hac sententia dimouerint quæ affert Marantha in speculo 4. parte, distinctione 16. ad finem. vbi ait consuetudinem esse in causa, vt valeant acta tempore nundinarum quæ in dies festos inciderunt, quòd dicat ius humanũm posse limitare & distinguere ius diuinum. Nam vt hoc illi ita esse donemus: porrò tum verum erit quando magna causa, id suadeat, qualis est cum solẽnes nũdinæ in dies festos inciderunt necessitas enim vel pietas est in causa, vt iudicia diebus festis agitata valeant, vt habetur in cap. fina. de iudicijs. Diuersum vero in hac specie de qua agimus, nam quid quæso erit detrimenti si quod Dominico die factum non fuerit postridie fiat? Quod vero attinet ad ferias in fauorem hominum indu
10 ctas, puta messis †, & vindemiarum Bartol. in l. omnes. C. de ferijs. affirmat executionem eo tempore licitè fieri, & idẽ placet Baldo, siue quisquis is fuit in tracta. de carceribus numer. sexto. à Bartolo vero dissentit Roderic. Suarez dicta extensione quarta. Suarez vero sequitur Auenda. titul. *de las excepciones*. numero 25. Mihi Bartoli magis sequenda videtur opinio, nam vt omittam magnopere illi fauere capit. significauerunt. de iudicijs. non obscurè videtur probari in Clementina sæpè. de verborum significatione. qua cautum est has ferias locum non sortiri in causis summarijs. Cùm ergo causæ executiuæ summariæ sint consequens est dicere ad eas huiusmodi ferias non spectare. Atque huic sententiæ hodiernos mores magis consentire intelligo. Quin hodie hæ feriæ penè iam vbique terrarum exoleuere: nanque eas Romæ, atque
11 etiam in regno † Franciæ minus seruari testatur Specul. titu. de ferijs. ad finẽ. Sed & in regno Neapolitano in vsu nõ esse narrat Marantha in speculo 4. parte, distinctione 16. nu. 61. Apud nos quoq; in regalibus auditorijs eas exoleuisse scribit Gregor. Lopides in. l. 36. titul. 2. Parti. 3. Atq; his de causis credo factum esse, vt leges veteres ordinamenti de hisce ferijs loquentes in noua Recopilatione relatæ non sint. Tabellionibus tamen (vt solent illi modo consulto modo inconsulto cautllis omnibus cauere) solenne est, vt in instrumentis conficiendis earum feriarum renuntiationem adijciant
12 quoniam, vt aiunt, cautela † abundans nõ nocet. Solent & illi nundinarum renuntiationem adijcere, & consulto quidem, nam alioqui eo tempore neque exactione aliqua neque alia qua molestia de
13 bitores † illuc conuenientes affici debent, tam iure cõmuni, quã Regio vt habetur in l. prima. C. de nundinis. & in l. tertia & quarta. titul. 7. Parti. quinta. & in l. fin. titul. 2. libr. 9. Recopilationis. quibus addito Baldum in dicta l. prima. C. de nundinis. & Alex. consilio 46. volumine. 2. Socinum regula 78. in fine.

SVMMARIVM.

1 REVS tenetur satisdare res ad executionẽ captas saluas soluẽdoq; fore.
2 *Fideiussor debet esse idoneus non tantum*

facultatibus, sed etiã conueniẽdi facilitate.
3 *Pragmatici, ideſt, qui foro versantur idonei fideiussores non sunt.*
4 *Mulier miles & clericus idonei fideiussores non sunt.*
5 *In carcere detentus non est idoneus fideiussor in causa executionis.*
6 *Idoneus non fuerit fideiussor qui alterius est prouinciæ quam vbi causa agitatur.*
6 *Fideiussor si eiusdem fuerit prouinciæ non est necesse sit eiusdem loci vbi lis agitatur.*
7 *Debitores fiscales etiam datis fideiussoribus non relaxantur à carcere.*
8 *Fideiussor acceptus in causa executionis an & in causa appellationis teneatur.*
8 *L. cum apud. ff. iudica. solui. adamussim expenditur.*
9 *In causa executionis ius oritur ex prima sententia.*
10 *Satisdatio de iudicio sisti post sententiam extinguitur.*
11 *Fideiussor in vno iudicio acceptus non tenetur de eo quod in alio iudicio denuo interpto iudicatum est.*
11 *Per appellationem iudicium non extinguitur, sed tantum suspenditur.*
12 *Cum de veritate constat vulgaris præiudicare non debet opinio.*

Quintæ Partis.

§. Quintus. De satisdatione à reo præstanda.

REVS igitur iure pignoris in causam executiõis captis, tenetur reus satisdare illas saluas soluendoque fore addictionis tempore, hoc vadimonium † vulgò appellatur, *fiança de* 1
saneamiento. alioqui reus in carcerem detruditur, vt est Regio iure constitutum in. l. 19. titul. 21. lib. 4.

Recopilatio.quam cum iure com
muni conuenire, ſcribit Auenda
nus in dictionario,verbo, *almone-
da*. Idoneus autem debet eſſe fide
iuſſor non tantum facultatibus,
ſed etiam conueniendi facultate.
l.ſecunda.ff.qui ſatiſdare cog. &
illic Angelus & reliqui: oportet
2 igitur is tanta habeat † bona im-
mobilia quanta debito & impen-
ſis ſoluendis ſufficiant.Iaſon in.l.
ſciendum.num.30.ff. qui ſatiſda-
re cogan.Hippolytus in rubri. de
fideiuſſor.num. 228. Suarez titul.
delos emplazamientos. §. nũc oppor
tune.Quoniam ergo non tantum
3 facultatibus †, ſed conueniendi
etiã facilitate idoneus debet eſſe
fideiuſſor,receptum eſt pragmati
cos, id eſt, eos qui foro verſantur
veluti aduocatos notarios ac pro-
curatores idoneos non eſſe fide-
iuſſores,ne forſan, vel gratia, vel
iniuria ius creditoris, aut diſtur-
bent,aut ſaltem differant, Barto.
& reliqui in.l.prima. ff. in ius vo-
cati vt eant.Boerius deciſione 315.
numer. ſecundo. Viuius opinio-
ne 112. libr.ſecundo.l.13.titul.5.li-
bro tertio Recopilationis. In ea-
4 dem quoq; cauſa ſunt † miles no
bilis & mulier,ac item clericus &
minor.l.milites.C.de locato.l.de
die.§.qui mulierem.ff. qui ſatiſda
re cogan.l.ſecunda.titul.12. Part.
quinta.Item neque idoneum pu-
tauerim eum in cauſa executiõis
qui in carcere detentus ſit:cum
non ſit is ad exigendum facilis:ta
metſi in cauſis criminalibus vnus
reus etiam in carcere poſitus pro
alio reo † idoneus ſit fideiuſſor,ſe 5
cundum Bartol.in.l.Roma. ff. de
tutor.& curat.datis ab his. & Boe
rium deciſione 215.numer.31. Sed
neque idoneus dicetur is qui fue
rit alterius fori quàm vbi iudiciũ
agitatur.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſa
ria.& l. de die.§. tutor. &.§. iube-
tur. ff.qui fatiſdare cogantur. Iu-
lius Clarus in practica criminali,
§.fin.quæſtione 46. nu.13. Quan-
quam ſi eiuſdem fuerit prouin-
ciæ fideiuſſor nõ ideo minus eum
idoneum eſſe dicemus, quòd nõ
ſit eiuſdem loci vbi iudicium agi-
tatur ſi reperire ibi alium non va-
leat, ſicuti ex ſuperioribus legi-
bus ſatis apparet, & oſtendit Af-
flict.deciſione 137.& Suarez titu-
lo *de los emplazamientos*. §. vlterius
quæritur. numer.11. Illud tamen
ſingulari iure in debitoribus fiſca
libus †, ſeu vectigalium redem- 6
ptoribus ſtatutum eſt,vt etiam da
tis fideiuſſoribus à carcere non re
laxentur.l.14.titul.7.libro. 9. Re-
copilationis, quæ dura quidẽ res
eſſe videtur,eius tamen definitio
nem etiam cum iure cõmuni con
uenire † apparet ex Bartolo in.l. 7
ſacrilegij.§.fi.ff. ad legem Iuliam
pecula. & Laudenſe de officialib.
dominorũ. concl. 104. & Guido-
ne deciſione 61. & probat. l. ne-
mo carcerem. C.de exact. tribut.
libr.10. tradit etiam Couarru.lib.
2. Varia.cap.1.nume.4. & Ioſeph.
Ludo-

Ludouicus deciſione 32. numero
primo. Sed illud hic quæramus,
quod ex facto aliquando quæſi-
8 tum fuiſſe ſcio,vtrum † fideiuſſor
in cauſam executionis acceptus
teneatur etiam in cauſa appella-
tionis. Mouet dubitationem tex-
tus ſingularis in.l.cum apud.ff.iu
dic.ſolui. vbi belliſsimè definitur
fideiuſſorem iudicatum ſolui in
prima inſtantia acceptum non te
neri de eo quod per appellationis
iudicem iudicatum fuerit. Igitur
vt propoſitam quæſtionem abſol-
uamus ſciendum eſt in illius legis
intelligentia non ſatis inter ſe do
ctores conſtare. Nã Martinus Syl
lanus eam legem ſolũmodo acci-
piendam exiſtimat quãdo nomẽ
iudicis eſt expreſsim in fideiuſsio
ne comprehenſum,alioqui fide-
iuſſorem etiam in cauſa appella-
tionis teneri putat.Sic etiam Iaco
bus de Cuno ſcribit eam legẽ lo-
cum non habere quãdo iudex ap
pellationis priorem cõfirmauerit
ſententiam,nam eo caſu fideiuſſo
rem teneri ait. At Bartolus cõtra
indiſtinctè eam intelligendã eſſe
opinatur neque quicquã intereſſe
ait,an nomen iudicis fuerit in ap
pellatione comprehẽſum necne:
vel an prior ſententia fuerit con-
firmatavel reſciſſa,ſed vtroq; caſu
fideiuſſorem non teneri in cauſa
appellationis affirmat:illius autẽ
opinionẽ amplectuntur illic Pau
lus & Angel. & eiuſdem ſenten-
tiæ fuit etiã gloſſa in.l.2.C.de pro
cur.& illic Salycet. Alex.& Iaſon
& Hippolyt.in rubric. C. de fide-
iuſſor.nu.108. & denique Bartoli
opinionem alios referens cõmu-
nem teſtatur Boerius deciſio. 315.
nu.1.& Pariſius conſil.171.volu.4.
nu.30.& Iulius Clarus in practica
criminali.§.fin.quæſt. 46. nu. 20.
& Viuius opinione 198.libro.2.&
Anto.Gabriel libr.3.titul.de fide-
iuſſo. concluſione 4. Mihi autem
vt quid in hac re ſententiã in me-
dium proferam, ita in cauſa exe-
cutionis de qua agimus diſtinguẽ
dum videtur. Aut ſecũdum acto-
rem pronuntiauit iudex,ideſt ad-
dictionem peragendam decreuit
& quanuis reus appellauerit tene-
ri fideiuſſorem indubitanter cre-
diderim veramque eſſe hoc caſu
Guilielmi opinionẽ:ceſſat enim
hoc caſu ratio Bartoli qui ideirco
fideiuſſorem in cauſa appellatio-
nis non teneri putauit quòd dicat
actionẽ iudicati non oriri ex prio
ri ſententia,ſed potius ex ſenten-
tia appellationis. Porrò hoc caſu
de quo agimus † exiſta addictio- 9
nis ſententia etiam ſi appellatum
fuerit ius ſtatim oritur,ſicuti ex le
gibus Regijs conſtat ſatis, quæ
etſi appellatum fuerit eam ad ef-
fectum perduci decernunt, vt in
l.2.& 3.tit.21.libr.4. Recopilatio-
nis. Itaq; teneri hoc caſu fideiuſ-
ſorem quicquid in cauſa appella-
tionis contingat magis proban-
dum puto. Aut vero iudex exe-
cutionem irritam pronuntiauit,

actor vero appellauit & iudex appellationis rescissa sententia addi ctionem peragendam pronuntiauit, & hoc casu nonnihil est dubitationis, nam si Bartoli sequamur opinionem dicendū est fideiussorem non teneri: sin Syllani probā dam putamus è contrario eum teneri dicemus: non enim solitum est in huiusmodi fideiussione nomen iudicis exequentis exprimi, vt contingit in dict.l. cum apud. Syllani vero opinionem non leue apud nonnullos iudices pondus habere testis est Paulus de Castro in eadem lege vbi refert secū dum eam dominos de Rota iudicasse: sequuntur & illam alij non languidæ fidei autores in quibus Ioan. Andr. ad Specul. titul. de satisdatione. §. expedito. & Alber. in dicta.l. cum apud. & Ægidius Valla decisio.353. alijque relati ab Antonio Gabriele in volumi. cōmu. opin. lib. 3. titul. de fideiuss. cōclus. 4. Et sanè quantum mea fert opinio ea veritati proprius accedit. Etenim fideiussor iste de iudicato soluendo non primæ instantiæ tantum, sed toti iudicio, atq; adeo rei ipsi iudicatæ datur, vt apparet ex. §. primo. Inst. de satisdatio. atque ex. l. Græcè. §. primo. ff. de fideiuss. Res autem iudicata (vt sciunt omnes) dicitur quæ fines controuersiarum pronuntiatione iudicis accepit. l. prima. ff. de re iudicata. Dicta vero lex *cum apud*, parum debet obstare, loquitur enim tantum cum nominatim illi iudicio seu instantiæ fideiussor se obligauit, quod ex eo apparet, quòd nomen iudicis adiectum satisdationi est. Sed & textus in. §. si aliquis, Inst. de satisda. nihil ad rem pertinet simul, quia loquitur de satisdatione † iudicio sisti, quæ post 10
sententiam finitur, vt in. l. Græcè. §. post litem. ff. de fideiuss. nostra vero quæstio de satisdatione iudicatum solui agit: simul quia illic nominatim in satisdatione dictū fuit vt fideiussor non teneretur si à sententia fuisset appellatum. Parum quoque mouet. l. 2. & 3. & l. si non à iudice. ff. iudicatum solui. vbi scribitur fideiussorem iudicatum solui in vno iudicio acceptū non teneri de eo quod in alio iudicatum fuerit iudicio, quia leges illæ loquuntur quādo † iudicium 11
illud in quo fideiussor acceptus est, omnino extinctū fuit aliudq; ex integro repetitum. At per appellationem iudicium non extinguitur, sed tantum suspenditur, textus & glossa in. l. 1. ff. ad Senatusconsultum Turpillia. Denique cum stipulatio ista iudicatum solui, rem iudicatam in se contineat vt in. l. iudicatum solui. ff. iudicatum solui. manifestissimè apparet fideiussorem istum, etsi appellatū fuerit ab obligatione non eximi, sed ad ipsam vsque rem iudicatam teneri: quæ non mea quidem, sed Syllani potius fuit sententia: quæ si vera est non est cur ei Bartoli & com-

cōmunis præiudicare debeat opinio. l. prima. §. sed neque. C. de veteri iure enucleando. cap. Capellanus. de ferijs. præsertim tot tan-
12 tisque illi autoribus † suffragantibus quos superius retulimus. Ad has tamen controuersias effugiendas cautius erit, vt satisdationis verba latissimè concipiantur, id est, vt promittat fideiussor quandocunque, & apud quemcunque iudicem, ac etiam si appellatū fuerit rem saluam soluendoque fore, sicuti etiam admonet Boerius de cisione superius allegata, & Iulius Clarus in practica criminali. §. fi. quæst. 46. nu. 20. sed & anteaquā hinc abeam illud omittendum non duxi huic fideiussori soluenti competere executionem aduersus reum principalem ex eisdem met actis, & apud eundem iudicem, vt tradit Bart. in. l. prima. ff. iudicatum solui. Baldus in. l. fin. §. & cum antiquitas. C. de vsuris rei iudica. Suarez titul. *de los emplazamientos*. Boerius decis. 227. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 IVRE non debet quis inuitus à domo sua ad carcerem trahi.
1 *L. plerique. ff. de in ius vocand. exponitur.*
2 *Debitores ab ecclesia extrahi possunt.*
3 *L. 13. titul. primo. libro primo. Recopilationis, illustratur.*
3 *Carcer non ad pœnam inuentus est, sed ad custodiam.*
3 *In iustitijs paschalibus debitores relaxari à carcere debent.*
4 *Reus ita in carcere obseruari debet, vt tamen communi aura luceque vegetetur.*
5 *Genus aliquid ergastolarum compedum improbatur.*
6 *Debitor intuitu iudicis nō est à carcere relaxandus.*
7 *Satisdatio iudicio sisti dicitur apud nos de la haz.*
7 *Debitor in quem facta est executio nō est relaxandus sub cautione de iudicio sisti.*
8 *L. tertia. C. de episcopali audientia. exponitur.*
9 *Nobiles pro debito in carcerem detrudi nō debent.*
10 *Qualitas satis est si semiplene probatur.*
11 *Nobilis an huic priuilegio renunciare valeat.*
12 *Nobilis renuntiatio iureiurando confirmata valet hoc casu.*
13 *Mulieres pro debito pecuniario in carcerem detrudi non debent.*
14 *Tutor pro debito pupilli detrudi an in carcerem debeat.*
15 *Minor an pro debito in carcerem detrudi possit.*
16 *In eos qui inuiti in ius nō vocantur in personam executio fieri non potest.*
17 *Ij qui quatenus facere possunt conueniuntur in carcerem pro debito detrudi non possunt.*
18 *Qui sint qui quatenus facere possunt conueniuntur.*
19 *Ij qui per infortunium rerum suarum iacturam fecerunt pro debito in carcerem detineri non debent.*
20 *Doctores & candidati pro debito in carcerem detrudi non debent.*
21 Candidati, seu licentiati doctorum fungumtur priuilegijs.
22 *L. 8. titul. septimo. libro primo Recopilationis explanatur.*
23 *Aduocati pro debito in carcerem detrudi non debent.*
24 Clerici pro debito detrudi in carcerem non debent.
25 *Rustici tempore messium, aut vendimiarum pro debito in carcerem detrudendi nō sunt quam quam moribus minus obseruetur.*

Quintæ Partis.

§. Sextus. De reo non satisdante.

AGITVR si debitor satisdationē illam (*quam vulgo de saneamiento appellamus*) nō dederit in carcerem detruditur, sicuti Regia illa lege nuper edita est definitum. E domo tamen sua in carcerem debitor inuitus extrahi non debet. l. plerique. & l. sed etsi is. ff. de in ius vocādo. *Plerique (inquit Iurisconsultus) putauerunt † nullum de domo sua in ius vocare licere, quia domus tutissimū cuiq; refugium atque receptaculum sit eumq; qui inde in ius vocaret vim inferre videri.* cuius intellectum tractat Cora in memoriali iuris verbo, domus. & Viuius in volu. cōm. opinio. lib. 2. opinione 36. Adeo vero hoc verū visum est Baldo, vt scribat ibidē impune resisti posse apparitori qui e domo sua quemquā velit extrahere. Hoc autem cum legibus humanissimè sit constitutum moribus tamen nihil minus seruari videmus: nullibi enim debitores minus securi sunt quàm domi suæ quoniā illic certius obsidentur vbi magis continuo versantur. Sed quid mirum cum & lege Regia definitū † extet posse debitores ab ecclesia extrahi. iuxta ordinem traditum in l. 13. titul. 1. lib. 1. Recopil. cuius decisionem iure defendi posse liquet ex ijs quæ affert Oldrardus consil. 54. & Iason in l. vinum. num. 6. ff. si certum peta. & Boerius decis. 215. nume. 7. Couar. lib. 2. Varia. cap. fin. Remigius de Goni, de immunitate ecclesiarum. 9. parte, nu. 17. Olanum concordia iuris, litera F. nu. 104. Ant. Gomez in l. 79. Tauri, nu. 5. In carcere vero (vt breuiter illud admoneamus) ita obseruari reus † debet, vt tamen communi aura luceq; vegetetur, ne squalore situque marcescat miser, carcer enim non ad pœnam inuētus est, sed ad custodiam. l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. libr. 10. l. aut factum. §. solēt. ff. de pœnis. nam id & in ijs qui in reatu sunt obseruari Constantinus præcepit Imperator, cuius verba, quia tam humanitatis quàm clementiæ plena sunt non inuitus referam. *Inter ea vero (inquit Imperator) exhibitum non per ferreas manicas, & inhærentes † ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas si criminis qualitas etiā catenarum acerbitatem postulauerit, vt & cruciatio desit, & permaneat subsida custodia. Neque vero sedis intimæ tenebras pati debebit incluſus, sed vsurpata luce vegetetur.* Ex quibus Imperatoris verbis satis intelligere licet genus illud ergastulorū, quod apud nos *Suetanos*, apud Græcos latumiæ appellatur, vt in l. succurritur. ff. ex quib. causis maio. Atq; illud alterum † compedum (*quod breue vulgo dicitur*) improbatū esse custodiæ genus, & simul iuri simul humanitati prorsus auersum esse. id quod etiam probat l. 2. C. de exact. tribut. libr. 10. Sed neq; illud prætermittendum est non esse debitorē iniussu iudicis è carcere dimittendum: etsi † magis debitum exoluerit vel aliter creditori satisfecerit. Barto. & Alexan. in l. neque. §. qui in ius. ff. de in ius vocando. Boerius decisione. 217. ad finem. Suarez titulo *de los emplazamientos ad calcem.* Qui tamen est cauendus dum illic ait debitorem legitimas exceptiones allegantē relaxandum a carcere esse non † data illa cautione quæ *de saneamiento* appellatur, sed tantum illa de iudicio sisti quę vulgo apud nos appellatur *de la haz*, nec immerito cum eam ita appellet. l. 10. titulo. 29. part. 7. & textus in Auth. de exhibend. reis. §. suscepti. collatione. 5. nullo enim iure nullaque probabili ratione Suarez sustineri potest opinio, atque ita tum moribus est explosa tum illam explodit expressim Auendañus in dictionario verbo *almoneda*. Itaque ea non vtimur nisi duntaxat in iustitijs Paschalibus in quibus debitores reliquæque † custodiæ dato fideiussore de iudicio sistendo vinculis carcereque soluuntur, quibusdam tamen exceptis, sicuti latius est comprehensum in l. 3. C. de Episcopali audientia. Ad cuius intelligentiam præter classicos ibidem consulito Bossium titulo de carcere. num. 27. & Iulium Clarum in praxi criminali. §. fina. quæstione. 46. nu. 9. Sunt tamen nonnullæ personæ quæ prærogatiua quadam in carcerem pro ære alieno non detruduntur † tametsi fideiussores nō dederint. Inter hos autem imprimis sunt nobiles, vt in l. 4. titulo. 2. libro. 6. Recopilat. quam iuri conuenire communi dicere possumus ex ijs quæ notat Alexand. in l. Centurio. num. 25. ff. de vulg. & pupill. & Iason. in l. miles. num. 6. ff. de re iudi. & Bal. in l. 1. ad finem. C. qui bonis cedere possunt. In hoc autem illud admonendi sumus, non tam exactā ad eam rem probationem exigi, sicuti cum principaliter † de ipsa nobilitate tractatur, vt tradit Otalora de nobilita. 2. parte. 3. principalis. cap. 10. quando enim de qualitate aliqua non principaliter sed accessorie (vt vulgari verbo vtar) tractatur satis est eo casu eam qualitatem vel semiplene probari, vt eleganter tradit Baldus in. l. non ignorat. colum. 3. C. qui accusare non possunt. Sed illud tractandū est an huic priuilegio nobilis renuntiare valeat, & est quæstio hęc sanè quàm difficilis & in qua nostrates scriptores varias † in sentētias ierunt. Namque renuntiationem nō valere † placuit Mōtaluo in Repertorio verbo *hidalgo*, & Cyfuentes in l. 79. Taur. sub principium, & illic Anton. Gomez. num. 3. qui adeo in eam propensior est sententiam, vt ne adiecto quidem iureiurando talem renuntiatio-

tiationē confirmari existimet: his quoque accedit Otalora de nobilitate 2.parte.3.principalis.cap.9. nu. 8. & Auenda. in dictionario, verbo, *caualliero, ad extremum.* Contraria vero in sententia fuere Castellus in dicta.l.79.Tauri.gloss.1. & Grego.Lopez in.l.34.titul.fin. Parti.7.& nouissimè Couar.in capit.quanuis pactū. in initio. 2. partis.nu.5.qui ita in Granatensi prætorio iudicatū fuisse narrat. Quid tu ergo in tanta autorum simultate & dissensione? Primum illud
12 indubitanter† existimo si iureiurando renuntiatio cōfirmata fuerit ratam fore cum eiusmodi iusiurandum nō tendat in alterius præiudicium nec vergat in detrimentum salutis æternæ, seruandū erit ergo iuxta cap. cum cōtingat. de iureiur. & quæ copiosius nos superius tradidimus cap. 4. Cæterū cum renuntiationi iuramentum non accesit animi pendeo sanè, difficilis ēm est quæstio, id quod & ipse Couar.fatetur. Et quāquā multæ sunt causæ quæ me nobilitati propensum magis esse suadeant: verum quia veritas causas omnes, & necessitudines vincit (vt dicam quod sentio) procliuior sum renuntiationem valere: tum ex regula generali, quòd iuri suo renuntiare prohibeatur nemo. l. si quis in conscribendo. C.de pactis, quæ in militis renuntiatione loquitur expressim: tum ex.l.4. titul.2.libr.6.Recopil.quæ cum dixisset nō dari hanc prærogatiuā nobili regiorum vectigalium redemptori, rationem subiunxit dicens, *Porque en tal caso el mismo que branta su libertad*, significat ergo lex posse nobilem huic renuntiare beneficio. Argumentis autem contrarijs Couarru. ipse abundè satisfacit: proinde ieiunum foret nos eadem rursus inculcare. Mulieribus item propter sexus honestatem, idem quoq; priuilegium
13 conceditur† vt pro ære alieno in carcerem non detrudantur.l.prima.& Authen.ibidem posita. C. de officio diuers.iud.l.fin. titul.3. lib.5.Recopil. quarum argumentum abundè prosequūtur scriptores in.l.62.Tauri.& Dueñas regu-
14 la 6. Sed neque tutor† pro debito sui pupilli in carcerē est coniciendus.l.prima.C.quando fiscus vel priuatus.l.si se non obtulit. §. tutor.ff.de re iudic. nisi forsan eo nomine detrudat, vt pupilli quæ habere probetur bona ad executionem faciendam exhibeat, vt scribit Bald. in dicta.l. prima. C. quando fiscus vel priuatus, & illic reliqui classici, & alibi me latius dixisse memini. Sad & minorem
15 pro ære alieno in carcerē† coniciendum non esse bellissimè scribit vterq; Angelus Perusinus, scilicet, & Aretinus ille in.l. vacantia. C.de bonis vacantibus. lib.10. & in.l. nemo. C. de exact. tribut. hic in.§.fin.nu.2. Inst. de actio. & Bald.in.l.prima.nu.24.C.qui bonis

nis cedere possunt, & Gregor. Lopez in.l.1.titulo.15.partit.5. verbo *todo* Romanus consilio.120. Cassaneus in consuetudi. Burgundiæ *titulo des rentes.* Rubric. 5. §.2. quia dicant minorem contumaciæ argui non posse. Contrariam tamen sententiam amplexus est Iason in l.nec impuberes. ff. de in ius voc. & is qui scripsit tractatum de carceribus qui inter Bartoli versatur tractatus & Dueñas Reg.269. qui minus rectè hanc communem retatur esse opinionem: nam si perspicis prior est magis recepta opinio. In hac tamen controuersia arridet mihi distinctio Cacialupi in tractat. de debitore fugitiuo. quæstione.5. infantes & impuberes pro debito ciuili in carcerem detrudēdos non esse: atque idem recipiendum ait in minore viginti quinque annis nisi quando is rerum suarum administrationē habeat, quæ Mariani Socini fuit quoque distinctio in Rubrica de dilationibus.5.part.quęst.20. Pręterea aduersus illos qui inuiti in ius nō vocantur in personam pro debito
16 executio† fieri non potest si credimus Maranthæ in Speculo titulo de executione.nume.56. qui ij vero sint exprimit.l.2. & sequentes.ff.de in ius vocando. Denique aduersus eos qui non in solidum
17 sed quatenus† facere possint conueniuntur in personam pro debito executio fieri non potest. Aretin.in.l.maritum.§. eleganter. ff. solut.matri. Angel.in. §. sed & si quis num.1.Instit.de actio. Suarez *titulo de los gouiernos*, quæst.6.nu.4. Couarru.libro.2.Varia.cap.1. numero.4. Auenda.Responso.8.numero.7. Sunt autem in his maritus & socer pro dotis causa conuenti, item† patronus & socius 18
omnium bonorum atque miles. l. sunt qui.cum sequētibus.ff.de re iudi.l.1.titulo.15.part.5. Inter hos quoque bellissime scribit Ioānes Faber in.§.final.num.10.Instit.de actionibus annumerādos esse eos qui nō sua culpa seu vitio sed per infortunium aliquod (puta bellū naufragium incendium, & similes casus qui in vita seu in rebus humanis† quandoque accidere 19
solent) omnium fortunarum suarum iacturam fecerint: Fabri autē opinionem & ad cælum vsque extollit ibidem Iason nume.13. Aduersus hos igitur & si qui sunt alij qui eadem prærogatiua fungātur in personam executio fieri nō debet neque in carcerem detrudendi sunt, etsi fideiussorem non dederint. Ex eo autem quod militibus hæc prærogatiua conceditur consequens est dicere & ad Doctores idem priuilegium† pertinere: hos enim nō teneri nisi quatenus facere possint, crebrior est autorum sententia teste Iasone in dicta.l.miles.ff.de re iudi.num.9. imo pœnas dabit iudex qui cōtrarium fecerit secundum Bartolum (si is fuit) in tractatu de carceribus 20

nu.5.

numero.5.& Cacialup.de debito refugitiuo.quæst.5.numer. 9. qui id locum quoque habere ait in doctoribus Medicinæ cæterarumq; disciplinarum.In eadem ergo causa erunt candidati(quos vulgo Licentiatos appellamus) doctorum
21 enim † munia & ad hos non iniustis de causis porriguntur.Bald.in l.1.ff.solut.matrimo.Iason.in.l. filiæ licet.C.de colla.Antibolus de muneribus.3.parte.§.1.num.56.testatur communem opinionem Petrus Lenauderij in tractat. de doctoribus.4.parte.quæst.3. & Ripa in.l. Centurio. numero. 18. ff. de vulga.& pupil. atque ex nostratibus Pala.Rub.in Repetitione Rubricæ de donat.§. 38. & Aulesius in cap.correct.in proœmio.gloss. 1.numero.27.Hoc autem sic accipiemus,vt non solum ad doctores & licentiatos Salmãtinos Pincianosvè aut Complutenses Bononiensisvè collegij hoc priuilegium pertineat,sed & ad reliquos omnes apud quascunque illi Academias lauream sortiti fuerint: quàmquàm enim Regio iure illis
22 quatuor Academijs† dũtaxat munerum functionumque excusatio detur,vt est comprehensum in.l. 8.titulo.7.lib.1.Recopil.non idcirco tamen cæteris cætera priuilegia iure aliàs indulta deneganda sunt,cum sit lex illa odiosa,& strictim interpretãda,vt placuit Auẽda. in dictionario verbo *maestros*.
23 Ergo & aduocatis quãuis† nõ sint doctores neq; licentiati,sed dũtaxat baccalaurei, idẽ iuris tribuemus,idest,vt pro ære alieno nõ detrudãtur in carcerẽ: militibus eñ iure exequantur,vt in.l.aduocati. C.de aduocatis diuersorum iudiciorum, atque proinde eatenus quatenus facere possunt conueniuntur. glossa Bart. & cæteri in dicta.l.miles.ff.de re iud.& videtur idem sentire Gregor. Lopez in.l.3.titulo.10.part.2.scholaris verò nũ doctoris vtatur priuilegijs consulito Bartol.in. l. 1.ff. soluto matrimo.& in.l.legatis.§. ornatricibus.ff. de legat. 3. Rebuffum in Authenti.habita. C. ne filius pro patre. Pari quoque ratione clericis idem est priuilegium concedẽ
24 dum vt pro debito in † carcerem non recludantur secundum glossam. Angel. & Iasonem in dict.l. miles.ff.de re iudicat.Cacialupus de debitore fugitiuo.quęstione.5. numero. 18. Ij etenim militibus iure exequantur secundum gloss. in cap.1.de clericis ægrotantibus lib.6.atque item nõ nisi quatenus facere possunt conueniũtur, vt in ea.Odoardus,de solutionibus, cuius intellectum latissime explicat Couarru.lib.2.Varia.cap. 1. nu.9. proinde non repetam ne crãbem bis coctam propinare videar:illud tantum dixerim illius capituli renuntiationis non valere secũdum Baez.de debit. inope.ca.17. nu.5. Rusticos etiam in re rustica occupatos,idest, tempore messiũ aut vinde-

25 vindemiarũ † in carcerẽ pro debito ciuili deijciendos nõ esse scriptum reliquit Guillel.Benedictus in cap.Raynuntius verbo,& vxorem.nume.906. quia inquit si rei rusticæ instrumentis hoc concedi tur ne pro debito capiantur,multo magis personis rusticorum cõcedendum id est:illiusque probatur opinio apud nos in.l.25. titul. 13.libr.8.Recopil. id tamen hodie moribus parum obseruatur, partim ex ijs quæ diximus superius. §.4.partim quia moris est notarijs harum feriarum renuntiationem instrumentis adijcere:eam autem renuntiationem valere probat. l. 1.ff.de ferijs,& tenet Bartol. si is fuit in tractat. de carceribus quæstione.5.nume.9. an vero qui pro vno debito aut delicto in carcerẽ coniectus est possit pro alio debito seu delicto recomendari legito supradictum tractatum de carceribus.num.19.Bartolum in.l.2.ff. de custod.reorũ.& Iosep.h.Ludo. decisione.70.Curtium Iunio.cõsilio.127. & Crauete consilio. 46. eundem Bartol.allegatione.6.incipit Lapus.Bald.in.l.sicuti.§.Aristo.ff.si serui vend.Iason.in.l. plerique.ff.de in ius vocan.

SVMMARIVM.

1 *IVRE duodecim tabularum debitor intra sexaginta dies non soluens creditoribus dilacerandus dedebatur.*
2 *Imperatorum legibus debitor bonis cedere potest & carceris effugere molestiam.*
3 *Olim creditor tenebatur debitorem in carcerem inclusum sustentare, iure vero Regio nouem dies tantum.num.3.*
4 *Iure Regio debitor cessionem bonorum faciens debet torque ferreo oberatus creditoribus dedi.*
5 *Maritus bonis cedens traditur vxori sine illo ferreo torque.*
6 *Cum debitor in carcere occaluerit quemadmodum sibi creditor consulere valeat.*
7 *Quæ necessaria sint cessio vt legitimè fiat.*
8 *Maiore parte creditorum debitori inducias indulgente rẽlaxari debet.*
9 *Principe debiti dilationem prorogante relaxandus est debitor.*

Quintæ Partis.

§. Septimus. De reo in carcerem recluso,neque soluente neque satisdante.

SVpereſt videam⁹ si reus in carcerẽ reclusus neque soluat,neq; satisfaciat quid agendũ:sit in qua quidẽ quæstione iura ciuilia atque regia nõ omnino inter se conueniũt. Quod enim attinet ad iura cõmunia olim duodecim tabularũ iure vtpotè rudi illo seculo austeroque nimis satis inhumaniter (ne immaniter dicã)statutũ fuerat vt debitor intra sexaginta dies nõ
1 soluẽs† creditoribus dederetur,vt eum vel in partes secarent aut venũdarent illiusve opera vterẽtur, sicuti memorat Accursius. in.l.1. C.qui bonis cedere possunt,& referunt legis ipsius verba Oldẽdorpius Verrucius, & alij duodecim tabularũ legũ cõpilatores & Couarru.quoque lib.2.Varia.cap.1. Porrò legẽ illã quippeque crudelitatis & immanitatis plena esset

breui

breui mos publicus repudiauit, vt ſcribit Quintil. lib. 3. Inſtitu. ca. 8. & Gellius noctium Atticarū lib. 20. ca. 1. Qui noſtrum Accurſium (nimirum virum vndiquaque doctiſsimum) nō latuit, refert enim illum in dicta. l. prima. C. qui bonis cedere poſſunt. Expoſa igitur duodecim † tabularum duricie, atq; ſeueritate: Imperatorum benignitate introductum eſt, vt debitori bonis cedere liceret, per quam ceſsionem nō modo vitam ſeruaret, ſed carceris etiam effugeret moleſtiam, vt oſtendit. l. prima. C. qui bonis cedere poſſunt. & l. ob æs. C. de actio. & obliga. l. fin. ff. de libero homine exhibendo. Interea tamen, quòd in carcere erat debitor † tenebatur creditor illum ſuſtentare: alioqui licebat iudici illum è carcere dimittere. Ioannes Faber, & Angel. in. §. fin. Inſt. de actionibus. Alex. poſt Bartolum in. l. ſanctum. ff. de rerum diuiſ. Afflictus deciſ. 71. Facta igitur ceſsione nihil omnino ne vnus quidem nūmus debitori relinquebatur, exceptis duntaxat quibus induebatur veſtibus gloſ. in. l. penul. ff. de ceſsione bonorū. Faber, & Iaſon in dicto. §. fin. Inſt. de actio. Quanquam poſtea ſi ad pinguiorem veniſſet fortunā non amplius quàm facere poſſet conueniebatur, vt in dicto. §. fin. Inſt. de actio. cum his vero & leges ſeptem partiti iuris cōueniebāt, vt videre eſt in. l. prima. & ſecunda. titul. 15. Parti. 5. Et hæc quidem veteris iuris placita erant. At recentioreiure, ſcilicet, Fori & Recopilationis longè aliter ſe †res habet: duntaxat enim tenetur creditor nouem dies alere debitorē, is autem ſi bonis ceſſerit torque ferreo prominenti collum oberatus creditoribus traditur ſeruiturus illis per ordinē, donec ex operis eius exolutum ſit debitum omne, ſicuti latius eſt comprehenſum in. l. 12. & 17. titul. 20. & l. 2. titul. 8. libr. 3. Fori, & in. l. 4. cum ſequenti. titul. 16. lib. 5. Recopilationis. Hunc vero qui ita creditoribus deditur addictum vocat Quintilianus libro. 7. Inſtitu. cap. 3. vbi eleganter diſceptat an ſeruus iure dici poſſit. In marito tamen pro dote vxori tradito † hoc iure vtimur, vt abſque torque illo ferreo vxori tradatur, vt placuit Auendano reſponſo 8. nu. 9. Nam licet contrarium defendat Auileſius in capit. correctorum. capit. 18. num. ſeptimo. Humanitatis tamen ratio vicit prævaluitque, vt ſine torque illo vxori tradatur, nec ſanè maritalis reuerentia, nec matrimonialis honor aliud nos reſpondere patitur. l. 2. & tertia. ff. rerum amota. Quid vero ſi debitor in carcere occaluerit, neque ſoluere velit ille neque ſatiſdare †, neque item bonis cedere: quemadmodum iure conſulere ſibi poterit creditor? Dupliciter exiſtimo: primum ex iure communi bona debitoris ſolenni

lenni modo addicendo: eo enim caſu adhuc licitum eſt creditori illius bona perſequi, vt probat. l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. libro 10. & illic Bartolus, & Bald. in. l. quicunque. col. 1. C. de ſeruis fugi. Cifuētes in. l. 64. Tauri, quæſt. 20. Dein poteſt ſibi ex iure Regio conſulere quo cautum eſt, vt ſi debitor poſt ſex menſes in carcere fuerit, neque ſoluerit, pro eo habeatur, acſi ceſsionem fecerit. l. 7. titul. 16. lib. 5. Recopil. Ceſsio autem vt legitimè fiat neceſſe eſt debitor † debitum nō inficietur, atque item bona omnia quę habeat libello complectatur. ſecundum gloſſam in. l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt. & in. l. penult. ff. eodem titulo. Euadet autem carceris moleſtiam, atq; hoc flebile ceſsionis remedium ſi maior pars creditorum † inducias illi indulſerit. iuxta. l. cum maiorē. cum ſequenti. ff. de pactis. & l. fin. C. de ceſsione bonorum. & l. 5. & 6. titulo. 15. Parti. quinta. quarum intellectum elucidat luculenter, Afflictus deciſione 278. Idem euenietſi princeps debitori moratoriam conceſſerit prę ſcriptionem, id eſt, debiti † dilationem protulerit. iuxta. l. quoties. & l. vniuerſa. C. de precibus imperat. offerendis. & l. 33. titul. 18. Partita tertia. quarum argumentū præter claſicos ibidem expendit Boerius deciſione 296. Verum de his ac alijs quæſtionibus ad hanc rem pertinentibus latè & eruditè tractant Couarru. libr. ſecundo Variarum ca. primo. & Boerius in peculiari tractatu de debitore inope: proin nihil nos hic amplius.

SVMMARIVM.

1 *BONA ſeu pignora in cauſam executionis capta publica ſunt in ſubhaſtatione vendenda.*
1 *Haſtarum nomē vnde veteres vſurparint.*
2 *Pignora in executionem capta intra quot dies licere debeant. cuiuſ eq.*
3 *Trinundinum, quid ſit latinè.*
5 *Præcone deſiderato ſufficit per iudicem ſolito more fieri proclama aut per tabellionē apparitoremve.*
6 *Primum nundinum debet fieri in loco debitoris, reliqua in foro vbi lis agitatur.*
7 *Si breuiora tempora quàm lege ſunt præſcripta ſubhaſtatio fiat circumducenda auctio eſt.*
8 *Si auctio in prolixius tempus quam lege eſt deſiuitnu differatur irrita non eſt. Leuis ſolēnitatis omiſsio non vitiat. ibidē.*
9 *Curandum nobis magis eſt, vt res potius valeat quàm pereat.*

Quintæ Partis.

§. Octauus. De præconiſs, ſeu ſubhaſtatione pignorum.

SVnt autem bona hæc quæ in cauſam executionis capta † ſunt, publica in ſubhaſtatione vendenda. l. prima. cum ſequenti. C. de fide inſtrumen. & iure haſtæ fiſcalis. libr. decimo. l. ordo. C. de execut. rei iudic. l. fin. C. ſi aduerſus fiſcum. tradūt Ioannes de Platea, & Bartolus in. l. ſi tempora. C.

ra.C.de fide instrumen.Fabianus à Monte. de emptione & vendi. 3.parte,nume.83.& latius Rebuffus ad constitutiones Gallicas secundo tomo in tractatu de preconijs.Vnde vero hoc nomen hastarum vsurparint vereres tradit Fabianus à Monte in dicto tractatu de emptione & vendi. tertia parte.Sed verius est inde dici, quòd
2 hasta in foro posita † bona venire solitum erat, vt apparet cum apud alios tum apud Ciceronem libro secundo Officiorum. In pace enim sub hasta bona venire solebant:belli autem sub corona,vt significat Varro de re rustica libro secundo. cuius verba, quia egregie ad nos pertinent non inuitus referam. *In emptionibus*, inquit,*dominium legitimum sex fere res perficiunt si hæreditatem iustam adijt, si vt debuit mancipio ab eo accepit à quo iure ciuili potuit, aut si ei in iure cessit cui potuit cedere,aut si vsucepit, aut si e præda sub corona emit*: debent autem pignora hæc ter ante addi
3 ctionẽ proclamari † mobilia tertio quoque die,immobilia nono, vt latius est comprehensum in illa lege 19.titul.21.libro quarto Recopilationis.quę proclamatio per hæc temporum interualla facta trinundinum Latinè dicitur, vt apparet ex Cicerone in Oratione pro domo sua, atque ex Quintiliano libro secundo institu. capit. quarto.tradit & Valla eleg.libr.3. capit.quinto.Quamque veteri iure alia tempora ad hæc præconia præstituebantur, vt intelligere licet ex.l.sexta,titul.27.part.3. Sed & hodie in debitis † fiscalibus, & 4
in rebus pertinentibus ad iudices sodalitatis breuiora sunt præscripta tempora, vt est videre in.l. 18. titul.septimo.libr.9.& l.43. titul. 13.libro octauo Recopilationis.& expendit latius Auendanus in dictionario,verbo,*almoneda*.& in capit.correctorum.secundapart. capitul.12.Quoniam vero præconia exigit illa lex Regia constat preconis boatu ad id opus esse, quam quam si præco desideretur solitũ est licitationem † per iudicem ap 5
paritoremve, aut per notarium fieri,neque id iuri aduersum esse intelligere licet, ex l.11. titulo.31. Part.septima.Sed & sufficiet tum per edictum fieri proclama secundum Auenda. in capit. correctorum secunda part.cap.12.numero secundo. Debet autem primum nundinum fieri in municipio debitoris† reliqua vero apud forum 6
ipsius iudicis exequentis.l. prima & secunda ff.de bonis autor.iud. possid.& apertius in.l.36.titul.4. libr. tertio Recopilationis.Quod si breuiori tempore † quàm lege 7
est definitum pignora licere contingat circumducenda est auctio cũ reliquis deinceps agitatis, atq; ex integro repetenda sunt præconia executioque restituenda est, in eum locum quo erat anteaquã bona licerent cæteris integris, ac

in sua causa manentibus.l. & post edictum.ff.de iudicijs.l.fina. C.si aduersus fiscum.l.prima. C. de iure hast.fiscalis.libr. 10. Quid vero si in prolixius tempus dilata fue-
8 rit auctio†,puta quia cum trinundino proclamari deberet quaterno proclamata sit, an erit circumducenda perinde, ac faciendum esse diximus cũ est restricta dies? & magis sedet sustinendam executionem esse,ex eo quod vulgo dici solet leuis solennitatis omissionem vitium non afferre. l. prima.§. fina.ff. de ventre inspiciendo.Bart.& reliqui in.l.fin. in principio. C. de iure deliber. Abb. in cap.primo.de fideinstrumen.nu. tertio. testatur communem esse opinionem Iason in.l.si vnus. nu. tertio.C.de testamen. Horum autem dierum obseruationem non magni momenti rem esse quotidianus rerum vsus abundè demõstrat. Nam cedo quid interest, pridie ne an postridie proclama fiat? nam quod scriptum est à Baldo in.l.ordo.C.de execu.rei iudi. harum subhastationum solennitatẽ non leuis momenti rem esse,de tota subhastatione dictum esse intelligi debet,non de huiusmodi dierum prolatione quæ reo quidem magis commodum afferre constat quàm detrimẽtum. Non me fugit contrarium à pragmatico quodam scriptum esse,verum
9 superiores † rationes me ita respondere cogunt: simul etiã,quia curandum nobis est,vt res potius valeat quàm pereat.l. quoties in stipulationibus.ff. de verb. oblig. cap.Abbate sanè.de verb. signifi. Denique hanc dierum prolationem vitium executioni nõ afferre,scribit non obscurè Barto. siue quis is fuit in.l.si tempora.C.de fide instrum.libr.10.& Bald.in.l.fi. C. qui admitti. col. 1. & Ioannes Baptista Villalobos in ęrario commu.opinio.litera A.num.36. quæ sententia, & rerum vtilitati consentanea magis est,ne propter leuis solennitatis omisionem iudicia incassum recidant.Quæ ratio tantum apud me valet, vt existimem, quod nuper cautum est horæ omisionem in facienda executione illi vitium afferre accipiẽdũ esse, quãdo reus debitũoffert,& an decima debeatur;necne de hora dubitatur,alioqui horæ omissionem vitium non afferre,nec aliud legẽ illam Regiam velle credendum est.

SVMMARIVM.

1 *Peractis hastis seu præconijs citandus est reus ad sententiam addictionis.*
2 *Citatio iniussu iudicis facta inutilis est.*
3 *Reo se executioni opponente vel citationi renuntiante necessaria non est citatio.*
4 *Reus citatus ad addictionem intra tres debet ille dies se opponere.*
5 *Anteaquam sententia addictionis pronũciata fuerit reus potest se opponere.*
6 *Si reus in ciuitate non reperiatur domi citari potest.*
7 *L.19.titul.21.lib.4. Recopil. illustratur.*
8 *Etiam si prima fuerit citatio ad causam reus non repertus domi citari potest.*

9 *Stricto iure etiam reus absens domi citari potest.*
10 *Etiam ad recognitionem chirographi citationem domi fieri sufficiat.*
11 *Citatio domi facta reo non nocet si ostendat citationem ad eius non peruenisse notitiam.*
12 *In arbitrio iudicis positum est dijudicet an citatio domi facta ad rei peruenerit peruenire notitiam.*
13 *Reus quando dicatur reperiri non potuisse vt domi facta citatio valeat.*
14 *Curator bonis dari necesse non est nisi quãdo reus absens est à prouincia. Prouincia, quid sit ibidem.*
15 *Creditores qui debitoris bona possident quẽ admodum citandi sint.*
16 *Cum multitudo hominum est citanda sufficit per præconem citationem fieri.*
17 *Cum ciuitas est aut vniuersitas citãda quid obseruandum sit.*
18 *Quando non difficulter sciri potest quis sit aduersarius non sufficit citatio per proclama.*
19 *Nimiam allegationum turbam dant vitio viridocti omnes.*
19 *In tam breui vitæ spatio importunum est superuacuis tempus terere.*
20 *Qui ciuis est illius loci vbi lis agitatur citare ad omnia acta iudicij non potest nec inuitus procuratorem accipere.*
20 *In omni lite peragenda citandi sunt semper quos res principaliter tangit.*
20 *Valet iudicium etsi ij quos minus principaliter res tangit citati non fuerint.*
21 *Inter duos optimates de iurisdictione mota lite necesse non est, vt populus ad causam citetur.*
22 *Lite super maioratu mota satis est maioratus possessorem ad causam citari.*
23 *Lite super re dotali mota satis est maritum ad causam citari.*
24 *Cum mulier sciuit litem cũ marito super re dotali mota nocet illi res iudicata alias nõ.*
25 *Cui res in qua facta fuit executio cõducto vel cõmodato possidetur, quis sit citandus.*
26 *Vtile est vt omnes quotquot res principaliter vel minus principaliter tangit ad causam citentur.*
27 *Lite semel cum procuratore cõtestata non dominus, sed procurator citandus est.*
28 *Domino litis defuncto causa cum illius procuratore finiri potest.*
29 *Cum nona instantia in lite succedit dominus non procurator citandus est.*
30 *Quæ in causa appellationis agenda sunt nõ procuratori prioris instantiæ, sed domino denuntiari debent.*
31 *Edicta actio siue libellus an procuratori rei notificari sufficiat.*
32 *Patrio siue Regio iure vna tantum citatio in quolibet actu sufficit.*
33 *In ecclesia citatio facta valet.*

Quintæ Partis.

§. Nonus. De citatione ad sententiam addictionis.

EXecutionis ordinẽ prosequentes ventum est ad citationem reo faciẽdã. De cursis igitur† hastis & ordine præconiorum peracto citãdus est reus ad sententiam addictionis, (*quam de remate appellamus*) textus est & illic Alberic. in l. creditor. ff. de distractione pigno. Afflictus decisione 358. Marantha in speculo, 6. parte, titul. de executione, numo. 19. Sed otiosum est extranea afferre testimonia cum sit id apertissimè Regio iure definitum cum aliàs passim tum in illa. l. 19. titul. 21. libro quarto Recopilationis. Sed & iussu iudicis citationẽ huiusmodi fieri debere notissimi iuris est, cum alias citatio iussu iudicis facta non valeat. Iason in. §. quadrupli. nume. vndecimo. Instit. de actionib. Felin. in cap. 1. de libelli oblatione. Meminisse tamẽ oportebit necessariam non esse huiusmodi† citationem, quando reus ipse anteaquam citaretur vltro se executioni opposuit, vt scribit Auend. in dictionario, verbo, *almoneda*. vtens in eam rem multis argumentis eisdemque minimè necessarijs, cum id extet expresim definitum in l. 36. titul. quarto. libro tertio Recopilationis. Tantundemque erit si ipse à principio istiusmodi citationi sponte† sua renuntiauerit, cum perspicui iuris sit iuri suo renuntiare quemlibet posse. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. In hac vero citatione tres à lẽge debitori præscribũtur dies intra quos exceptiones suas alleget, sicuti Regia illa lege definitũ est. Quanquam si nondum† pronuntiata sententia se opponat (ne sim obscurus cogor interdũ non tam elegantibus quàm notioribus verbis vti) tametsi tres illi dies elapsi fuerint audiendus† erit, quia quãdo dies præfigitur actui non constituitur quis in mora donec fiat actus, etsi terminus sit elapsus. l. Titia. & illic scholiastes seu interpretes. ff. de accusa. cap. si tibi absenti. de præbend. in sexto. glossa & glossographi in capit. fin. de electio. libr. sexto. Bald. in Authent. ad hæc. C. de vsuris. Paulus in. l. quandiu. 3. ff. de acquirenda hæreditate. Innocen. & reliqui in cap. cum in tua. §. fin. qui matrimoniũ accusare possunt. Bald. & Alex. in l. mãcipiorum. ff. de optione leg. quapropter minus me mouet Baldi opinio cõtrarium sentientis in capit. personas. de appellationib. Sed illud est dubitationis, an in personam reus citandus sit vel an domi denũtiari ei sufficiat, quod tractat Auend. in dictionario, verbo, *almoneda*. & placet ei in personam esse† citandum, idem placet Didaco Perez in l. prima. titulo 9. libro 3. glossa prima in fine. & in l. quarta. titul. 8. libro 3. & eiusdem sententiæ videtur fuisse Couarru. libro 2. Variarum cap. 11. numer. quarto. & Auilesius in cap. correctorum. cap. 10. nu. 34. Sed paucis cõtrarium tenendum est, neque de ea re vlla est hodie dubitatio, cum id expresim illa Regia lege 19. titul. 21. libro quarto. Recopilatio. sit cautum, ita enim ait, Y *dados los preganes† sea citado el deudor para el remate en su persona si pudiere ser auido, y sino en su casa, haziendo lo saber a su muger e hijos e criados si los tuuiere, y sino a los vezinos mas cercanos*. Cuius decisio iuri cõsentanea videtur, siquidem communis est, ac frequens apud interpretes omnes sententia, quando reus nõ inuenitur citationem domi factam legitimam† esse, etiam si fuerit prima citatio ad causam. Bartolus in. l. quarta. §. prætor. ff. de damno infect. Tiraquel.

de retractu linag. §. nono. glossa secunda. Afflictus in constitutio. Neapol. Rubrica 96. libro primo. num. 10. essecq; eam communem opinionem testis est Marantha in speculo, 6. parte, titul. de citatione. nu. 124. & Alex. consil. 219. volu. 6. & Padilla in. l. cum quidam. §. fina. ff. de legat. 2. nu. 3. & Iulius Clarus in praxi crimin. §. fin. quæstione 31. & Emanuel Suarez in volu. commu. opinio. verbo, citatio. Neq; desunt iura quibus hæc sententia abundè probetur. l. 1. ff. de liberis agnoscendis. in principio. l. scire debemus. §. qui autem. ff. de excus. tutorum. l. aut aliter. ff. quod vi aut clam. cap. causam. de dolo & contum. cap. fin. de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruan. l. 41. titul. 13. part. 5. & l. 1. titul. 19. libr. 4. Recopila. moribus autem hanc sententiam comprobari declarant satis Regia diplomata quæ quotidie à regalibus prodeunt tribunalibus in quibus solenne est clausulam illam adijci vt si pars reperiri non queat domi citatio fiat, atque si adhuc in re manifesta testibus opus est, moribus seruari affirmat Gregorius Lopez in. l. prima titul. sexto. Partita tertia. verbo, *ca esto*. quinimo sententiæ notificationem quando pars nō reperitur domi fieri posse scribit Bald. in. l. scire debemus. §. qui autem. ff. de excusa. tutor. & probat apud nos dicta. l. 1. titu. 19. libro quarto Recopilationis. Apparet igitur legem illam Regiam à iuris communis regulis non abhorrere. Adhuc tamen nō desunt qui existiment intelligendā illam esse quando executio † facta fuit 9
reo præsente cęterum citationem domi factam non sufficere cōtendunt: atque in his fuit Didac. Perez in. l. 2. titul. 14 libr. 5. ordin. scribens Salmanticæ ita in vsu esse & humanius id quidem est, atque ciuilius cæterum stricto iure contrarium verius est cum lex illa Regia generaliter loquatur, arq; ita generaliter accipiendam esse, atq; hoc etiam casu procedere ostendit pragmatica recens proximis edita comitijs quę est hodie. l. fin. titul. 21. libr. 4. Recopil. Cum igitur ad sententiam addictionis satis sit citationē † domi factam esse 10
idem dicendū esse videtur in citatione ad recognoscendū ex chirographum quāquam aliud placuerit nostratibus, vt diximus hoc eodem capite, prima parte. §. quinto. Quid ergo? Si debitor citationis notitiam nullam habuit? ita ne inscius, & inauditus iure suo occludendus est? sanè eo casu si docuerit citationem sibi notam non fuisse: puta, quia per absentiam, nec à familiaribus, nec à vicinis certior fieri † potuit, succur- 11
rendum illi erit: atque ex integro citandus erit rescissis ijs quæ post priorem citationem facta sunt, sicuti colligitur ex Innocent. in capit. humilis. de maior. & obediēt. & in

& in capit. in nostra. de procurat. atque apertius ex Baldo in. l. si eo tempore. C. de remiss. pigno. probat text. in cap. fin. qui matrimo. accusare possunt. Permultum autem in iudicis positū erit arbitrio
12 dijudicet an citationis † notitia ad eum peruenire potuerit necne, sicuti placuit Accursio in dicta. l. si eo tēpore. verbo, *præsentes*. Porrò quod lex Regia ait tum citationē domi factam valere cum debitor reperiri non potuit, quemadmodum illum non reperiri intelligemus? & placet scribentibus, tum demum hoc casu non reperiri in-
13 telligendū esse † quando perquisitus à notario per ciuitatē sui potestatem non fecerit neque repertus sit. Bart. in. l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infect. cui reliqui deinceps ab eo astipulantur interpretes, vt videre licet apud Marantham, & cæteros autores modo citatos, credereque debemus notario de ea re fidem faciēti ex sententia Baldi in. l. si properandum. §. etsi quidem. C. de iudicijs. & in l. scire oportet. §. multa. ff. de excusa. tut. Quanquam ex generali cō suetudine hoc non seruatur, sed satis est si notarius rectà ad domū debitoris vadat, vt scribit Iulius Clarus in praxi. §. fin. quæst. 31. numero 17. secundum hæc igitur illud conueniens est dicere, si quis
14 domo quidem absit †, non tamen absens sit à prouincia nocere ei citationem domi factam, neque necesse esse, vt bonis curator detur, sed tum quidem dandus erit curator quando extra prouinciam abesse cōtingat, neque spes sit propè modum eum esse rediturum iuxta ea quæ annotantur in. l. ab hostibus. §. primo. ff. ex quib. causis maior. atque in. l. cum proponas. C. de hæredib. instituē. & in. l. cum ignorare. C. de restit. militū. & in. l. prima. ff. de curatore bonis dando. & in. l. 12. titu. 2. Part. 3. Prouinciā autem intelligas iuxta glossam in. l. fina. C. de præscript. long. tempo. Sed pone alios esse creditores qui forsan bona in qui-
bus facta est † executio possideat 15
quæro an ij in personam an ad domum citandi sint: vel an per proclamata citari eos sufficiat? & plenius attingas rogo, quotidiana enim sunt. Respondi si creditores certi sint nominatim citādos eos esse vel in personam si reperiri in ciuitate queant vel ad domum si reperiri nequeant: sin vero incerti sint per proclamata, seu edictū satis esse eos solēniter citari. Hanc distinctionem amplectūtur Bald. Paul. Angel. & Salyc. in. l. si eo tēpore. C. de remiss. pign. & in. l. si deserta. C. si ptopter publicas pensita. hi ijdem reliquique claussici præsertim Iason in. l. decem. ff. de verborū obliga. atque eo iure vtimur. Quanquam enim Bartolus illic in ea fuerit sententia, vt indistinctè existimaret satis esse creditores per proclamata solenni- 31

ter citari, atqui aduersus eum cõmunis est sententia teste Boerio decis. 277. nu. 5. quæ quidem probatur in dict. l si deserta. & l. si eo tempore, atq; in Authen. omnes. C. vt si minor ab hæredi se abstineat. & cap. fin. de elect. in. 6. quã 16 quam si multitudo † personarum citãda esset sufficiet, etsi certi sint qui citandi sunt eos per præconẽ solenniter citari, sicuti tradit Iason in dicta. l. decem. nu. 43. dicẽs esse notabile pauciſque notum: quamobrem in ciuitate citãda dicendum erit satis esse eam per edi 17 ctum † citari affixum, scilicet, eo loci vbi cõgregari cõsueuit. Bald. in. l. etiam. col. 4. C. de execut. rei iudi. Marantha in speculo, 6. parte. tit. de citatione. nu. 94. Hodie vero in ciuitate citanda hoc iure vtimur, vt syndicus & aliquot ex decurionibus citentur, argumento textus in. l. municipibus. ff. de condi. & demonst. quæ Montalui fuit etiam opinio. in. l. 3. titul. 17. libro 3. Fori, dicens in ciuitate citãda à principio non satis esse syndicum citare, sed decuriones esse citandos, post vero sufficere syndicum citari. Illud tamen admonẽdi sumus ita generalem citationẽ per proclama factam sufficere: quando aduersarius non est certus, nisi modo citra negotium, atque 18 sine magna † difficultate cognosci possit quis nam sit aduersarius, nam tum curare debet omnino actor, vt is nominatim ad causam citetur, alioqui nullũ erit iudicium. Anchar. & Domini. in cap. fin. de elect. in. 6. Barto. Bald. & Iason in. l. fin. in princip. C. de iure delib. Felin. in cap. 2. nu. 8. de constitu. Sigismundus Goffredus consil. 30. in fine. Menoch. de recuper. poss. remed. 6. nu. 101. & remedio 8. quæst. 13. & placuit eidẽ Bart. consil. 91. nu. 5. prima partę. & Alexã. consil. 5. volu. 2. Possem & alios sexcentos † ad eam sentẽ- 19
tiam allegare autores, sed vt alibi diximus nimiam allegationũ turbam non tam laudi, quàm vitio dãt, cũ viri docti oẽs, tum Panor. in proœmio decretalium, & meritò, nam si animaduertis omnis orationis splendor ea defloresci, vt omittam in tam breui vitæ spatio importunum esse superuacuis terere tempus. Sed illud tanquam quotidianum dispiciendum est, vtrum citatio generalis ad omnia scilicet, acta iudicij valeat? & alij quidem aiunt, vt Innoc. in cap. cõsuluit. de offic. deleg. alij cõtra negant, vt Bald. cõsil. 268. vol. 1. Sed verior est Panormitani opinio in cap. fin. de dilatio. ita distinguentis, aut citandus est municeps, seu vicinus illius loci in quo lis agitatur, & quanquam eo non reperto domi suæ citationes illi fieri valeãt, vt paulò antè diximus, atqui citari generaliter ad totã causam iure non poterit, neq; inuitus pro curatorem accipere. Aut vero citandus non est ciuis illius loci vbi lis

agitatur, & tum si monitus pro curatorem non constituat aut designet domũ eodem loci in quo actorum certior fieri valeat, loco domus subsellia auditorij designari illi debent: quam Panormitani opinionem communem esse testatur Marantha in speculo, titulo de citatione nu. 118. & Iaffredus decis. 47. estq; ea tum vsu rerum tum nostrati Regio iure recepta, vt liquet ex l. prima. titul. 2. lib. 4. Recopil. Et hæc quidem pro nostro instituto qui breues esse studemus satis erant. Sed quoniam vt plenius attingam rogas sic habeto. In omni lite peragenda ci-
20 tandi sunt † semper à principio ij quos res principaliter tangit. l. de vnoquoque. ff. de re iudic. cum similib. ijs vero ciuatis tenebit iudicium, etsi reliqui ad quos negotium minus principaliter, seu accessoriè spectat citati non fuerint. Innoc. Bald. Felin. & reliqui in capit. fin. de maior. & obed. Bald. in l. ab eo. colũ. vlti. C. quomodo & quando iudex. Alex. consil. 85. volu. 6. idem Alexã. Iason & reliqui in. l. decem. ff. de verb. obliga. Idẽ Iason in. l. si quis nec causam. ff. si certum peta. Capicius decis. 107. Hippolyt. in dict. l. de vnoquoq;. nu. 57. Tiraquel. in libello cui titulus res inter alios acta: refert plures Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententia. verbo, citatio. Sit exẽpli causa, si inter duos optimates de iurisdictione alicuius oppidi litigetur † haud erit ne- 21
cesse, vt populus ad causam citetur, secũdum Bald. in. l. secunda. C. de liberali causa. Innoc. & reliquos in cap. inter quatuor. de maiorit. & obedi. Proinde cauendus erit Auẽdanus qui contrarium scribit in cap. correct. 1. parte, cap. 5. nu. 9. An vero res iudicata tum noceat aliquo modo ijs qui citati non fuere res est latior quàm quæ ad hunc locum pertineat, & est satis exposita ab Innoc. in dict. cap. fin. de maio. & obed. & à Fabro in §. licet. Inst. de adopt. tradunt Bartol. & reliqui in. l. sæpè. ff. de re iudic. & nouissimè sedulò explicat nostras Couar. pract. quæst. ca. 13. Illud tamen quia quotidianum & magni momenti † res est, dicere 22
non omittam mora lite super maioratu (liceat nobis in rebus nouis, nouis quoque vocabulis vti) satis esse ipsius maioratus possessorem in ius vocari neq; necesse esse sequentes in gradu ad causam defendendam citentur, ne per proclama quidẽ, nec ideo minus res iudicata cæteris nocebit successoribus. Oldrardus consi. 94. nu. 19. Ang. & Imol. in. l. filius familias. §. Diui. ff. de leg. 1. & ibidem Alexan. nu. 9. & Iason 47. & Ripa 61. Alciat. consil. 492. num. 33. & tandem (ne crambem bis coctam cõtra prouerbiũ proponamus) hanc post longam disputationem testatur magis communẽ esse opinionem Couar. pract. quæst. capit. 13.

numero,6.& Villalobos in ærario commun.opinio. litera. A. num. 49. & Minchaca de ſucceſsione, & creatione.§.6.num.28. & dom. Anton. de Padilla. in.l. vnum ex familia.§.ſi de Falcidia.numer.13. ff.de legat. 2. idem facit Pinellus in.l. 1. C. de bonis maternis vbi nonnullas non contemnendas, ſubnectit exceptiones, & deniq; id vſu moribusque obſeruari teſtatur teſtis ſatis locuples dominus Præſul Simancas de Primog. libro.4.cap. 23. & nouiſsimè alios permultos tam noſtratium quàm alienigenarum referens hanc indubitatam eſſe opinionem ſcribit Molina de Primoge.libr.4. cap.8. vbi ex profeſſo rem tractat. Secundum hæc igitur dicendum eſt lite ſuper re dotali mota rectè cũ marito cauſam agi, validumque erit
23 iudicium † etſi mulier citata non fuerit. l. doce ancillam. C. de rei vend.& illic Bald. Albe. & Salyc. l.aut qui aliter.ff. quod vi aut clã. Iaſon in l.maritus.numer.1. C.de procur.Caſtellus in.l.55.Tauri.numero.44. Anton. Gomez ſuper eaſdem leges. l. 40. numero. 73. Queſada diuerſa.quæſtio. cap.14. num.22. Videamus tamen an mu
24 lieri res iudicata † noceat? & intereſt litis ſciens fuerit mulier an ignorans.ſecundum Bart.in.l. de die.§. qui mulierem. & ſequenti. ff.qui ſatisdare cog. Nam ſi litem ſciuerit ei res iudicata nocebit aliter atque ſi ignorauerit. Bartolum autem ſequuntur illic Paulus Iaſon & reliqui,& Gregor. Lopides in.l.20.titul. 22.part. 3.verbo *pero*. Quãquàm ſi vir culpa ſua cauſam perdiderit dotis actio aduerſus illum ſalua mulieri manet. l. pater in fine.ff.de dote præleg.l. ſi fundum.ff.de fundo dotali. Quæ res facit vt ſi maritus eo caſu ſoluendo non fuerit, ſuccurẽdum ſit mulieri & aduerſus rei dotalis poſſeſſorem ſit illi actio danda. Bald. in dicta.l.doce ancillam. cui reliqui aſtipulantur æquè ſi bona in cauſam executionis capta non à debitore cuius ſunt ſed à colono commodatarioue † illius poſsideantur. 25
non erit colonus vel commodatarius neceſſario citandus, ſed ſatis erit debitorem ipſum citari Innocen.& Card. in cap. quoniam frequenter.§.quod ſi ſuper vt lite non conteſta. Boerius qui plures refert deciſione. 277. numero. 8. non idem tamen erit ſi colonus vel commodatarius non à debitore ſed ab alio conducto vel commodato habeat, quia tum citandi ſunt poſſuntque de iure illius tertij allegare: ſecundum Baldum in l.1.ſub finem.& in.l.executorem. colum.6.de execu.rei iudi. Quãquàm in his cæterisque cauſis mirum in modum mihi arridet Ioã. Andr. conſilium † in capit. inter 26
quatuor de maio.& obedi. *ad extremum*, monentis vt ſi cautius circumſpectiusq; agere velimus, demus operam vt omnes quotquot cauſa

cauſa reſpicit ad iudicium appellentur, atque ita omnibus res iudicata nocebit. His illud quoq; addendum erit lite ſemel cum procuratore conteſtata non dominũ ſed procuratorem eſſe citandum:
27 alioqui citationem domino † factam nullius eſſe momenti. Bart. in.l.furioſo. ff.de re iudic. & illic Iaſon.num.10. Abb.in cap.2.de teſtibus. Bald.in.l.ſi quando. quæſt. 7.C.de teſtibus. Maranthain Speculo.4.parte. diſtinctio. 16. num. 35. Cœpola. cautela 165. Capicius deciſione 186. idque omnium calculis nemine diſcrepante probari autor eſt Boerius deciſione. 285. num.5. Conuenienter ergo dicendum eſt domino lite pendente de
28 functo † cauſam cum ipſius procuratore etiam eo inuito finiri poſſe ſcilicet, nullo hærede defuncti vocato. l. nulla. &. l. procuratoribus. C.de procura. & illic claſsici omnes. l. ſi cum procuratore, & illic Iaſon.num.2.ff. de re iudica. probat.l.23.titul.5.part. 3. coque iure vti ſcio noſtros Valliſoletanos ſupremos magiſtratus: Diuerſum vero obſeruatur in Pariſienſi Parlamento ſeu prætorio apud quos vt refert Boerius deciſione. 285. numero.7. moris eſt vt hæredes defuncti ad litem proſequendam citentur quod planè vbi id commode fieri poteſt: puta quia non longè abſunt magis æquum eſt † &
29 humanum. Ita tamen intelligere debemus citationem non domino ſed procuratori faciẽdam eſſe, niſi modo noua inſtantia in cauſa ſuccedat, quia ibi tanquàm in re noua dominus citandus eſt non procurator vt puta ſi à primo iudice ſit dicta ſententia quanuis procuratori notificari, & poſsit & ſoleat teneaturque procurator ſi iniuſta viſa fuerit prouocare: cæterũ quæ poſtea apud iudicem appellationis agenda ſunt † non procura 30
tori ſed domino denuntiari debent gloſſa in.l.non inuitus.C.de procura. cap. non iniuſte. eodem titulo.& vtrobiq; ſcribentes Paul. de Caſtro. conſilio. 12. & 16. Matthæus de Afflict.in conſtit. Neapolita.libr. 2. Rubrica.17. Boerius deciſione.285.num.6. Ioſeph. Ludo. deciſione.6.num.7. & ita vtimur. Hæc vero cum lis cœpta eſt in lite vero incipienda an actionem procuratori edere ſufficiat, tractat Bartol.in.l.3.ff. de alim.& ciba.leg.nume.17. cui addito textum † ſingularem.in.l.1.ff.de libe 31
ris agnoſc.in principio. & Clemẽtina.1. de procurat. An vero vna duntaxat citatio in vnoquoque actu ſufficiat, vel an plures neceſſariæ ſint, tractat Bartolus in. l.2. C. quomodo & quando iudex Bald. in.l.final. C. de edict. Diui Adria. Tollen. vbi diſtinctionem quandam deſcribit: apud nos vero principalibus † conſtitutioni- 32
bus definitum extat, vnam tantũmodo citationem in vnoquoq; actu ſufficere. l.2. titulo.3. libro.4.

&.l.

&l.51.titulo.4.libro.2.&l.47.titulo.4.libro.3.Recopil. Citari autem † in Ecclesia quem posse per notarium secularem de mandato iudicis, scribit Bald.in.l.etiam. C.de execu. rei iudi. In promptu erat nos plura hic de citatione effundere, sed superiora satis. Neq; enim omnia persequi consilium est nobis, sed ea tantum quæ triuialia non sunt, quęque ex vsu magis esse videntur. 33

SVMMARIVM.

1 *REO se opponente decem illi ad probandum præscribuntur dies.*
2 *Decem dies oppositionis currunt statim, etsi à iudice non assignentur.*
3 *Dies termini an computetur in termino.*
4 *Opinio vt dies termini non computetur in termino moribus præualuit.*
5 *Duabus opinionibus inter se pugnantibus sequenda est illa magis ad quam consuetudinis calculus accesserit.*
6 *Dies oppositionis non computatur in termino decem dierum.*
7 *Testes examinandi sunt intra decem dies oppositionis.*
8 *In causis ordinarijs an satis sit testes intra terminum produci.*
9 *Elapsis decem diebus oppositionis non potest reus aliquo instrumento vti.*
10 *Dilationem à lege præscriptam iudex proferre non potest.*
11 *Dilatio decem dierum non currit tempore iustitij paschalis.*
12 *Feriæ non computantur in dilatione quando absorbent totam vel maiorem partem termini.*
13 *Creditore desiderante vt decem dierum dilatio prorogetur audiendus est. & nu.15.*
14 *Clausula remota appellatione in rescripto adiecta & in causa reconuentionis locum sortitur.*
15 *Textus in cap.2.de mutuis petitionibus elucidatur.*
17 *Secunda dilatio impertiri nisi causa cognita non debet.*
18 *Prior dilatio nondum finita prorogari etiã sine causæ cognitione potest.*
19 *Decem dierum dilatio creditori ignoranti non currit.*
20 *Prorogari dilatio non debet quando actor ipsiusve aduocatus testificata didicerint.*
21 *Dilatio prorogata vtrique parti communis est.*
22 *Decem dierum dilatio ad tertios oppositores non pertinet.*
23 *Dilatio in causis ordinarijs iudicantis arbitrio moderanda est.*
24 *Tertius oppositor veniens post sententiam audiendus an sit.*
25 *In via executiua testium non admittitur repulsa.*
26 *Etiam decem diebus elapsis respondere tenetur actor positionibus.*
26 *Quando princeps vni præsidi rescribit per consequentiam, & cæteris rescriptum videtur.num.26.*
27 *Creditor absens an venire debeat ad iurandum & positionibus respondendum.*
28 *Cuius impensis mitti debeat vt creditor absens positionibus respondeat.*

Quintæ Partis.

§. Decimus. De oppositione & dilatione ad probandum.

REO igitur ad sententiam addictionis citato, si ille intra tres illos dies Regia lege præfinitos nihil alleget, bona ad dici iubentur: sin autem se opponat † decem illi rursus ad probandum præscribuntur dies, sicuti latius 1

tius est videre in supradicta. l.19. titul.21.lib.4.Recopil. alijsq; multis eiusdem voluminis. An vero hæc decem dierum dilatio currat reo, statim ac oppositionem fecit, hoc est, anteaquam iudex † illam assignet, tractat Capicius decisione 83. & magis velle videtur etiã fine termini assignatione, statim ac iudex oppositionẽ admisit dilationem decem dierum currere id quod probat, & non obscurè lex Taurina 64. quæ est hodie l.3. titulo 21. lib.4. Recopil. eam tamen ad tertios non pertinere oppositores alibi diximus. Vtrũ vero dies termini computetur in termino res est inter iuris interpretes non me- 2
diocriter † controuersa adeo quidem (vt si Diuis placet) duæ sint in ea re opiniones communes ambæ, & ambæ sibi inuicẽ repugnantes alijs affirmantibus tempus dilationis currere de momento ad momentum alijs contra diem dilationis, id est, in quo dilatio præfigitur non esse in termino computandum, sicuti ne longiores simus videre licet apud Bart. Bald. Paulum, Iasonem & reliquos in l. prima. ff. si quis cautio. & Tiraq. de retractu linag. §. primo. glo. 11. nu. 17. Felinum in cap. placuit. de præscript. & Dueñam regul. 196. & 197. Verum opinio illa vt dies 3
termini † nõ cõputetur in termino præualuit magis, moribusque est magis recepta, vt & ipsimet autores testantur, & hodiernus quo- 4
que vsus demonstrat: proinde ea magis sequenda erit, nam vt alibi diximus, atque iterum, iterumq; est dicẽdum, duabus opinionibus inter se certantibus sequenda est illa magis † ad quam consuetudinis calculus accesserit, l. cum de interpretatione. ff. de legibus. Sylua nuptialis lib.5. nu.64. Habetq; opinio hæc non leue complurium, & legum & canonum fundamentum præsertim in capit. frequens. de restit. spolia. in.6. & in cap. pia. de exceptio. eod. libro. Et deniq; circa huius legis speciem, ideſt, in hos decẽ dies † oppositionis diem 6
imputatum nõ iri tradunt Palac. Ruuius, & Castellus in.l.64. Tauri, ille nu.2. hic 82. Sed neque satis quidẽ erit si intra hos decem dies testes producti fuerint, nisi etiam examinati testimoniũ † dixerint, 7
vt placet Palacio Ruuio nu. 4. & Castello 86. in dicta.l. 64. Tauri, & Auendan in cap. correct. 1. parte. cap. 16. nu. 1. id quod & Toletana ipsa lex apertè demonstrat, dum ait, *o por testigos tomados dentro del dicho termino*. Et ita vtimur. Cæteris vero in causis (vt id obiter dicamus) interest an dilatio præfixa fuerit ad probandum † duntaxat 8
an etiam ad probandum simul, & probationem finiendã; nam priori casu etiam post dilationem testes examinari poterunt, interea dum perorata siue concluſa causa non fuerit aut certè intra publicationis terminum: posteriori non

pote-

poterunt Abb. in cap. licet. num. 2. de proba. Marantha in Speculo. 6. parte. titulo de dilatione. num. 19. Boerius decis. 294. quæ quidē egregiè faciunt ad interpretationem legis primæ. titulo. 6. libr. 4. Recopila. qua in causis ordinarijs prescripti sunt dies intra quos probationes fieri debeant præcipitq; vt intra dies illic præstitutos testes examinari debeant. Quare secundum illius legis definitionem dicēdum est, si dies dilationis pauciores fuerint quàm qui ab illa lege præscripti sunt testes intra dilationem seu terminum productos ad conclusionem vsque aut certè intra publicationis terminū examinari posse. Sin autem dies omnes legitimæ dilationis impertiti à iudice fuerint tum etsi testes intra terminum producti fuerint, non poterunt intra terminum publicationis examinari quia lex dilationem ad probandum, & probationem finiendam atque adeo ad testimonia producenda præfiniuit: sic enim ait. Y *que el termino que se assignare por la dicha sentencia sea el siguiente, para probar y auer probado, y para presentar la probança*, secundum hoc igitur dicendū erit elapsis decem diebus oppositionis audiendum † non esse reum 9
si quod velit instrumentum producere: tametsi cæteris in causis etiam post litis conclusionem instrumētorum postea repertorum productioni locum fore placuerit non paucis: vt diximus superius ca. 14. Tempus autem hoc decem dierum proferri à iudice nō posse magis est dicendum siquidem placuit inter omnes non posse iudicem dilationem à lege præscriptā quoquo modo † proferre, sicuti 10
apparet ex Raphaele Cumano, & Iasone in. l. 2. ff. de re iudic. Hippolytus in. l. si quis ne quæstio. ff. de quæstio. Iam ergo hoc termino elapso moram purgari non posse dubitauerit nemo, secundum ea quæ affert Alexand. consilio. 133. volu. 6. nā quod scriptum reliquit Iason. in. l. 1. num. 3. ff. de noui operis nuntia. quæ recipi non debuit probatio facta tamen valere, neq; aliàs probauimus neque hic recipiendum puto. Sed neq; illud indignum erit † vt dicamus si isthęc 11
decem dierum dilatio inciderit in iustitium illud quod sacra sub paschata vsu moribusque quotannis solenne est obseruari, vt in capitu. fin. de ferijs, & in. l. 34. titulo secundo. partita tertia. durante iustitio sistere dilationem, tum ex. l. omnes in fine. C. de feriijs. sic enim ait. *In quindecim autem paschalibus diebus compulsio annonariæ functionis, omniumq; publicorum priuatorumque debitorum differatur exactio.* tum quia quando feriarum solennia adeo in longius protendūtur vt iudicialē † dilationem 12
vel totam vel certè magna ex parte absorbeant: feriæ non computantur in dilatione, Hostiensis in cap.

in cap. licet causam. de probatio. Lanfrancus in ca. quoniā contra. titul. de dilatione. nu. 12. Marantha in Speculo eod. titul. nu. 18. & in specie huius Regię legisita scribit Castellus. in. l. 64. Tauri. num. 84. Sed illud non inuitus quæsierim, si actor hanc decem † dierum 13
dilationem sibi proferri desideret an audiendus sit quæ quidem quęstio cum identidem in foro cōtrouerti ex facto soleat à nemine tamen nostratium (quod sciam) tacta est, nisi ab vno Monterroso, quem in tanta quāta hoc loco est autorum raritas citare non piget, is ergo tractatu tertio prorogandam actori dilationem esse affirmat, porrò aduersatur illi haud mediocriter quod iuris regula cōtinetur non debere actori licere quod reo licitum non existit regula non debet de regulis iuris in. 6. aduersatur etiam decisio textus. in cap. 2. de mutuis petitionibus vbi clausula remota appellatione adiecta rescripto retorquetur etiā
14 in causa † reconuentionis aduersus hūc ipsum qui rescriptum impetrauit: simulq; refragatur quod illius textus argumento consultus respondisse fertur Antonius de Butrio, stante statuto vt in exequendo guarentigio instrumento debitori appellare non liceat vice versa aduersus creditorem lata sententia denegandam illi appellationem esse: Butrij autē respōso subscripsit se Baldus nouellus de dote. 6. parte. priuilegio. 2. numero. 12. & id tanquàm singulare inter sua retulit singularia Hippolytus de Marsilijs singulari. 389. & sunt hæc quidem pro reo argumēta non leuia quæque forsan quempiam in suas partes rapiant. Ego vero nihilominus magis adducor, vt existimem † creditori id de- 15
sideranti dilationem proferendā esse: nanque illa regula superius citata nō debere actori licere quod reo licitum non existit, sic interpretanda est vt locum minimè habeat quando aliquid in fauorem rei introductum à lege fuit: nam vt est alia regula comprehensum id quod alicuius fauore introductum est in illius damnum cōuerti non debet. l. quod fauore. C. de legibus. l. nulla. ff. eodem titulo. l. 3. §. duæ causæ. de Carboniano edicto. & alias passim: porrò dilationem hanc in creditorum fauorem restrictam † fuisse satis super- 16
que ex Toletana illa lege intelligere licet. In ciuile erit ergo si id quod in creditorum gratiam introductum fuit nos illud in eorūdem detrimētum retorqueamus. Nec me quidem aliquo modo cōturbat textus ille in cap. 2. de mutuis petitio. neque illud quod illius argumento respōdit Butrius: namque illius textus decisio procedit tantum quando ad partis postulationem fauor impartitur aliter atque si vel motu proprio vel legis definitione introductus, sic
fauor

fauor, ſicuti placet gloſſ. fin. in dicto cap. 2. & in dicta regula, quod ob gratiam, & ſentit quoq; gloſſa & reliqui in dicta. l. quod fauore. C. de legibus, ſiue mauis (vt ego quidem ſentio) in illo cap. 2. non conſtat ſolius actoris fauore appellationem remotam fuiſſe neq; in dubio id præſumere debemus cum ſit res maximi ptęiudicij, atque ex qua maxima inter actorẽ, & reum inæqualitas introducere tur: atqui in hac ſpecie de qua agimus longè ſecus ſe res habet, tum quia, vt diximus manifeſto in creditorum fauorem tam breuem dilationẽ Regia lex præfixit ne verſutijs debitores diem trahant ſolutionemq; procraſtinentur: tum quia debitoribus nihil incommodi accedit ex eo, quòd creditoribus dilatio proferatur: diuerſa igitur hoc caſu rei actoriſque cauſa verſatur: quo caſu illius textus de ciſionem (capituli ſecundi de mutuis petitionibus dico) non procedere, ſed potius illam legẽ, quod fauore. C. de legibus, non obſcurè ſentit Panor. inibi nu. 2. relinquitur igitur creditoribus id deſiderãtibus decem dierum dilationem prorogandam eſſe, ne quod in fauorem illorum conſtitutum eſt in ipſorum damnum vertatur. Quod tamen ita erit, dummodo creditor anteaquã decem dierum
17 dilatio lapſa fuerit † eam ſibi in vlterius tempus proferri poſtulauerit, nam tametſi ſecunda dilatio impartiri niſi cauſa cognita nõ debeat, iuxta ea quæ notantur in. l. oratione. & l. fin. ff. de ferijs. & in cap. in cauſis. & in capit. vltra tertiam. de teſtibus. & probat. l. 3. titul. 15. & l. 33. titul. 16. Part. 3. Attamen prior dilatio † nondum finita protogari in longius tẽpus etiã 18
ſine cauſæ cognitione rectè poterit, quia non alia, ſed eadem dilatio intelligitur. l. ſed etſi manente. ff. de precario. Specul. titul. de dilatione. §. nũc videamus. nu. 4. Angel. in. l. fin. ff. de ferijs. & illic Paulus nu. 7. & Iaſon 42. Quãuis enim me non fugiat contrariam opinionem crebriorem eſſe moribuſque apud Gallos obſeruare dilationem non niſi cauſa cognita proferri, vt autor eſt Boerius deciſione 294. Cæterũ ſuperior opinio apud nos moribus magis increbuit, ſicuti quotidianus forenſis vſus ſatis ſuperq; demõſtrat. Quanquam illud admonendi ſumus eiuſmodi decem dierum † di- 19
lationem creditori ignoranti non currere, id quod & reliquis omnibus dilationibus commune eſt, vt minimè currant niſi demum poſt quã denuntiatæ litigatoribus fuerint. Bart. in. l. Labeo. in fine. ff. de iniurijs. Bald. in. l. prima. C. de tẽporibus appel. Alex. conſil. 54. volu. 1. Maranth. in ſpecul. titu. de dilatione. nu. 14. Præterea neq; huiuſmodi dilationẽ creditori prorogabim⁹ ſi forſan is aduocatuſve eius iam † teſtificata didicerit ex 20
deciſione textus in Authen. de teſtibus. §. quia vero. collat. 1. & cap. fraternitatis. eod. titul. & l. 34. tit. 16. Parti. 3. & l. 5. titul. 6. libr. 4. Recop. Iam illud manifeſtius eſt quã
21 vt noſtra admonitione † indigeat iſtiuſmodi dilationem in longius tempus prorogatam, & reo quoq; communem eſſe. l. petendæ. C. de temp. in integ. reſtit. Felin. in c. 2. de mutuis petitionib. Sed neque dubitauerit quiſpiam hãc decem dierum dilationem ad tertios nõ pertinere oppoſitores (vt vulgo
22 vocant) id enim & † iure communi ſatis compertum eſt, ex cap. ſuper eo. de offic. delega. & tandem Regia lege definitum extat in. l. 41. titul. 4. lib. 3. Recopil. quæ mulieres pro dote, & reliquos tertios oppoſitores via ordinaria audiendos eſſe decernit: id tamen ita accipere debemus, dummodo longiores dilationes non demus quã
23 cauſa poſtulet †: ſummaria enim cauſa eſt, & ſummariè tractanda. l. à Diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. Iudicis ergo continebitur officio, vt pro rei qualitate & loco rũ diſtantia ſuo arbitratu dilationes moderet: nã & alioqui in cauſis ordinarijs dilationes iudicis arbitrio pendẽt, vt eas quidẽ reſtringere valeat, nõ tñ longiores quàm quas lex præſcribit indulgeat. l. oratio. ff. de fer. l. 1. C. de dilatio. Clemẽt. ſæpè. de verb. ſig. Bart. & Albe. in. l. ſiue pars. C. de dilat. Alex. Iaſ. & Zazius in. l. 2. ff. de re iud. de ciſio. Pedamõ. 22. nu. 13. & probat apud nos. l. 33. tit. 16. Parti. 3. & lex illa. 1. tit. 6. li. 4. Recopi. Minimèq; ſunt ferendi nõnulli, queis neſcio quibus de cauſis placuit dilationes omnibus peræquè iudicijs (id eſt tam ſummarijs quã ordinarijs) æquales eſſe debere quos refert Iaſon in. l. fina. nu. 3. ff. de ferijs. quæ opinio neq; cælum neq; terram attingit, vt eſt in prouerbio eamque & iuris rationi ſimulq; litiũ expeditioni ſanè quã aduerſam eſſe nemo eſt qui nõ videat: etenim in paruis litibus tragœdias mouere (vt Quintilianus inquit) tale eſt quaſi ſi perſonã Herculis illiuſq; cothurnos aptare infantibus velis. Sed quid ſi elapſis decẽ diebus oppoſitionis, atq; forſan iam addictionis lata ſententia † tertius oppoſitor in 24
ius veniat, an audiẽdus ſit? & ſcribit Greg. Lopides in. l. 11. titul. 14. Parti. 5. gloſſa. 1. audiendum) cum eſſe, ſi ante datam poſſeſſionem veniat, ſuffragaturque illi Bartolus in. l. fin. in fine. C. de edict. Diui Adria. tollẽ. Quod dicendum quidem eſt, ſi ex ſua perſona proprium ius allegãdo veniat ſecus ſi coadiuuando ius debitoris, ſicuti placere video Caſtell. in. l. 64. Tauri nu. 96. Atque comprobari poteſt ex ijs quæ affert Couar. pract. quæſt. c. 14. nu. 4. & Affict. deciſ. 235. & Baldus in. l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pign. quorum diſtinctionẽ & probare quoq; videtur l. 15. titu. 10. lib. 2. Recopil. Sed iam

Intelligas hoc iuxta ea quæ de tertio oppoſitore dicemus. §. ſequenti.

alio trãſgrediamur, ſi illud tamen
25 prius adiecerimus † in hoc executionis iudicio teſtiũ repulſam nõ admitti: hoc enim & aliàs in omnibus ſummarijs iudicijs generaliter receptũ eſt, vt teſtium repulſæ locus non detur. ca. veniens. 2. de teſtib. & illic Ioan. And. Abb. Felin. & reliqui. & Auend. in cap. correct. 1. part. ca. 4. nu. 16. Couar. pract. quæſt. ca. 17. verſic. 7. Mexia ad leg. Toleta. 1. parte, fundamento. 1. nu. 11. Sed & illud eſt tractandũ: reus elapſis decẽ diebus poſtulat vt actor poſitionibus reſpondeat quæro an audiendus ſit? res eſt enim quæ vſu non raro venire ſolet. Nec tamen de ea ſatis inter noſtrates conuenit. Nam Roderi. Suarez in. l. poſt rem. §. ſed pulchrum. ſcribit etiã elapſis decem diebus cogẽdum eſſe creditorem iuſiurandum abſoluere: ab eo vero diſſentit Auenda. in cap. correctorum. 1. par. cap. 16. nu. 2. Quorũ ego rationes & argumẽta nõ moror: fruſtra enim laborem capeſſerem cum ſit quæſtio hæc legis Regiæ definitione profligata. Ea eſt l. 72. titul. 4. libro tertio Recopilationis. vbi expreſsim ipſius Suarez approbatur opinio, id quod etiam animaduertit Olanus in cõcordia Iuris, litera C. numer. 77.
26 Planè † tametſi lex illa Regia lata ſit ad præſides illos prouinciarum (*quos vulgo Alcaldes de los adelantamientos appellamus.*) Verum illius ratio quæcunque illa ſit, vt latius pateat omneſq; in vniuerſum iudices comprehendat neceſſe eſt. Adde quòd quando princeps vni præſidi reſcribit, per conſequentiam omnibus reſcripſiſſe videtur ſecundum Bartolum in. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdictis. & releg. Paris de ſyndicat. §. officialis. cap. 1. nu. 14. Iaſon in. l. 1. nu. 7. ff. de conſtit. princip. Quanquam lex illa Regia accipienda videtur quãdo creditor eſt præſens non ſi longè abſit ſic enim opinionem ſuam Suarez ipſemet interpretatur. Abeſſe autem accipiendum puto † cum extra prouinciã 27
moratur, iuxta gloſſam, & interpretes in. l. fin. C. de long. tempo. præſcript. Cum igitur ita actor abeſt reo incumbit faciat, vt intra decem dies oppoſitionis poſitionibus ille reſpondeat: fiet autem id aut per notarium delegatum vel datis literis ad iudicem loci vbi actor moratur, iuxta. l. 22. titul. 5. Parti. 3. & l. 3. titul. 7. lib. 4. Recop. Pertinent autem eius rei impenſæ ſi iura ſpectamus † ad actorem 28
ipſum qui abeſt, iuxta gloſ. & Barto. in. l. 2. §. defendi. ff. ex quib. cauſis in poſſeſſ. eatur. & alios quos referunt Afflict. deciſ. 177. & Menoch. de arbitra. libr. 2. centuria 3. & Ioſeph. Ludo. deciſ. 74. nu. 10. Cæterum ſi mores ſpectamus vſitatum eſt apud nos, vt id impenſis petentis fiat, vt refert Greg. Lopez in dicta. l. 22. titul. 5. Partita. 3. verbo, *o ſi fuere a otra parte.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ex. 1. & 2. titul. 1. lib. 4. Recopila. reconciliantur.*
2 *An exceptiones omnes aduerſus executionem admittenda ſint.*
3 *Lex Henricia non eſt abrogata per Toletanam legem.*
4 *Legitimum id dicitur quod lege recipitur.*
5 *Leges quæ eodem in volumine ſunt, neque priores neque poſteriores dicuntur.*
6 *Aduerſus executionem exceptiones tãtum lege Henricia expreſſæ admittendæ ſunt.*
7 *Caſus exceptus quando debeat extendi.*
8 *Dura etſi lex ſit, ſufficit tamen ita ſcriptũ eſſe.*
9 *Aduerſus executionem non ſolum admittendæ ſunt exceptiones directæ, ideſt, quas Henricia lex expreſſit, ſed etiam vtiles, ideſt, quæ ex ipſius legis ſententia iuſte colliguntur.*
10 *Directa actio non minus dicitur ea quæ ex ſententia ſeu mente legis colligitur quã quæ ex verbis.*
11 *Nullitatis exceptio aduerſus executionem admittitur.*
12 *Nouationis exceptio aduerſus executionem locum habet.*
13 *Tranſactionis exceptio aduerſus executionem obijci poteſt.*
Simulationis exceptio an aduerſus executionẽ admittenda. num. 14. & 15.
16 *Contractus in legis fraudem factus nullius eſt momenti.*
17 *Exceptio quæ ex perſona deſcendit locum habet in executione.*
18 *Exceptio declinatoria locum habet in executione.*
19 *Litis pendentis exceptio aduerſus executionem locum habet.*
20 *Si quis primum viam ordinariam ingreſſus fuerit non eſt illi ad viam executiuam regreſſus dandus.*
21 *Lite pendente aduerſus vnum ex reis debendi an aduerſus alterum creditor regredi valeat.*
22 *Debitore via ordinaria agente poteſt nihilominus creditor viam executiuam intẽdere.*
23 *Eccleſiaſticus iudex an poſſit inhibere iudicem ſæcularem exequentem.*
24 *Compromiſſi exceptio aduerſus executionem admittenda eſt.*
25 *Exceptiones inſtrumento directo non repugnantes admittendæ ſunt in executione.*
26 *Exceptiones quæ veniunt ex natura cõtractus reijciendæ non ſunt in via executiua.*
26 *Exceptio rei non traditæ ſeu pretij nõ ſoluti locum habet in cauſa executiua.*
27 *Quando ex eodem contractu venit actio pariter & exceptio perinde eſt guarentigiata exceptio ſicut & actio.*
28 *Cum aliquod corpus vectigalium conducitur, locum non habet exceptio rei nõ traditæ ob id quod pars aliqua non magna tradita non fuerit.*
29 *Cum inter emptorem & venditorem ſatis non conuenit vter prius contractui pareat quid ius dicens ſequi debeat.*
30 *Compenſationis exceptio contra executionem locum habet.*
30 *Solutionis verbo ſatisfactio omnis intelligitur.*
31 *In executiuis cauſis reconuentioni locum non dabimus.*
32 *Aduerſus inſtrumentum guarentigium quemadmodum probanda ſolutio ſit.*
33 *Qui trium annorum proximorum ſolutionẽ probauit & anteriorum probaſſe videtur.*
34 *Creditore inſtrumentum debitori tradente ſolutio præſumitur.*
35 *Iuramentum in ſupplementum probationis in executiuis cauſis non defertur.*
36 *Acceptilationis exceptio, & in executiuis cauſis locum habet.*
36 *Inter acceptilationem & pactum de non petendo quid interſit.*
37 *Inſtrumentum ſuſpectum de falſo habetur pro falſo.*
38 *Obligatio facta in carcere quãdo valeat.*
39 *Si iniuſte captus ſoluat quod re vera debebat ad repetendum actionem non habet.*
40 *In cauſis executiuis non admittuntur exceptiones quæ longiorem exigunt indaginem.*

41 *Exceptio de dolo in causis executiuis quando locum habeat.*
42 *Non auditur in causa executiua dicens deceptum esse vltra dimidium iusti pretij.*
43 *Error calculi quãdo sit admittendus in executiuis causis.*
44 *Alius est error calculi alius rei.*
45 *Exceptio dimissionis quando sit admittenda in causa executiua.*
46 *L. 1. titul. 16. lib. 5. Recopil. elucidatur.*
49 *In causa executionis non auditur reus potens, vt sui impensis agatur aduersus alterum cui tota accessit vtilitas.*
50 *L. Vnde quaritur. ff. commo. illustratur.*
51 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an admittenda sit in causis executiuis.*
52 *Exceptiones aduersus executionem ita lex reijcere videtur, vt tñ ius integrum reseruet vt denuo ordinaria via experiri valeat.*
53 *In integrum restitutio admittenda an sit in executione.*
54 *In generali exclusione exclusa non videtur in integrũ restitutio minoribus cõpetẽs.*
55 *Exceptiões reiectæ in causa executiua & in appellatiõis instantiæ reiectæ videntur.*
56 *Causa appellationis non est diuersa à priori instantia.*
57 *Cap. fin. de appel. in. 6. elucidatur.*
58 *Tertius oppositor in causa executiua vti an possit exceptionibus reiectis.*
59 *Tertius oppositor vt audiatur nõ habet necesse docere summatim de iure suo.*
60 *In causa executiua occurrẽtibus pluribus creditoribus quid ius dicens sequi debeat.*
61 *Tertius oppositor malitiose veniens non debet audiri.*
62 *Cum est controuersia super pignore in executione capto instè postulat creditor, vt in alia re executio fiat.*

Quintæ Partis.

§. Vndecimus. De exceptionibus quæ aduersus executionem admitti debeant necne.

SVpereſt exquiram* quæ nam exceptiones aduersus inſtrumentum publicu admitti debeãt. In quo nõ omnia quæ hoc loco multis verbis à doctoribus tradi solẽt persequar ne longior noſtro inſtituto (qui breues esse volumus) fiat sermo. Sed duntaxat quantum quoquo modo ad rem declinandã sufficere videbitur in mediũ afferemus. Res est autem hæc, vt magni quidem ponderis & momẽti, ita quę non satis plana, sed maximè controuersa sit: cum nõ tantum iuris interpretes, sed etiam leges ipsæ Regiæ inter se se nõ mediocriter pugnare videantur. Nam vt à legibus incipiam duæ sunt leges quæ maiorem in modũ inter se dissentire videntur: hæ sunt lex prima & secunda. titul. 21. lib. 4. Recopi. quæ quanto loco propinquiores sunt hoc longius sententia distare videntur: itaq; cominus non èmi nus pugnant, & idcirco periculosius multo decertant. Etenim lex illa prima (quã à Rege † Henricio illius autore Henriciam appellamus) omnes omnino exceptiones atq; defensiones aduersus contractus, aduersus nomina seu obligationes aduersus q; sentẽtias & demum cæteras scripturas paratam habẽtes executionẽ excludit, prẽter illas tantũ solutionis, pacti cõuenti, falsi, vsuræ, vis, ac metus: illius enim hæc verba sunt. *Mandamos que contra las obligaciones e contractos e compromissos, o sentencias, o otras qualesquier escripturas que tengan aparejada execucion que no sea admitida, ni rescebida por nuestros juezes ninguna otra excepcion, ni defension, saluo paga del deudor, o promission, o pacto de no lo pedir, o excepcion de falsedad, o excepcion de vsura, o temor, o fuerza, o tal que de derecho se deua rescebir, o si otra qualquier excepcion se alegare no sea rescebida, ni el que la oppusiere sea oydo: e no embargante otras qualesquier excepciones el juez proceda a execucion del tal contracto, o sentencia: e lleue la adeudo effecto.* Contra vero lex illa secunda quæ Toleti lata est omnes in vniuersum legitimas exceptiones admisisse videtur, ita enim inquit. *Y que las justicias no dexen de lo anssi hazer e cumplir por paga, o excepcion que los dichos deudores aleguen, saluo si dentro de diez dias mostrare la tal paga, o legitima excepcion.* Vides vt ex diametro leges inter se pugnent? Nihil mirũ igitur si interpretes † inter se dissentiãt: quãdo legislatores ipsi parum inter se cõstare videantur. Variant autẽ in ea re magnopere autores, ná alijs quidẽ placuit eiusmodi leges, quibus exceptiones aliquæ admittuntur & repellũtur cæteræ, ita accipiendas esse, vt frivolæ dũtaxat non omnes summoueri videãtur. Huius sentẽtiæ fuit Cynus in. l. ita à nobis. C. ad legẽ Iul. de adulte. Angel. quoq; ibidẽ atq; rursus in. l. sciendũ. ff. de euictio. Socinus etiã cons. 38. 1. parte.

Atq; item ex noſtratibus hãc amplexus est sententiam Suarez in. l. postrẽ. 2. part. §. 1. & 2. Atq; in illo §. 1. scribit legẽ illã Henriciũ antiquatã esse per illã alterã legẽ Toletanã: eiusdẽq; sentẽtiæ fuit Greg. Lopez in. l. 10. tit. 12. Part. 5. verbo. *su parte*, & Didac. Perez in. l. 4. tit. 8. lib. 3. ordi. Alij rursus aiũt illiusmodi leges summoũere tantũmodo posse exceptiones quę iuris humani sunt, nõ quæ iuris sunt naturalis aut gentiũ. Bald. in. l. si nõ sortẽ. §. in debitũ. ff. de cõd. indeb. & in c. à nobis. in fi. de excep. Panor. in c. ex parte. 1. de off. deleg. Felin. in c. cũ dilecti. de excep. Hipp. cõsil. 31. nu. 42. Alij vero nõ oẽs indistinctè exceptiões admittẽdas putãt, sed eas dũtaxat quæ à lege fuerint expressæ in quibus fuit idem Bald. in. d. l. ita nobis. C. ad. l. Iul. de adult. & Bart. in. l. 1. §. parui refert. ff. quod vi aut clam. Anto. de Butrio. & ibidem Decius in c. ex parte. 2. de offic. deleg. Abb. in ca. item cum quis. de rest. spolia. Guido in tract. compulsoriarum. Angel. de Aretio, & Imol. in. l. fin. ff. à quibus appellare non licet. Ant. de Canario de executio. instrum. quæst. 3. Iason in. l. si constante. nume. 85. ff. soluto matri. Socinus regul. 130. & ad hunc quoque numerum aggregare possumus glossam Abb. & reliquos classicos in dict. cap. ex parte. 2. de officio delega. atque ex noſtratibus Auenda. in capit. correct. 1. parte, capi. 16. vbi

affirmat legem illam Henricianã, haud quaquam abrogatã esse per illam alteram Toletanam, & rursus id latius prosequitur in titul. *de las excepciones*, & eiusdem sentẽtiæ fuit vbique Do. Padilla præsertim in l. si non trãsactionis. nu. 8. & in l. error. nu. 7. C. de iuris & facti ignor. Et denique (ne de singulis agam) ita & iuris cõmunis, & Regij interpretes hac in parte fluctuant varijque sunt, vt si eorum commentaria quãuis satis prolixa perlegeris, discernere vix queas quid potissimum in ea re sequendum putes. Quid tu ergo in tanta & legũ & autorũ simultate totq; discoloribus sentẽtijs? Sanè in pri
3 mis illud existimo legem † illam Henriciam abrogatã non esse per illam alteram Toletanam tametsi posteriorem, atque rectius in ea re sentire sentio Auendanũ, quã Rodericum Suarez. Etenim cum lex illa Toletana legitimas exceptiones admittat non alias admissile credendum est quàm quæ anteriori lege, id est, Henricia nominatim comprehensæ sunt. Nam rogo quis legitimas exceptiones dixerit eas quas lex ipsa reprobat, atque refellit: cum è contrario le-
4 gitimum † id iure dicatur, quod lege recipitur, & probatur. l. legitima. ff. de pactis. l. 3. §. fina. ff. pro socio. Decius consilio 258. volu. 2. numer. 4. præsertim cum legum effugere correctionem debeamus l. præcipimus. C. de appel. vt interim tacea leges quæ eodem in volumine digestæ sunt nec anteriores neq; posteriores censeri. Ioan. Andr. in cap. vt officium. de hæretic. in. 6. Paris de syndic. §. statutum. cap. 1. nu. 4. Denique Henriciam illam legem † antiquatã non 5
esse si aliquando dubium fuit, hodie tamẽ luce clarius patefacit. l. 19. titul. 21. libr. 4. Recopil. quæ cũ nouissimè lata sit adhuc tamen illam legem abrogatã nõ esse apertissimè demõstrat, & quæso si abrogata esset, vt quid mẽbranas occuparet? Præsertim hac noua nostratium legum compilatione edita. cap. Romanorum. distinct. 19. Si igitur abrogata non est videamus ex tribus illis opinionibus, quas modo retulimus quænã potior sit. Et mihi sanè Bartoli, Baldi, Auendani †, & reliquorũ quos 6
posteriori loco citauimus, vt receptior, ita & vero magis accedere videtur opinio, ideſt, vt non omnes in vniuersum exceptiones admittendæ sint, sed duntaxat illæ quæ nominatim lege Henricia expressæ sunt. Quanuis enim casus exceptus extendi debeat ad casus eandẽ rationem † habentes. glossa 7
in. l. 1. C. de condictio. indebi. verbo, iudicati. Panor. in capit. cum omnes. numer. 7. de constit. Aequi id locum non habet, quando lex nominatim, aut verbis generalibus, aut dictione duntaxat, aut similibus cæteras exceptiones excludit Bart. in l. si constan-

te quæ-

te. quæst. 9. ff. soluto matri. & illic reliqui. Bald. in. l. 1. §. excipiuntur. 11
in fine. ff. de feriis. Roma. consilio 271. nu. 3. Nam si verbis apertis lex ita definit, nos legi repugnare qui possumus? duradura & si lex sit
8 sufficit † tamen ita scriptum esse. l. prospeximus. ff. qui & à quibus in libert. procla. licet. ibi enim nobis interpretandi locus relinquitur vbi legis mens, aut verba dubia sunt, non vbi sunt aperta. l. nõ aliter. ff. de leg. 3. Ex quibus omnibus alijsq; multis quæ nos ne prolixissimus missa facimus, relinquitur ex illius Henriciæ legis definitione non omnes omnino exceptiones aduersus executionẽ admittendas esse, sed illas duntaxat ipsamet Regia lege comprehensas. in quam sententiam eo proclinior sum, quòd lex illa Henricia nihil aliud agere videatur, quàm vt omnes iuris naturalis, atque gẽtium exceptiones debitoribus reseruet. Quanquam enim vero
9 rem altius † pensando, & illud quoque ipse mecum reputo, Toletanam illam legem non temere ad legem illam Henriciam anteriorem se specialiter non retulisse, sed legitimas tantum exceptiones admittendas dixisse. Atque itidem non sine causa legem illam nouissimam à Rege nostro Philippo editam vtranque legem & Henriciam, & Toletanam cõprobasse: sic enim ait, *Si dentro de tres dias se opusiere y alegare excepcion legitima conforme a la ley primera y segunda deste titulo.* Cur ita quæso? nempe, vt darent intelligere, sicuti se exceptiones omnes non admittere, ita etiam non tantum eas quæ legis ipsius Henriciæ verbis exprimuntur velle recipere, sed alias etiam quæ ex eiusdem legis sententia seu mente comprehendi possent. Atque vt apertius meã tibi exponam sententiam, summa rei hæc est, hocq; velle Regiæ illæ leges videtur, vt non tantum aduersus executionem admittamus exceptiones directas, id est, ipsius Henriciæ legis verbis nominatim comprehensas: sed & vtiles, ideſt, alias quæ ex ipsius sentẽtia, atq; mente colligi iustè queãt. Etenim legitimæ exceptiones nõ tãtũ dicuntur illæ quas legis verba dictitant, sed illæ etiam quæ ex sententia, seu mente ipsius comprehendi rectè possunt. l. nominis & rei. §. verbum. ff. de verbor. sign. verbum, inquit, *ex legibus sic accipiendum est, tam ex legum sententiæ quàm ex verbis.* Textus etiã elegãs in. l. 2. §. si mater. ff. ad Tertyl. l. non dubiũ. C. de legib. quocirca legitima tutela nõ minus dicitur ea quæ venit ex mente legis quã quæ ex verbis. §. primo. Inst. de legiti. parentum tutela. l. tutela. & illic Bartol. ff. de legitimis tutoribus. æquè & directa actio † nõ mi 10
nus dicitur ea quæ ex mente legis colligitur quàm ea quæ ex verbis. Bartol. in. l. curatoris. C. de nego-

gestis. & in l. actio. ff. eodem titul. Felin. in ca. aduersario. de except. directæ ergo & hæ exceptiones non malè dici possent, sed docendi gratia vtiles illas interim appellabimus, nam quod de actione dicitur, & de exceptione itidem dicendum est, nam vt actio sic & exceptio quoque vtilis & directa dicitur. l. quoties. ff. de præscript. verbis. Atq; vt eleganter Romanus inquit Pontifex: *termini restrictiui natura hoc habet, quòd sic excludit ab ipso extranea, q; cuncta ad ipsum pertinentia concludit.* Clementina exiui. de verb. sign. col. 3. Quid ergo? Secundum hæc futurum erit, vt omnes in vniuersum exceptiones iuridicas admittas: friuolasque tantum repulisse videatis? quæ Cyni illiusq; fautorum fuit opinio. Nõ est ita. Neque enim ex hominis cuiusquam interpretatione, seu arbitrio exceptiones admittemus sed eas duntaxat, quæ ex ipsius Henricæ legis mente legitima interpretatione cõprehendi queãt, quæ vtiles iure dicuntur, & demũ eas tantummodo de quibus si legislator interrogatus esset, verisimile est admittendas esse responsurum fuisse, ex sentẽtia glossæ in l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis. quam multis exornat Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. in princip. nu. 55. & Sylua nuptia. lib. 6. numero 15. & Ant. Gabriel in volu. cõmu. opinionum. libr. 6. titul. de regulis iuris. conclusione 10. Sed id quid qualéque sit exemplis demonstremus oportet. Ecce igitur † cum Henricia illa lex de instrumẽto seu scriptura paratam habenti executionem loquatur manifesto sentit de valido & legitimo acceptum iri, non de inutile & irrito. Quid ni? cum id quod irritum est ne nomen quidem mereatur. l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudica. l. statutis. C. de sentẽtijs, ex breuiloquo recitan. Clemen. Pastoralis. de sententia & re iud. & ita in plebiscito hoc idem statuente eiusmodi exceptionem admittendam esse, tradit Bart. in l. prima. §. & parui refert. nu. 3. ff. quod vi aut clã. & Bald. in l. etiã. C. de execu. rei iudi. Panor. in cap. ex parte. nu. 6. de offic. deleg. Iason in l. 4. §. cõdemnatum. nu. 2. ff. de re iudi. Guido Papæ in tracta. de compulsorijs. quæst. 1. Auend. titul. *de las excepciones.* nu. 25. & communem affirmat Curtius Iunior consil. 129. nu. 13. Proin audiendus non erit Olanus qui contrarium sentit in concordia Iuris, litera E. num. 22. Qua quidem ratione & nouationis exceptionem † admittendam esse dicendum est, cum per nouationem contractus vires euanescant, vt in l. 2. C. de noua. l. minor. 25. annis, cui fideicõmissum. ff. de minor. l. 2. C. de executione rei iud. vbi Bart. & Bald. hanc sententiam probant. & idem Bald. in l. si non sortem. §. indebitum. ff. de condi. indebi. atque ex nostratibus probat quoque Auend. titul. *de las excepciones.* num. 25. quibus magis accedo quàm Imolæ contrarium scribenti. in l. fina. ff. à quibus appell. non licet: tametsi illum sequatur Guido Papæ in tract. illo de compulsorijs. quæst. 2. Nouatio vero quando locum habeat diximus prima parte huius capitis limitatione. 6. Quando ergo nouationis à nobis recipitur exceptio, dicendum est non esse verendum † ne transactionis exceptionem admittamus quippeq; totam prorsus litem perimat nedum innouet. l. final. ff. de vsucap. pro suo, & in simili statuto ita placuit Antonio de Canario de executione instrumenti. quæst. 12. Sed & quando nullitatis exceptio ex omnium sentẽtia aduersus instrumentum recipitur dicendum est, & simulationis exceptionem admittendam esse, nã simulatus cõtractus † nullus est. l. simulatæ. ff. de ritu nupt. l. nuda. ff. de contrahen. empt. & vt inquit Bald. in l. cum precibus. C. de probatio. instrumentum simulatum, tametsi habeat figuram instrumenti, essentiam tamen non habet. Atque ita hanc simulationis exceptionem admittendam esse in simili statuto scribit idem Bald. in l. final. §. in computatione. C. de iure delib. & in l. si non verum. C. de donatio. inter. & sequũtur Felin. & Decius in cap. ex parte. 2. de officio delegat. Atque ex nostratibus sequuntur D. Padilla in l. cum ea. num. 4. C. de transact. & Gutierrius in l. nemo potest. numer. 375. ff. deleg. 1. non desunt tamen qui repugnent: nam contrariam sententiam amplexus est Bartol. in l. 1. §. & parui refert. ff. quod vi aut clam: cuius partes sequuntur Cardinal. in Clement. 1. §. final. de sequest. possess. & fruct. & Guido in tract. compulsor. quæst. 4. verum aduersus Bartolum communem esse sententiam, testatur Ripa in dicta. l. nemo potest. numero. 66. cum quo consentiunt Padilla, & Gutierrius locis modo citatis. Mihi in hac dissensione sequenda videtur Baldi † distinctio. in l. 1. C. plus valere quod agitur, quòd aut contractus est ita simulatus vt cõtrahentes animum se obligandi non habuerint, & admittenda sit exceptio, aut vero contrahentes animũ se obligandi habuere. Porrò pro vno contractu simulauerũt alium, & tum admittenda non sit simulationis exceptio. Baldi autẽ distinctionem sequitur Paul. in l. final. illo eodem titul. si Panorm. in cap. item cum quis. de restitut. Spolia. & Socinus Regula 130. & cũ ea sentire quoque videtur Antõn. de Canario. de executione instrument. quæst. 13. & Auenda. in dictionario, verb. *falsedad.* Illud tamen est sine controuersia si contractus in fraudem † legis simulatus sit exequendũ nõ esse: quippe qui

qui nullus sit & improbus, vt intelligere facilè est ex l. non dubiũ. C. de legibus. atque ex l. 1. C. de eunuchis. lib. 11. & tradit Bartolus consilio. 65. & Anton. de Canario loco superiori. & Iason in. §. item si quis in fraudem. Instit. de actionibus nume. 10. De hinc exceptiones quæ ex persona descendunt quales sunt procuratoriæ, & hic admittendas esse pari quoque ratione placet: † vt puta si executio
17 petatur per procuratorem qui minor sit aut per excommunicatum nam hæ aliæque id genus exceptiones non aduersus instrumentum sed potiùs aduersus personã obijciuntur, & ita nominatim scribit Bartol. in dict. l. 1. §. & parui refert num. 6. ff. quod vi aut clam, & Guido in illo tract. de compulsorijs quæst. 5. numer. 5. & probat Auenda. titulo *de las excepciones*, num. 23. atque de his exceptionibus diximus superius. 3. parte huius capitis. Præterea fori præscriptionem † seu exceptionem decli
18 natoriam (vt vocant) hic quoque admissum iri non inuitus probarim, ex celebri illa glossæ sententia in Clemẽtina vnica de sequest. possess. & fructuum. quæ bellissime inquit, etsi lege vel statuto omnes generaliter exceptiones reijciantur, fori tamen præscriptionem repulsam nullo modo videri: quam præter classicos ibidem amplectuntur Paulus & Iason. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & Angel. in. §. appellantur. num. 11. Instit. de actio. Suarez in. l. postrem. §. pro euidentia. numer. 31. & Anton. Gomez tomo. 3. capit. 12. num. 8. Possem & alios sexcentos ad eam rem allegare scriptores, sed in hoc gratiam lectori me facere opinor si illum superuacuis non obtundam allegationibus cũ posit in vno aut altero quem citauimus cæteros inuenire. Et quoniam fori præscriptionem recipimus & illud † concinne est vt dicamus, litis pendentis exceptionem, & isthic recipiendam esse. Nõ enim aduersus instrumẽtum ea opponitur sed aduersus iudicium seu processum quem vocat. l. vbi ceptum. ff. de iudicijs. l. nulli. C. eodem titul. vbi classici omnes effuse rem tractant. & Palat. Rub. in ca. per vestras. notabili. 4. In quo & illud erit animaduertendum hanc litis pendentis exceptionem duobus posse modis cõtingere: vno quãdo iudicium mutatur: altero quando causæ continẽtia diuiditur sicuti docet Paulus de Castro, & apertius Iason in dicta. l. nulli. Cum ergo actori iudicium mutare non liceat, vbi petita est executio ibi finiri debet. l. siquis posteaquàm, & dicta. l. vbi ceptum. ff. de iudicijs. Loquuntur sanè leges illæ in iudicijs ordinarijs, verum & in executiuis idem recipiendum esse par ratio facit. Deinde cum causæ continentia diuidi nõ debeat fit, vt si primum viam

20 viam ordinariam † periclitari cœperim, postea ad viam executiuã nõ sit mihi regressus dandus. l. minor 25. annis, cui fideicõmissum. ff. de minor. Bald. in. l. per diuersas. quæst. 10. C. mandati. Paul. de Castro consil. 78. lib. 1. Decius consilio 146. & 400. Atque vt in vno plures citentur autores citat eiusdem sententiæ quàm plures Burgus de Paz consil. 39. nu. 7. An ve
21 ro lite pendente aduersus † vnum ex reis debẽdi reuerti ad alterum correũ creditor valeat, videre est in. l. liberum. & l. reos. & l. fin. C. de fideiuss. & in. l. creditor. ff. mãdati. & apud Bartolum in. l. 3. §. 1. nu. 5. ff. de duobus reis. Quod autem diximus & verũ est litis pendentis exceptionẽ impedire executionem, accipiendum sanè est, quando lis à creditore mota fuit prius agẽdo via ordinaria, posteaque volens ad viam executiuam reuertere: vel quando prius apud vnum iudicem egit: nunc ad alterum vult redire. Aliter atquesi ab ipso debitore mota lis esset, vt puta, ponamus debitorem sibi pro
22 spiciendo † anteaquam executio à creditore peteretur aduersus instrumentum dicam dixisse, quòd dicat vi metuve factũ esse instrumentum, aut vsurarum laborare labe. Hoc sanè creditori impedimento esse non debet quominus iure suo vtatur alioqui in debitoris esset potestate viã eludere executiuam: hanc vero fraudem iura minimè patiuntur. l. si quis rem. ff. de recept. arbi. c. quia nonnulli. de rescript. & huius fuit sententiæ Innoc. in cap. cum in iure peritus. de offic. deleg. & Angel. in. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Suarez in. l. postrem. quæst. 4. ad legẽ Tolet. nu. 15. Laurẽ. de Rodulphis in tracta. de vsuris. quæst. 129. Ant. de Canario de execu. instrumenti. quæst. 51. Couar. in Epitome de sponsalib. cap. 8. §. 12. & libro 3. Varia. ca. 3. & Ripa in dicto §. condemnatum. nu. 29. Ex quibus omnibus apparet debitore laico petente † contractus rescisio- 23
nem apud iudicem ecclesiasticũ, vel quia dicat vsurarium esse vel iuramentum metu præstitũ fuisse non posse iudicem ecclesiasticum ante rem iudicatam inhibere iudicem secularem apud quem executionis causa pendet, nec ipsum creditorẽ, id quod etiam placuit Baldo in. l. 1. C. quomodo & quando iudex. & Abb. in cap. 1. de iure iuran. nu. 10. & Hippolyt. singula. 490. & ita pronuntiatum fuisse apud Neapolita. auditorium enarrat Afflict. decis. 30. vt mirer contrarium placuisse Villalob. in ærario, verbo, cõdemnatus. Non me clam est Baldum in. l. Titius. ff. de procur. & Angel. in. l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudi. scribere moribus vsurpatum esse, vt soleant ecclesiastici iudices in causa vsuraria inhibere iudices seculares per ecclesiasticas censuras, ne vlterius

in causa

in causa procedãt: porro cũ superior opinio, & crebrior & verior sit nauci faciẽda consuetudo talis est cũ animaduertã leges Regias animaduertere in eos qui eiusmodi versutijs regiã conãtur eludere iurisdictionẽ, sicuti apparet ex l. 3. & 4. tit. 11 lib. 4. Recop. Postquã igi
24 tur litis pẽdẽtis exceptionẽ recipimus,† dicere pari quoq; modo debemus cõpromissi exceptionẽ recipiẽdã esse, sicuti etiã scribit Anto. de Canario in illo tract. de executione instrum. q. 12. quanuis eñ veteri iure cõpromissum litis pẽdẽtis exceptionẽ non pareret, vt in. l. si quis rẽ. ff. de recept. arbitris. Vt apud nos iure Regio nouissimo quo cõpromissa quasi iudicati persecutionẽ habẽt, vt in. l. 4. tit. 21. lib. 4. Recop. secus est ex elegãti Pauli de Castro sentẽtia in. l. pecuniam. nu. 2. ff. si cert. pet. vbi ait quando lege vel statuto actio iudicati compromisso datur ibi litis pendentis exceptionem dãdam. Et hanc quoque sententiam probat ex nostris Auend. titul. *de las excepciones*. num. 34. Sed neque ex illius legis Henriciæ sensu intelli
25 gendum est† explosas fuisse exceptiones ipsi instrumento directo non repugnantes, hoc est eas quæ instrumentum vel executionem moderantur, seu limitant. Quod genus fuerit exceptione quis cõueniatur vltra quàm facere possit sicuti in simili statuto scribit Iason in. l. 1. nu. 18. C. de iuris & facti ignorã. & ibidem nostras Padilla nu. 39. probat etiam Arit. de Canario de execu. instrum. quæst. 28. & Auend. titul. *de las excepciones*. nu. 28. vbi ait vsu ita obseruari. Æquè neque explosæ videntur exceptiones quæ veniunt ex natura cõtractus † quæque ipsi obligationi in- 26
sunt: quales sunt in contractu emptionis & vẽditionis exceptiones rei non traditæ pretij ve non soluti: atq; in fideiussore soluente exceptio cedẽdarum actionum. Eas enim admittẽdas in similibus statutis autor est Bald. in. l. ex prædijs. C. de euictio. & in. l. si traditio. C. de actio. empt. quia inquit quando ex eodem contractu venit actio pariter & exceptio sic est guarentigiata: exceptio perinde, ac ipsa actio neque is qui ex instrumento ipso † opponit, dicendus 27
est vllo modo aduersus instrumẽtum ire. Idem ipse Bald. in Auth. præsente. C. de fideiusso. ait quando actio & exceptio descendunt ex eodem fonte, admittendã esse exceptionem, etsi magis statutũ prohibeat omnes exceptiones, ex candescensque Baldus in eos qui aliter sentiunt, subiunxit. *At isti diaboli suo modo statutum interpretantur*. Hanc eandem sententiam amplectitur Antonius de Canario loco modo citato, quæstione 26. & Hippolytus singular. septimo. & Auendanus titulo *de las excepciones*. numero. 28. & Domi. Antonius de Meneses in. l. si non trãsactionem.

ctionem. nu. 8. C. de iuris & facti igno. Quod autem de exceptione
28 rei non traditæ† diximus nõ pertinebit ad eum qui aliquod corpus vectigalium vel reddituũ redemerit, seu conduxerit, nam etsi portio aliqua ex his certa ei nõ sit quia aliqua de causa ab alio detineatur dummodo maior pars salua, sit exceptioni locus non erit, sicuti apparet, ex. l. 1. C. de euictio. atque apertius ex. l. 34. titul. 5. Partita 5. Et quoniam de re non tradita, ac pretio non soluto in mentio
29 nem incidimus, illud † omittendum quoque non duxi quãdo inter emptorem & vẽditorem satis non conuenit vter prius contractui pareat, id est, vter prius recipiat hic ne pretiũ an ille mercem quia parum sibi fidei inuicem habent: debere iudicem pretiũ mercemq; secresto demãdare. l. si soluturus. §. fina. ff. de solutio. Curtius de secrest. num. 13. quod tanquam quotidianum hic omittendum non duxi: quotidianarum enim rerum studium nobis hoc libro potissimum susceptum est.

§. *De exceptione solutionis.*

ATque hæc hactenus de exceptionibus vtilibus quæ vnà ex contextu ipsius Henriciæ legis colliguntur. Nunc dicendum est de eisdem exceptionibus vtilibus quæ ex singulis exceptionibus directis, siue nominatim in ea lege reseruatis colligi possunt. Igitur Henriciæ legis mentem, atq; sententiam secuti cum ipsa aduersus executionem solutionis recipiat exceptionem, recepisse quoq; credendum est compẽsationis exceptionem†, quippe quæ solutionis 30
vim habeat, sicuti ex facto consultus in simili statuto respondit Angel. consil. 132. & Alexã. consil. 12. volu. 2. col. vlti. Guido quoque in illo tracta. de compulsorijs. quæst. 5. vbi moribus apud Gallos obseruari testatur: sequitur & id alia quàm plurium numerosa caterua apud Tiraquel. de retract. linag. §. tertio. glossa 3. nu. 4. & probatur non obscurè in. l. ex causa. C. de compensa. Quinimo hoc ex verbis ipsius Henriciæ legis ne dum ex mente colligi rectè potest cum solutionis verbum in ea positum satisfactionem omnem comprehendat. l. solutionis verbo. ff. de verb. signi. l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudica. & ex nostratibus fuit huius opinionis Villalob. in ærario commu. opin. verbo, *compensario*. Cõpensationis vero exceptione quãdo vti possimus (neq; enim ea semper iure conceditur) traditur in. l. fin. C. de compens. & in. l. 21. titul. 14. Parti. 5. tradunt etiam Faber & Angel. & Iason in. §. in bonæ fidei. Inst. de actio. & Boerius consil. 14. Cæpola cautela 83. Idem Iason in. l. cum fundus. §. seruũ. nu. 11. ff. si cert. peta. Menoch. de arbitra. libr. 2. centuria 1. Quan

uis

uis autem compẽsationem isthic admittendam duximus non idcir co tamen reconuentioni locum
31 dabimus. Ea enim † in causis sum marijs & executiuis locum non habet ex Baldi sententia in Auth. & consequenter. C. quomodo & quando iudex. columna. 3. & Decius consil. 682. Marantha in Speculo. 4. parte. distin. 6. Menochius de adipiscenda possess. remedio. 4. nume. 649. Sed videamus contra instrumentum publicum quemadmodum solutio probetur? & veteri quidem iure comparatum est solutionem debiti quod in publico contineatur instrumento non
32 probari nisi alio instrumẽto † publico aut quinque testibus non leuis opinionis. vt habetur in. l. testium. C. de testibus. cum qua conuenit. l. 32. titul. 16. part. 3. Verum lex illa duobus in casibus tantum locum habet. Primum quando factus est in scriptis contractus: sicuti eam accipiendam esse scribunt ibidem Bald. Salycet. & reliqui: Proinde Gregor. Lopez in dicta lege Partit. ait cum hodie animus contrahentium non sit vt velint in scriptis contrahere rectè probari nunc posse solutionem aduersus instrumentum publicum per duos aut tres testes, & ita intelligendam esse ait Toletanam hanc legem. Deinde lex illa est accipiẽda quando contractus excedit libram auri ne de rebus exiguis magnas homines sustineant attritiones, vt inquit Imperator in authẽ. de cautela & fide. §. oportet. collatione. 6. & ita intellexit ibidẽ Accursius verbo omnibus cui reliqui assentiuntur: atque secundũ istam distinctionem putat Auenda. in illo titul. *de las excepciones*, num. 52. accipiendam esse Toletanam hãc legem: Si igitur solutio iuris præsumptione probetur, & illa hic admittenda quoque erit, cum iuris præsumptio pro plena habeatur probatione. Auth. etsi necesse. C. de dona ante nupt. l. Imperator. ff. de leg. 1. cap. is qui fidem. de spõsalibus, quocirca qui trium annorum proximorũ redditus soluisse docuerit † anteriorum annorũ 33
solutionem etiam contra instrumentum publicum probasse dicendum est iuxta textum. in l. quicunque. C. de apochis publicis libro. 10. cuius intellectum accurate explicat Iason in. l. 2. C. de iure emphyteu. num. 75. & Decius cõsilio. 650. volumine. 5. Dueñas Regul. 54. Emanuel Suarez in volumi. commu. opinio. verbo emphyteut. & omnium latissimè Anto. Gabriel eodem volumine libro. 1. conclusione. 11. Ergo si creditor instrumentum debiti debitori tradiderit satis erit † probata solutio 34
ex. l. Labeo. ff. de pactis atq; ex. l. si chirographũ. ff. de probat. & l. 9. titul. 14. partita. 5. & l. 11. titul. 19. partita. 3. Proinde minime mihi placet quod scriptum est à Bertachino in suo illo locupletissimo repertorio, verbo, guarentigia. 1. num. 30. si debitor tradiderit debitori instrumentum guarentigię non videri & remisisse debitum, sed tantum viæ executiuæ compẽdium: nam cum reddito instrumẽto videatur creditor debitum remisisse, vt superiora iura satis ostendunt consequẽter & ius exequẽdi quod illi accedit remissum esse dicendum est vt est argumento. l. creditricem. C. de remis. pig. & l. 40. titul. 13. partita. 5. Quid vero si reus minus plenè solutionem
35 probauerit † an debeat illi deferri iuramentum in supplementum probationis? & putauerit quispiã deferendum esse quia id in causis ordinarijs obseruatur vt in. l. in bonæ fidei. C. de rebus cred. & l. 2. titul. 11. partita. 3. Sed non est ita: hoc enim genus probationis Toletana illa lex repulisse videtur: ait enim, *saluo si dentro de diez dias mostrare la tal paga, o legitima excepcion sin alongamiẽto de malicia por otra tal escriptura como fue el contracto de deuda, o por aluala que faga fe, o por confession de la parte, o por testigos.* Etenim quando lex certum probationis genus exigit atq; diem intra quã fieri debeat præscribit non deferetur iuramentum in supplementũ probationis quia non est proprie probatio Bart. in. l. ait prætor. §. si iudex. ff. iudica. solu. Bald. in. l. in bonæ fidei. C. de iure iuran. idem in capit. cum contingat. de iure iurand. Socinus Regula 204. Fallentia. 1. tertia. & quinta. Castellus in. l. 3. Tauri. verbo, *alomenos*.

Cap. fin. Quinta pars. §. Vndecimus. 371

De exceptionibus pacti non petendi ac falsi.

ATque vt ad aliam exceptionem de permissis à lege veniamus, cum lex illa Henricia promissionem aut pactum de nõ petendo admiserit ex eiusdem sententia dicere debemus, acceptilationis exceptionem † admittere 36
voluisse: vt autor est Baldus in. l. si non sortem. §. indebitum. ff. de cõdictione indebiti. & Guido Papæ in illo tractatu de compulsorijs. quæstione. 5. Quinimo ex verbis eiusdem legis nedum ex sententia probare rectè possumus acceptilationem admissam fuisse: dum ait, *o promission, o pacto de no pedir*, hoc enim interest inter acceptilationem & pactum de non petendo, quòd in acceptilatione stipulatione opus est in pacto de non petendo necessaria non est: id quod vel ipsummet pacti verbum significat, & probat. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Dum igitur lex de promissione meminit de acceptilatione intellexit: promissionis enim verbum stipulationem sonat. §. si scriptum. Instit. de inutilib. stipula. Pactum autem de non petendo intelligere debemus non solum quando debitum omnino remittitur, sed etiam quãdo ad tempus differtur, vt in. §.

Cautela de solutione debiti instrumento publico contenti. l. 17.

appel-

appellantur. Instit. de exceptionibus sequitur falsi exceptio: cum igitur lex Regia falsi exceptionē admiserit, & conuenienter dicemus audiendum † esse reum qui 37
alleget instrumentum falsi suspicione laborare. Cū enim falsi crimen difficillimè plerunque deprehendi soleat, quippe quod occultissime perpetrari contingat, fit vt falsi suspicio in ciuili causa pro falsitate habeatur. l. iubemus. C. de proba. l. vbi. C. ad legē Cornel. de falsis. c. inter dilectos. de fide instrumē. l. iii. titul. 18. part. 3. Archidiaconus in cap. in memoriam distinctione. 19. Alexan. consilio. 77. volumine. 1. num. 9. Bald. in l. 1. C. de seruis fugiti. vbi ait, instrumentum in quo quippiam verisimile non continetur pro falso habendum esse. Decius consilio. 175. & 448. testatur communem opinionem Curtius Iunior consilio. 132. & Iulius Clarus in Praxi. §. falsum. nume. 30. vbi ex autorum omnium sententia ait, id locum non habere in causa criminali, idest, cum ad conuincēdum quēpiam falsi crimine agitur.

De exceptionibus vsuræ vis ac metus.

Post falsi exceptionem, vsuræ succedit exceptio: de cuius argumento quoniam superius ca. 2. 38
logiorem † sermonem fecimus ea omissa ad vis & metus exceptionem abeo. Cum autē metus exceptionem aduersus executionem lex admittat consequitur, & hoc loco admittendam quoque esse exceptionem illam, *si non obligatio in carcere facta sit*, metu enim facta intelligitur cum scilicet fit in fauorem aduersarij cuius causa in carcerem detrusus est, non si alterius causa. l. qui in carcerem. ff. de eo quod metus causa. Bald. in. l. etiam. C. de execu. rei iudi. col. 1. Abb. in cap. Abbas. de ijs quæ vi metusve causa fiunt. Quod tamē accipere debemus cum iniuste in carcerem detrusus est aliter atque si iuste: nam tum rata erunt quæ à capto fiūt etiā si in aduersarij fiāt fauorem, nisi alio, scilicet, morbo laborent. vt tradunt Bart. Angel. & Alber. in dicta. l. qui in carcerem. idem Bartol. in. l. qui à latronibus. ff. de testam. numer. 2. Lanfranc. ab Oriano. in cap. quoniam cōtra. titul. de confessione. num. 22. Hippolytus in praxi. §. attingā. nume. 22. Afflict. decis. 149. Iulius Clarus libr. 5. §. fin. quæst. 46. nu. 6. l. 4. titul. 11. lib. 1. fori. Quamquàm illud minus mihi placet quod ipse scribit Afflictus id verum † esse 39
etiam quādo iniuste captus est ob id quod iuris ordo seruatus non est: cum illi ex aperto refragetur Iurisconsultus. in l. fin. §. fin. ff. de eo quod metus causa, vbi ille qui extra ordinē causa non cognita coactus est per præsidem debitum quod reuera debebat soluere nulla ad

Exceptiones proponi solent his verbis si non. l. final. ff. quod vi aut clam & aliis sæpè.

la ad repetendū quod metus causa actio datur. Indebiti autem condictionem minus illi competere liquet, ex l. Iulianus verum debitorem. ff. de condict. indebiti. & quæ illic copiosè traduntur. Sed hæc hactenus de metus alijsque 40
exceptionibus † quæ aduersus executionem obijci possunt: metuo enim ne multus hoc loco videar esse. Hęc sunt igitur exceptiones, quæ ex verbis ac mēte legum Regiarum obijci possunt aduersus executionem, sed & hæ ita demū admitti debent si altiorem non requirant indaginem: siquidem in summarijs causis & executiuis tales exceptiones admitti non debent nisi modo incontinenti probentur & continuo ad liquidum deducantur. l. tertia. §. ibidem. ff. ad exhib. l. fin. C. de ordine cogn. l. penulti. & illic Bart. C. depositi. Bart. Iason, & reliqui in. l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iud. Antonius de Canario de executione instrumenti. quæst. 5. Incontinenti vero quomodo accipiemus? & inter iuris interpretes magis conuenit iudicis arbitrio id relinquēdum esse, glossa in. l. si is à quo verbo hodie. ff. vt in possessione legatorum. Bald. in. l. secunda. C. de edict. Diui Adria. tollen. testatur communē opinionem. Ant. Gomez in. l. 45. Taur. nu. 145. Verum apud nos magis est vt dicamus intra decem dies oppositionis probandam, atque liquidandā exceptionem, esse alioqui etsi legitima fuerit in causa executiua locum non habebit, iuxta textum in. l. 20. titul. 14. Parti. 5. & illic annotat Greg. Lopez, verbo, *hasta*. id quod à iuris cōmunis regulis alienum non est, iuxta ea quæ notat Barto. in dicto. §. cōdemnatum. & Ant. de Canario de executione instrumenti. quæst. 9.

De exceptionibus reiectis.

AD summam igitur vt tādem hunc locum concludamus, præter exceptiones illas directas, atque vtiles ipsius Henriciæ legis verbis menteque † comprehensas quas nos fermè cunctas (vt videmur) autorum interpretationem secuti superius comprehēdimus, reliquas omnes quæcunq; illę fuerint executioni non obstare dicēdum est. Non erit ergo admittenda exceptio de dolo, cū neq; ex legis Regiæ † verbis nec ex sententia 41
ea colligatur: inter reiectas ergo reponenda erit nisi modo dolus causam dederit contractui, quia tum cum cōtractus sit nullus (in contractibus, scilicet, bonæ fidei. iuxta glossam in. l. dolo. C. de inutil. stipul. textus Bart. & reliqui in l. eleganter. ff. de dolo.) non erit executioni mandandus, nam Toletanam legem ad contractus nullos non pertinere, paulò antè diximus, & secundum hanc distinctionem intelligendam puto. l. 2. titu. 11. lib. 5. Recopil. Consequenter igitur neque aduersus instru-

mentum publicum, cuius petitur
42 executio † admittenda erit exceptio læsionis vltra dimidium iusti pretij: licet aliud placuerit Didaco Perez in.l.4.titul.8.lib.3. ordina. Quid ergo de errore calculi, & Dom. Padilla in.l.error.nu.17. C. de iuris & facti ignor. scribit eam exceptionē admittendam esse cōtra instrumentum guarentigium.
43 Ego vero (ne de errore † agentes errore labamur) animaduertendum puto alium esse errorem calculi alium rei error: calculi est error numeri: id enim calculus significat, vt ecce si cum ex vna specie deberem quinquaginta & re alia vigintiquinque, scriptum sit debere me centum, constat error in numero: error vero rei est cum calculatores probant aliquā speciem dati aut accepti quæ re-
44 probanda † erat vel vice versa reprobant quæ probanda erat, aut pluris minorisve æstimant quam par erat. Hanc inter errorem calculi & rei discrepantiam ostendit non obscurè Iurisconsultus in.l. prima. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur, vbi ait in priori specie sententiam esse nullam & aduersus eam necessariam appellationem non esse, in altera valere sententiam & appellatione opus esse. In propolita ergo quæstione ego eandem Iurisconsulti sequendam differentiam arbitror, putoque errorem calculi, seu numeri qui ex ipsa sententiæ seu instrumento constet aduersus executionem admissum iri; ex.l. prima. C. de errore calculi. & l.19. titulo.22. Parti. tertia. falsus enim est calculus, falsi autem exceptionem Henricia lex (vt scitis) admittit. Diuersum vero erit in errore rei, nam is si in rem transierit iudicatam vel in obligationem instrumenti guarentigij, non puto executionem impedire quoniam non sit exceptio hæc de exceptionibus directis vel vtilibus quas lege Henricia comprehendi diximus æquè neque hoc loco † ad- 45
mittenda erit exceptio diuisionis seu epistolæ Diui Adriani, sicuti placuit Angelo in.l. si dubitet. ff. de fideiussorib. cuius sententiam amplectitur Guido in illo tracta. de compulsorijs. quæst.12. ab Angelo tamen dissentit Greg. Lopez in.l.10.titulo.12. Parti.5. Extat autem apud nos lex quædam Regia Recopilationis, qua cautum est si duo simpliciter obligentur pro virili parte conueniendos esse, sin autem in solidum obligati fuerint in solidum conueniri posse, ea est hodie.l.prima.titul.16. libr. quinto Recopilationis. Proinde ego secundum illius legis distinctionem † diuisionis exceptionē, 46
aut admittendam, aut reijciendam puto cum sit lex illa eiusdem met Regis Henrici, exploratique iuris sit eiusmodi leges exceptiones non admittentes recipere interpretationē ab alijs legibus eiusdem

dem voluminis. Bartol. in dicta.l. prima. §. & parui refert. ff. quod vi aut clam. Socin. regu.130. limit.2. conuenit autem cum lege illa Recopil.l.8.titul.12.Part.5.vbi Greg. scribit hodie necessariam nō esse renuntiationē diuisionis, hoc est, authenticæ hoc ita. C. de duobus reis. quod verum quidē erit quando in solidum obligati rei fuerint secus si simpliciter iuxta illius legis recentioris distinctionem. In solidum potrò obligatos accipere
47 debemus † non solū si in obligando vtantur verbo in solidum, sed etiam si alijs verbis similibus: puta *quilibet aut singuli*, secundum glossam & Barto. in.l. si pluribus. ff. de legat.2. quorum sententiam à reliquis probari constat, ex Tiraq. de retract. linag. § 31. nu.10. Secundū superiora igitur nequaquā in exe cutionis causa admitti debere videtur opinio illa quorundam exi
49 stimantium † si ad alterum ex duobus reis debendi tota rei vtilitas perueniat creditorque cum altero agat rectè conuentum desiderare, vt suo periculo & impensis creditor alterum qui solus commodum sensit conueniat. Huius opinionis autor fuit Bartol. in.l. tertia. § primo. ff. de duobus reis. & in Authen. hoc ita. C. eodem titulo. quæst.7. sequiturque eum Paulus in.l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. num.17. ff. commod. & Palac. Ruui. in cap. per vestras. notabili quinto. numer.10. Hericia enim lege hoc remedium ex plosum esse dicēdum est, vt omittam illam Bartoli opinionem nō habere locum quando (vt assolet) beneficio de fideiussoribus renuntiatum fuit, vt placere video Angelo de Aretio in. §. si plures. Inst. de fideiussoribus. Atque si verum amamus illa Bartoli opinio ficulneo nititur † fundamento cū lex 50
vnde quæritur. ff. commodati. cuius vnius vtitur argumento diuersa in specie loquatur: loquitur enim quādo socij in obligationem casu inciderunt: quocirca inopinanti, seu imprudenti qui nihil lucri sensit, vt succurratur manifesta suggerit ratio: at nos loquimur quando rei ipsi scienter in solidum obligati sunt: quo casu in creditoris potestate esse cōuenien di quem velit veteri quidem iure in solidum: recentiori vero pro parte complurium legum definitione patet. l. secunda. & Authen. hoc ita. C. de duobus reis. l. cum rēos. §. cum in tabulis. ff. eodem titulo. l. iure nostro. & l. fin. C. de fideiussorib. & alijs sexcentis: quas omnes vno illius legis argumento velle subuertere inciuile est. Quid quod? si vulgatam illius legis literam sequamur quatenus in ea legitur *conuenire* (quæ veracior & cōtextui verborum magis quadrare videtur) prorsus Bartoli illiusque fautorum corruit fundamentum? & denique Bartoli opinioni refragantur leges Regiæ

quæ cum nouissimè latæ sint nullam tamen illius rationem habue re, sed expressim definiunt duobus reis in solidū obligatis in creditoris arbitrio positum esse, vtrū malit conuenire.l.1.titul.16. lib.5. Recopil.l.8.tit.12.Part.5. quæ animi mei motum vehementer confirmant, vt credam Bartoli opinionem neque veram neque vsu recipiendam esse. De exceptione non numeratæ pecuniæ quærebatur,
51 an admittenda † esset quanquam me non fugiat eam quæstionem haud magnopere necessariam fore cum hodie ex notariorum consuetudine istiusmodi exceptioni renuntiari soleat, rataque sit nostrati iure talis renuntiatio, vt est definitum in.l.9.tit.1.Parti.5. quæ finem quidem imposuit antiquorum de ea re cōcertationi quæ nō mediocris sanè erat, vt est videre apud Iasonem in.l. qui pecuniā. ff.si cert. peta. Suarez.l.post rem. §.pro euidentia.nu.26. Dueñas regula 260.ampliatione 4. Couar. libro 2. Varia.cap.4. Porrò si tabellionis socordia factum fuerit, vt hæc renuntiatio instrumēto non adijciatur dispiciamus an admittenda exceptio sit? Et sunt planè de ea re variæ scriptorum sententiæ, nam eam admittendam non esse in simili statuto, scribit Bald. in.l.si sub specie. C.de postul. idē placet Imol.in.l.fin.ff.à quibus appellare non licet. Contrariæ vero sententiæ suffragatur Barto. in eadem lege sub specie & in.l.qui pecuniam. ff.si cert.peta. Suarez dicto.§.pro euidentia. Dueñas regula 260. ampliatione 7. & ad hunc quoque numerū aggregare possumus Auend.in cap.correct. 1. parte, cap.16.nu.11.quanquam subdubius & obscurus. Ego lubentius me priori subscripserim opinioni cum eam exceptionem neque ex verbis neque ex mente legis Henriciæ admittendam esse credam. At eo pacto fiet vt aduersarius aliena locupletetur iactura? nō est ita: nam primum nos loquimur quando incertum est, an creditor numerauerit necne. Deinde hic & in reliquis exceptionibus quas
52 reijciendas † secundum Henriciā legem diximus ius integrum reo manet vt via ordinaria experiundi habeat facultatem neque enim iudicium hoc extraordinariū parit exceptionē rei iudicatæ in causa ordinaria neque est impedimēto quominus reus ex integro solutum repetere valeat vel indebiti condictione vel sine causa, sicuti cōmodissimè explicat Barto. in d.l.1. §. & parui refert. ff. quod vi aut clam. & in.l.2.C.de his quæ vi metusve caus. fiūt. nu.11. itaq; non tam defensio tollitur quā defendēdi modus præscribitur, vt inquit Iason cōs.255.vol.6. Secundū hæc igitur constat apud nos hodie verā esse opinionē Pet.de Bel. Perti. in.l.1.C.de nō num.pecu. qui etiā veteri illo iure existimauit excep-

ptionē

ptionē non numeratæ pecuniæ nō cōpetere aduersus instrumētū publicum, licet glossa & reliqui ibidem aliter distinguant: de in integrum restitutione solet cōtrouerti †, an admittenda sit? nam quanuis quod ad ius commune attinet
53 in integrū restitutio impediat executionem.l.vnica.C.vt in integr. restitut. pendente nihil noui fiat. c.suscitata.de in integ.restit. testatur cōmunem opinionem Iason, & Ripa in.l.4. §. condemnatum. ff.de reiudi. Verum in hac specie de qua agimus quando lex explodit exceptiones aduersus executionē non mediocris est inter scriptores controuersia an in integrū restitutio admittēda sit, alij enim eam non admittendam esse scribunt, vt Bald. in.l.in causæ. ff. de minor. & Canarius de execut. instrumenti.quæst.21. atq; ex nostratibus Olanus in concordia Iuris, litera E.nu.24. Alij contra recipiēdam eam esse aiunt, in quibus Iason in.l.1.nu.10.ff.de iurisd.omn. iud. & Suarez in.l. post rem.§.sed pro euidētia.nu.44. Cifuentes in l.64. Tauri.quæst.28. Auend.in capit.correct.2.par.ca.30.nu.7. Ipse vtriusq; partis rationibus & argumentis pensatis interesse puto, an in integrum restitutio competat ex causa minoris ætatis, an alia de causa. Priori enim casu admittendam eam esse puto ea quidem ratione, q; in generali exclusione restitutionis in integrū non videtur excluſa restitutio in integrū † mi 54
noribus cōpetens, vt docet glossa in.l.postquā liti. C. de pactis. quā ad hanc sententiā magnopere extollit eodem loci Iason nu.17. hāc nostram opinionem illius amplectens argumento. At reliquis in causis cū lex illa Henricia defensiones omnes reijciat consequenter officium iudicis, ac per hoc restitutionē in integrum repulisse videtur, iuxta Bartoli sententiam in.d.l.1.§. & parui refert. ff. quod vi aut clam. toties à nobis allegatam, hæc de exceptionibus aduersus instrumentū guarētigium admittendis necne quàm breuissimè potui attigi, non vt omnia dicerem sectatus quod infinitū erat sed vt maximè necessaria.

De excepcionibus in causa appellationis.

SED illud adhuc merito tractā dum est, an in causa appellationis omnes omnino † exceptiones 55
admitti debeant: tractat autē hoc Guido Papæ in illo tracta. de compulsorijs. quæst.15. & est in ea opinione, vt existimet in appellationis causa omnes indistinctè exceptiones admissum iri, id est, tam receptas à lege quàm reliquas, argumento textus in capit. fina. de appellatio. in. 6. vbi definitur exceptiones interlocutorias in priori instantia repulsas in appellationis causa admittendas esse, suffra-

gatúrque illa gloſſa in.l.fina. ff.de poſtul.cui placuit prohibitum nõ eſſe, aduocatum qui in priori inſtantia pro altera parte poſtulauerit in cauſa appellationis aduerſæ parti patrocinari, ſed vereor, vt Guidonis ſententia vera ſit, ſiquidem appellationis & prioris inſtã
56 tiæ natura† eadem nõ diuerſa eſt: itaque quod in prima inſtantia admitti non poterat neque in cauſa appellationis admittendum eſt.l. poſtquam.§.Imperator. ff. vt legatorum nomine caueat.l. ſi quis cũ maior. §. accuſaſſe. ff. de bonis libert. Authen.vt cum de appel. cognoſcitur, ſub principiũ.colla. 9. l.fin.ff.de re iudi.Bart.in.l.3.§. primo.nu.5.ff. de duobus reis. Bald. in.l.fin.ff.de poſtulan. Imola in.l. hoc amplius.§.fin.ff.de damno infecto. Abb. in cap. cum Ioannes. nu.17.de fide inſtrum. eòdem pertinet quod inquit Bald. in.l. per hãc.C.de temporib. appel. in cauſa appellationis admittendam nõ eſſe exceptionem per quam mutetur figura iudicij, ex quibus alijſq; multis quæ breuitati conſulentes prætermittimus magis adducor, vt exiſtimem Guidonis opinionẽ nullo pacto recipiendã eſſe. Nam quod argumẽtatur ex cap.fin. de
57 appella.in.6. parum nobis† negotij faceſſit. loquitur ſiquidem ille textus in exceptionibus reiectis à iudice qui forte per iniuriam illas nõ admiſit: nos autem loquimur in exceptionibus reiectis à lege in quibus diuerſam cauſam eſſe nemo eſt qui non videat. Minus etiã obſtat gloſſ. in dicta.l.fin.ff.de poſtul. nam illius opinioni reclamatum eſt ab omnibus, & deniq; noſtrati Regio iure expreſsim explo ſa eſt, ſicuti apparet ex.l.13. tit. 16. libr.2. Recopilationis.

De exceptionibus tertij oppoſitoris.

ILLVD poſtremo ſciẽdum eſt hanc legem Henriciam † reli- 58
quaſque ſimiles quibus non omnes recipiũtur exceptiones ad tertios non pertinere poſſeſſores Angelus Peruſinus in.l. ſed ſi poſſeſſori.§. item ſi quis. ff. de iureiurã. Imola in.l.fin.ff.à quibus appellare non licet. Guido in ſupradicto tractatu de compulſorijs. quæſt. 4. Caſtellus in.l.64. Tauri, nu.96. Auend.in cap. correctorum, prima parte, cap.16.num.7. ſuffragatúrque illis oppidò textus in cap. ſuper eo.de officio delega.& cap. cum ſuper.de re iud.l. ſecunda.§. meritò.&.§. quod principi. ff. ne quid in loco publico. eòdem pertinent quæ affert Iaſon in. l. à Diuo Pio.§.ſuper rebus.ff.de re iud. num.16. & quæ nos attulimus ſupra.§. 10. Hac eadem quinta parte, ſed & illud meminerimus hũc tertium oppoſitorem† hodie a- 59
pud nos neceſſe non habere, anteaquam audiatur ſummatim de iure ſuo docere, vt eſt definitum in.l.41.tit.4.lib.3. Recopil. quan-

quam

quam iure communi aliud receptum erat in cap. veniens. 2. de teſtibus. & illic claſsici omnes quod ſequitur Couar.pract.quæſt.c.16. nu.1. Sed illius Regiæ legis nõ meminit cuius deciſioni ſtandum nobis eſſe dubitauerit nemo. Videndum eſt tamen ne ſuperior cõcluſio vera non ſit, & an potius dicendum ſit, iſtum tertiũ poſſeſſorem non alijs poſſe exceptionibus vti quàm quæ Henricia illa lege comprehenduntur. Non plane quando aduerſus iſtum tertiũ poſſeſſorem executio locum nõ habet nõ multis illi opus eſt exceptionibus ſed illa vna ipſi ſufficit ſi dicat aduerſum ſe executionem locũ nõ habere, quia tertius ſit ipſe poſſeſſor. Cæterũm quãdo aduerſus eũ executio locum habet quod quãdoque contingere diximus ſuperius. 4. part. §. 4. ibi verendum eſt, ne dicamus iſtum tertium poſſeſſorem non poſſe vti alijs exceptionibus quàm quib⁹ vti poterat debitor principalis cuius in locũ ſucceſsit, cum notiſsima ſit iuris regula, cum qui in ius ſuccedit, alterius eodem iure quo ille vti debere. l. qui in ius. & l. aliud. §. fina. ff. de regu. iuris. regula qui in ius. eodem titul. libro 6. Et in eam ſententiam procliuior ſum, mouetq; me præterea textus in ca. quia G. de iudic. & cap. ſæpè. de reſtit. ſpoliat. & l. quanquam. §. Iulianus. ff. de aquæ pluuiæ arcenda. & l. ſi mater. §. ſi egero. ff. de except. rei iudicata. & l. tertia. §. ſi quis ab autore. ff. de itinere actuque priuato. atq; item l. apud Celſum. §. ſi quis autem. & §. de autoris dolo. ff. de doli excepti. l. ait prætor. & l. nã poſtea. ff. de iureiurando. Vtetur igitur iſte tertius omnibus exceptionibus, quæ vel ex ſua perſona vel alia quã debitoris ſibi poſſint cõpetere, & hoc caſu vera eſt quidẽ illa communis interpretum ſententia: verum ex perſona debitoris non alijs vtiq; poterit vti quã quas lex ipſa Henricia comprehẽdit, ac quibus debitor ipſe principalis vti poterat ne plus iuris in alterum tranſtuliſſe videatur, quã ipſe habeat iuris regula aduerſante, vt in.l. nemo poteſt. ff. de regulis iuris. Sed & illud animaduertendum erit, nunquam† tertium 60
oppoſitorem audiendũ eſſe, ſi appareat eum per calumniam in ius venire, videlicet, vt executionem technis, & cauillationibus retardet. Panor. in cap. ſuper eo. ſub finem. de officio delega. Iaſon in.l. quarta. §. condemnatum. numer. nono. ff. de re iudicata. & probat textus ſingularis in cap. ſuſcitata. de in integr. reſtitutione. tradunt etiam ex noſtris Caſtellus in.l.64. Tauri, nume.96. & Couar. pract. quæſt. capit. 16. numero ſecundo. Sed & illud iuſtè deſiderabit creditor, cum intelligit tertium oppoſitorem ius habere, vt prætermiſſis ea re quæ in cauſam executionis pignori capta eſt, execu-

tio fiat in alia re quæ sine controuersia sit (seu vt vulgò loquuntur) melioretur executio, textus in.l.à Diuo Pio.§.si super rebus. in fine. ff.de re iudic.& probat apud nos. l.3.titul.27.part.3.quæ tanto notabiliores sunt quanto minus illorũ non meminere scriptores. Sed neque illud erit obliuiscendũ quando exceptiones altiorem requirẽtes indaginem in executiua causa (vt diximus) non admittũtur, consequens esse dicere si in concursu
61 creditorum † sint aliqui qui guarentigium non habeant instrumẽtum, sed necesse habeant via ordinaria experiri, etsi priores sint tẽpore minimè aliorum creditorũ publica habentium instrumenta ius retardare, sed addicenda esse
62 istis bona in causam † executionis capta, data ab eis cautione indemnitatis, iuxta decisionem text. in l.à Diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iud.& l.is à quo.ff.de rei vend. & l.6.titul.10.Parti.3. tradit Bart. in dicto. §. si super rebus. & eodẽ pertinent quæ affert Suarez in.l. post rem. quæst. 7. nu.7. & Dueñas regul.274. in causa dotis quæ semper & vbiq; præcipua est vsurpatum est, vt mulier dotem vel testibus tantũ probans cæteris creditoribus posterioribus præferatur, quod propter retentionẽ quæ iuri illi datur cõtingit, iuxta l. vbi adhuc.C.de iure dotiũ. Sed quid agimus? breuitatem professi longius euagamur. At id facere coegit nos materiæ vtilitas simul & amplitudo, quas si sequeremur lõgè plura dicenda nobis essent. Est enim exceptionum materia, iuxta vtilissima, iuxtaq; amplissima, vt quæ iure sit frequens, & foro non minus assidua. Sed ne nostri instituti metas transgrediamur, transeamus aliò.

SVMMARIVM.

1 *Elapsis decem diebus oppositionis aduocatis desiderantibus danda sunt acta ad iudicem informandum.*
1 *Acta dari prius debent aduocato actoris quàm rei.*
2 *Apparitor iniussu iudicis addictionem bonorum facere non potest.*
3 *In causa executionis nunquàm quis à restitutione fructuum excusatur.*
4 *Sententia in via executiua non parat præiudicium agenti via ordinaria.*
5 *Reseruatio etsi nihil noui iuris tribuat, cõseruat tamen ius reseruatum.*
6 *Sententia addictionis quæ partim pro creditore partim aduersus eum lata, an eo appellante ad effectum perduci debeat.*
7 *Ad iustitiam integrè administrandam cohortatio.*
8 *Iustitia est domina omniumque Regina virtutum.*
9 *Iniustitia nihil magis fœdum magisque indecorum.*
10 *Duodecim tabularum iure capite damnabatur iudex qui per sordes sententiã dixerit.*

Quintæ Partis.

§. Duodecimus. De sententia.

QVoniam breuitati studemus omissis multis quæ de sententia dici possent ea tantum quæ ad hunc locũ spectant

ctant paucis exponam. Oppositionis decem diebus elapsis solũ restat, vt iudex sententiam pronuntiet. Non iniustè tamen eum agere dicemus si aduocatis desiderãtibus, vt aliquãtisper sibi acta detur ad ipsum iudicem instruendũ
1 seu informandum † morem illis gerat. Neque enim vt Iurisconsultus inquit, magnum est detrimentum in mora modici temporis. l. quod dicimus.& l.ratum.ff.de solutionib. Prius autem dari debẽt acta aduocato actoris, quàm rei secundum Bald.in.l.Nensenius. ff. de negot.gestis. Marantha in speculo, 4. parte, distinct.6.nu.6. id quod non actoris quidem, sed rei potius fauore fit, vt significat Cicero in Oratione p Publio Quinto, qñ ea quę postremo dicuntur meliusmemoriæ infigũtur, secundũ Specul.tit.de aduocato.§. iam nunc, ad finẽ. Iudex igitur prout ex actis sibi constiterit, aut executionem rescindit, aut addictionẽ peragendam decernit: quanuis enim in libello, seu mandato executorio ex more iudiciorũ adijci soleat, vt apparitor executionem
2 faciat † bona vendat, distrahat, & omnia deniq; peragat quæ facto opus erũt: nihilo magis tamen bonorum addictionem iniussu iudicis facere potest, secundum Bart. in.l.res quæ.ff.de iure fisci. Montaluus in repertorio.verb. *Alguazelus*. quod procedit sanè siue reus aduersus executionem se opposuerit, siue non, vt apparet ex l.38. titul.4.lib.3.Recopi. Sed illud meminisse oportebit in causa † execu 3
tionis, nunquam quenquam à fructuum restitutione excusari quantumcunque ille iustam litigandi causam habuerit. secũdum Bald. in.l.ab executione. C.quorum appel.non recipia. Sed & illud non erit obliuiscendum sentẽtiam in eiusmodi causis summarijs latam non plenum parare præiudicium in via ordinaria †, glossa in.l.1.C. 4
de ordine cog.Bart.in.l.1.§.& parui refert.ff.quod vi aut clam. & latius superiori capite diximꝰ. Proinde solent iudices in pronuntiando reseruare ius aduersæ parti quę quidem reseruatio, etsi nihil noui iuris tribuat, cõseruat † tamen ius 5
in cuius gratiam reseruatur, Ang. & Iason in.l.si quis legauerit.ff.de legat.1. Sed ecce sententia partim pro creditore, partim aduersus eũ lata est, appellat igitur reus appellat & actor †, quatenus aduersus 6
se facit, quatenus vero pro se facit vt iudicatis pareatur petit cõsulebatur an iustè id desideret actor. Est autem huic simulis illa quæstio quam plerique agitant scriptores in specie: huiusmodi sentẽtia partim secundum Titium partim aduersum eum lata est igitur quatenus pro se lata est iudicatis acquiescit, quatenus vero aduersus se facit, appellat, aduersarius autẽ nullus appellat quæritur, an sententia quatenus pro Titio lata est execu

tioni demandari debeat: & respõdent ex communi consensu doctores: si sententia diuersa contineat capitula in ijs quæ pro Titio faciunt executioni locum fore sin vero diuersa capitula non sint sed potius coniuncta in omnibus appellationi deferendum esse, ex argumento textus in l. etiam. 1. §. 1. ff. de minor. & l. ampliorem. C. de appell. ita sentiunt Faber Bald. & Salycet. in dicta. l. ampliorem. & Bartol. consil. 150. Abb. & Feli. in cap. cum Ioannes, ad finem. de fide instrum. Boerius qui rem latiùs explicat decisio. 73. Non dissimili ergo ratione in proposita specie distinguendum puto, vt siquidem diuersa capitula sint quatenus pro creditore sententia facit, executioni demãdetur sin autem coniuncta sint capitula in omnibus appellationi deferatur. Porro si reus non appellaret sed actor tãtum, quatenus pro se facit consentiens sententiæ executioni demãdari deberet: nam ea quæ superiores tradunt scriptores in ordinaria causa locum habent: atque hęc de sententia hactenus: quãquàm anteaquàm hinc abeam Christiana me cogit pietas vt omnes quot
7 quot † vbique terrarum sunt iudices pro mea in illos charitate moneam ac cohorter vt in iure dicũdo atque potissimum in concipiẽdis sententijs iustitiam præ oculis habeant, & vt verba Romani vsurpem Pontificis in cap. 1. de re iu-

dic. in. *6. Stateram gestent in manibus nihil odium vendicet nihil fauor vsurpet timor exulet, præmium aut expectatio præmij iustitiam non euertat.* Quid enim est per diuos præclarius iustitia? quid præstantius? quid homini melius? quid homini dignius? Aristotelem percõtemur qui ethi 1
corum lib. 5. in hæc verba ait: *Hæc vna virtus omnium est domina, & regina virtutum, neque hesperus aut lucifer tantam sui excitant admirationem, ex quo factum est iam tutum sermone omnium † prouerbium: iustitiam vnam om- 8
nes virtutes reliquas continere.* Ciceronem quoque interrogemus qui officiorũ lib. 2. sic ait. *fundamentum commendationis & famæ est iustitia sine qua nihil potest esse laudabile,* Iniustitia vero, & iniquitate quid quæso est homini turpius? quid fœdius? & magis indecorum † ma- 9
gisque pœna & animaduersione dignum? Declarauit hoc satis vt cætera (quæ innumera sunt exempla) taceam Chambyses Persarũ Rex qui quamquàm barbarus malicuiusdã iudicis ex corpore pellem detractam sellæ intendi in eaque filium eius iudicaturum confidere iussit, noua atq; atroci pœna prouidens nequis postea iudex corrumpi posset. Autor est Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. Quin duodecim tabularum legibus capite puniebatur † iudex qui ob ré 10
diecndam pecuniam accepisset vt scribit Aulus Gellius noctiũ Atticarum libro. 20. cap. 1. Atque ne sacra

cra omittamus Eulogia quæ vt vetustiora, & diuina ita & autoritatis plus habent & fidei: de iustitia sic Salomon profatur. *Per me reges regnant & legum conditores iusta decernunt, per me domini dominantur, & regnant iudices omnes terræ,* Prouerbiorum. 8. De iniquitate vero audi quid idem rursus dicat, *Regnum à gente in gentem transferetur propter iniustitias & iniurias,* Ecclesiastici. 10.

SVMMARIVM.

1 *Addictio adiectio & licitatio quid distent.*
2 *Debitori succurritur actione de dolo aduersus fraudem in licitatione adhibitam.*
3 *Promissum in venditione promittere quis possit.*
4 *Hæredes hæreditaria bona distrahẽtes promissum promittere possunt.*
Ciuitatum decuriones concedere promissum possunt. ibidem.
5 *Comites sacrarum largitionum (vulgo contadores maiores) promissum possunt concedere.*
6 *Omnes quibus generalis seu libera data est bonorum administratio concedere promissum possunt.*
7 *Tutores & curatores possunt cõcedere promissum modo id bona fide fiat.*
7 *Testamentarij executores omnium bonorum concedere promissum possunt.*
8 *Iudex vel apparitor promissum concedere non possunt.*
9 *Addictio fieri debet loco formaque debita.*
10 *Bona in pignus executionis capta cui addici debent.*
11 *In addictione pignorum cognatus debitoris præfertur extraneo, creditor vero cognato.*
12 *Cum pignora soluendo non sunt detrudendus est debitor, illiusque fideiussores in carcerem.*
13 *Cum non datus est fideiussor neq; pignora emptorem inuenerunt, quemadmodum sibi consulere possit creditor.*
14 *Adiectio locum tãtum habet in rebus fiscalibus principisque vectigalibus.*
15 *Quæ sint tempora intra quæ fieri debeat adiectio.*
16 *Ius adiectionis reipublicæ aut minori non competit.*
17 *In magnum vectigalibus an adiectionis ius competat.*
18 *In integrum restitutio an reipublicæ detur aut minori aduersus bonorum addictionẽ.*
19 *Lex. 5. tit. 19. partita. 6. illustratur.*
20 *In integrum restitutio non nisi ex graui causa danda est.*
21 *Inuitus compellendus est nemo emere pignora in executionis causam capta.*

Quintæ Partis.

§. Decimus tertius. De addictione.

POST sententiã de addictione dicendum est: hanc adiectionem malunt aliqui appellare, sed eos taxat Valla eleg. libr. 5. cap. 28. quem refert sequiturq; Iason & Oroscius in l. ab emptione. num. 4. ff. de pactis. Neque iniuria illos taxant licet adhuc eos velit defendere Alciatus in l. quinque pedum. C. finiũ regũd. Diuersa † enim res est. 1
Addictio enim est adiudicatio rei venalis in emptorem qui meliorem attulerit conditionem, vt apparet ex Rubrica atque ex toto titulo. ff. de in diem addictione. vbi id notat Budæus, notat & Anto. Augusti. emendationũ. lib. 2. ca. 3.

Porrò

Porrò adiectio est licitatio quæ post addictionem fit, vt nō obscurè significat lex prima. C. de vendend.rebus ciuita.lib.11.& l. cum duo.& extrema lex penulti. ff. de in diem addictione. Licitatio ergo (vt ad vulgarem sermonē verba accommodemus) significat, *postura*, addictio, *remate*, adiectio, *puja*, de quibus per ordinem dicendum nobis est verum summatim vt cætera. In licitatione igitur illud cauendum est ne quid venditor in ea fraudis, aut calliditatis admittat ne falsum licitatorē subijciat maiusve pretium quā quod verè offerebatur † emētiatur, alioqui succurrendum erit emptori actione, scilicet, de dolo.l. eū qui. §.primo. ff. de in diem addict. l.3. ff. de crimine stellio.& demōstrāt Ciceronis verba Officiorū libr. 3. quæ sunt eiusmodi. *Dolus malus simulatione, & dissimulatione (vt ait Aquilius) continetur: tollendum est igitur in rebus contrahendis omne mendacium non licitatorem venditor, non qui cōtra se liceatur emptor opponet.* Illud tamen frequēs est & ordinarium admittere, vt venditor ad inflandum licitationis † calorē aliquid tanquam corollarij nomine pluris licitanti promittat (*vulgo prometido appellamus*) Frāciscus Lucanus de fisco, 4. parte, nu. 4. & est argumento.l.1.§.non autem.ff. de exercitat act.& l. item. §.primo. ff. de in diem addict. Sed quisnam hāc promittēdi habeat facultatem videamus: de domino autem vendente id quærere superuacuū fuerit: cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mādati. porrò de cæteris administratoribus rem alienam vendentibus non incommodè id tractabitur, eoque magis quòd nec à legislatoribus neque ab scribentibus certa de ea re tradita est regula, sed tantūmodo speciales quosdam casus prosequūtur. Nam hæredibus ad æs alienum † dissoluēdum hæreditaria distrahentibus bona ius esse hoc promissum dare, scribit Bart. in.l.fin. §. in computatione. C. de iure deliber. Rectoribus quoque ciuitatum idem licere scribit Auend. in cap. correctorū. 2. part. cap. 12. nu. 12. & Auilesius eodem loci cap. 32. num. 16. Comites item sacratum † largitionum (*quos vernaculo sermone contadores mayores appellamus*) hæc posse promissa præstare cautum est in l. 22. titul. 13. libro. 9. Recopila. Nos ergo istius legis ac autorum exempla secuti regulam cōstituendam putamus, vt quibus generalis vel libera † rerum administratio data est, ij possint promissum isthoc in rebus distrahendi cōcedere, cæteri non possint. Etenim licet ij qui liberam & generalem rerum administrationem habent donare non valeāt, vt in.l. præses. C. de transact. donare tamen possunt ea quæ cōsueta sunt: vel quādo plus accepturi sunt quàm donant. l. cū plures.

De licitatione.

plures. §. cum tutor. ff. de administra. tuto. l. contra iuris. §. final. ff. de pactis. Ergo tutores, & curatores in distrahendis bonis minorū promissum † hoc quod tamen bona fide fiat præstare posse dicendū est. Atque similiter executores testamentorum cum hæres anima instituitur. Diuersum verò existimo in executore cui funeris tantum curandi iustaue faciendi negotium datum est: particularis enim administrator donandi potestatem habet nullam. l. procurator tutorum. ff. de procura. l. iusiurandum quod ex conuentione. ff. de iure iuran. Quare (ne rem frequentem omittamus) facultas nō erit iudici aut apparitori hæc promissa dandi in distractione pignorum quæ in causam executionis capta sunt. Hęc de licitatione nūc de addictione dicendum: in addictione verò illud obseruādum est primum vt loco formaque solita fiat. l. 32. titul. 29. partita. 2. Auenda. in dictionario verbo *almoneda*. Deinde vt pluris licitāti res addicatur. l. penes. C. de vectigalibus & commiss. nisi modo alius meliorem attulerit † conditionem: nam tum addicēda illi potius erit secundum Bartolum in. l. si tempora. num. 4. C. de fide instrumē. fieri autem potest vt melior afferatur conditio tametsi pretio nihil fuerit additum putà si facilior offeratur solutio remittanturve cōditiones quæ in priori licitatione graues fuerant, sicuti latius expositum est à iurisconsulto in. l. eum qui. §. fina. ff. de in diē addictione. Quamquàm & in hac bonorum addictione cognatus debitoris in pari causa extraneo præfertur emptori: creditor autem cognato sicuti bellissime scribit Iurisconsultus in. l. 1. ff. de priuileg. credit. *cum bona, inquit, veneunt debitoris † in comparatione extranei, & eius qui creditor cognatusve, sic potior habetur creditor cognatusve magis tamen creditor quàm cognatus*, & ita eam intellexit Bartol. licet Accurs. aliter interpretetur, igitur si pretium pignorum captorum & debito & impensis soluēdis suffeceret bene est, cum creditoris † desiderio satisfactum sit, debitor itaque fideiussoresque eius liberi remanebunt: sin non suffecerit detrudēdus est fideiussor in carcerem, quin & reus ipse principalis vna cum fideiussore in carcerē detrudi potest vt autor est Baldus in cap. contingit. de dolo & contum. quem sequitur Hippolytus singu. 398. Porro si datus executioni fideiussor † non fuerit nec pignora quæ capta sunt emptorē inueniant quatuor sibi modis consulere poterit creditor quos recenset gloss. in. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iud. Primum si velit vt bona in executionem capta iure pignoris sibi tradantur, secūdum vt pro debito sibi bona addicantur, tertium vt ceu quilibet alius liceatur, postremo vt si per rei calliditā-

13 liditatem † factum fuerit vt emptor non inueniatur, dominium impetretur à principe iuxta l. fin. C. de iure dominij impetrãdo, ex his vero quatuor remedijs (vt ait Baldus in l. 2. C. si in causam iudica. & Paul. de Castro in dicto. §. si pignora) illud est vtilius vt ceu qui libet alius liceatur, eoque remedio interdum pragmatici vti solent sed illud frequentius vsurpat vt subijciatur tertius qui pignora liceatur quibus addictis cedit statim ius creditori, hoc autem idcir co vt conijcio, quia eo pacto putat subterfugere se remedium quod datum est debitoribus ex illa lege finali. C. de iure dominij impetrã do atque ex Authen. hoc nisi debitor. C. de solutionibus de quarũ sensu latius nobis suo loco agendum est de licitatione atque item de addictione dictum est. Venio nunc ad adiectionem. Hæc in rebus fiscalibus distrahendis vectigalibusque principalibus locandis locum habet id est rebus † iam addictis ius est vt rursus admittatur licitatio siquis sit qui pluris liceatur. l. si tempora. C. de fide instrument. l. 1. C. de vendendis rebus ciuit. libr. 10. & 11. quæ vtique tam aperta sunt iura vt mirer quid Neapolitanum mouerit cõsilium contrarium respondisse apud Afflictum decisio. 340. Quænam tamen sint tempora † illa intra quæ hæc fieri debeat adiectio non extat vsque lex iuris communis quę hoc definiat, vti scribit glossa verbo præstituta. in dicta l. 1. C. de rebus ciuit. vendendis. Apud nos vero nostrati Regio iure id saneq; explanatum est in titul. 13. qui inscribitur *de las pujas y prometedor*, libro. 9. Recopilationis: cuius legibus ad summam cautum est vt intra quindecim dies à priori addictione admittatur adiectio decimæ aut dimidiæ decimæ postea vero non admittatur adiectio quę minor sit quàm quartæ partis & hæc intra tres debet fieri menses. Hanc vero adiectionum prærogatiuam quæ fisco regique indulgetur reipublicæ † ac perinde minoribus non concedi, respondit Iurisconsultus in l. Lucius. §. fina. ff. ad municipale in hæc verba. *Idem respondit si ciuitas nullam propriam legem habet de adiectionibus admittendis non posse recedi à locatione vel venditione prædiorum publicorum iam perfecta: tempora enim adiectionibus præstituta ad causas fisci pertinere.* Cũ quæ quidem consonat. l. 1. C. de vend. rebus ciuitatis lib. 11. Idem iuris & in vectigalibus magnatum statuẽdum esse (nisi auctione dicta lex sit vt secundum conditiones regaliũ vectigaliũ † liceant) respondit Auẽd. in ca. correct. 2. part. cap. 12. numero. 11. Sed an in integrum restitutionem dabimus hoc casu reipublicæ atque minoribus? quęrit hoc Iurisconsultus in. l. etsi fine. ff. de minor. sed subobscure respondit: † illius enim in hunc modum

De adiectione.

16 17 18

dum sunt verba, *quæsitum est ex eo, quòd in lucro quoque minoribus subueniendum dicitur si res eius venierit, & existat qui plus liceatur an integrũ propter lucrum restituendus sit? & quotidie prætores eos restituunt, vt rursum admittatur licitatio, idem faciunt & in his rebus quæ seruari eis debẽt quod circunspecte erit faciendum: cæterum neno accedet ad emptionem rerum pupillarium.* Tangunt & aliqui ex nostratibus fingentes exemplum in locationibus quas ciuitates faciũt tabernæ macellariæ aliarumq; publicarum functionum: verum nõ idem illi quidem sentiũt, etenim Auend. negat in integrum illis restitutionem concedendam, excepto eo si adiectio grandis nimiũ magnaq; sit: est autem locus Auẽdani in cap. correct. 2. parte. ca. 12. Contrarium vero affirmat Auilesius endem titul. cap. 32. scribẽs secundum hoc quandoq; se obtinuisse. Verum enim vero (vt dicam quod sentio) multa concurrunt quæ me in Auẽdani opinionem impellunt. Primum quia si ex leui & quacunque adiectione restitutionem minori aut Reipublicæ concederemus: nihil aliud esset quàm vt emptores ab istorũ auctione deterreamus: quis enim lubens accedat ad emptionẽ quã incertam & infirmam esse nouerit? Nemine autem cum his contrahente futurum erit vt quodam modo cõmercio eis interdicatur, vt scribit Iurisconsl. in dicta. l. etsi fine. & l. quod si minor. §. fin. ff. de minor. accedit item elegans ratio Baldi in l. cum pecunia. C. de solut. nam si malè, inquit, & inauspicato illis cõductione cedente ipsi soli periculum laturi sunt, cur lucro illis prospere cedente inuidemus? Et postremo me potissimũ mouet. l. 5. titu. 19. Part. 6. quæ hac eadem specie † definit restitutionem non nisi magna ex causa minoribus dandam. Itaq; lex Regia expressim Auend. probare videtur opinionem vt taceam & aliàs generaliter receptum esse restitutionem † in integrum non nisi ex graui causa dandam esse. l. scio. ff. de restit. in integr. gloss. & reliqui in cap. 1. eodem titul. in. 6. Couar. lib. 1. Varia. cap. 3. num. 11. & huius quoque sententiæ fuisse videtur, Greg. Lopez in dicta. l. 5. titul. 19. Parti. 6. Qui id tamen intelligit dummodo in auctione hastarum solennitas, & alia ad eam rem necessaria obseruata fuerint, nam si quid ex solennibus defuerit, cum contractus sit nullus etiam sine restitutione ex integro ad licitationem redire licebit. l. 1. C. de fide instrum. lib. 10. & l. fin. C. si aduersus fiscum. & expressim ita scribit Alberi. in dicta. l. etsi fine. ff. de minorib. Illud ad extremum superuacuum fuerit †, vt admoneam non debere executorem compellere quem vt pignora in executionem capta inuitus emat. l. inuitũ. C. de contrah. emptio. l. neq; emere. C.

19 20 21

re.C.de iure deliber.l.3.titulo.5. parti.5. ſoleant quamquàm nonnulli iudices in executione ad fiſcum attinenti contrarium vſurpare,ducti(vt opinor) argumento textus in.l.1.C.vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare.libro.10.&.l.18. & 20. titulo. 7. libro.9.Recopilat.quæ tamẽ cum ſpecialibus in caſibus loquantur ad argumentũ trahenda nõ ſũt: vt in regula quæ à iure communi de regulis iuris in.6.

SVMMARIVM.

1 *CReditor recepturus pecuniã ex cauſa executionis cauere prius debet iuxta legem Toletanam.*
2 *Satisdatio hæc creditori etiam diuiti non remittitur.*
3 *Gerundium conditionem præſefert.*
4 *Etiam parte non petente ad officium iudicis pertinet vt ſatisdationem hãc exigat.*
4 *Quælibet honeſta litigandi cauſa excuſat à pœna.*
5 *Qui iurato promiſit iudicio ſiſti non peieraſſe videtur ſi ex conceſſa cauſa non ſiterit.*

Quintæ Partis.

§. Decimusquartus. De fideiuſsione poſt addictionem à creditore præſtanda.

LEXIGIT præterea Toletana illa lex vt creditor ſolutionẽ recepturus de pecunia reſtituenda prius caueat cum † pœna dupli ſi ſentẽtia forſan reſciſſa fuerit id quod locum quoque habet etſi debitor ſe nõ oppoſuerit ſicut Toletana ipſa lex non obſcure demonſtrat. Scribit etiã † Auenda.in tit. *de las excepciones*.num.36.hanc ſatiſdationem ne diuiti quidem creditori remittendam eſſe,quoniã lex conditionaliter loquatur: ait enim,*dãdo el tal mercader,o acreedor luego fianças,&c.*Gerundiũ enim illud dando,conditionem atque neceſsitatem præſefert,iuxta ea quæ notat Bart.in.l.ſitu ex parte.ff.de acquiherедit. confirmairque † opinio hæc etiã poterit ex ijs quæ affert Queſada diuerſarum quæſt. ca.11. Idem Auend.ſcribit ſuperiori loco, etſi alioqui iure receptum ſit leges ſatiſdationes exigẽtes intellectũ iri parte id deſiderante ſeu petente,iuxta gloſſ.cui reliqui ibi dem aſſentiũtur in.l.vniuerſa. C. de precibus Imper.offer. Tamen hoc caſu etiam debitore non petẽte ad officiũ iudicis pertinere vt ipſe vltro † ſatiſdationem exigat, alioqui ſui periculi rẽ agere, cum lex neceſſario hãc ſatiſdationẽ poſtulet,& ita vtimur. Quod autem ad pœnã attinet meminiſſe debemus quamlibet honeſtã litigandi cauſam ab ea excuſare ex ijs quę latius affert Alex.conſi. 45. volu.6. nu.4.& Iaſon.in.l. properandũ.§. ſin autẽ alterutra.nu.3.C.de iudicijs & præſtat eius rei optimũ argumẽtũ quod Iuriſconſultus ſcribit in.l.fi.ff.qui ſatiſdare cog. in hæc verba, *qui iurato promiſit iudicio ſiſti non † videtur peieraſſe ſi ex cõceſſa cauſa hoc deſeruerit.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *INcauſis executiuis appellatio habet effectum deuolutiuum non ſuſpenſiuũ.*
2 *Appellatio tertij oppoſitoris an in executiuis cauſis habeat effectum ſuſpenſiuum.*
3 *In executionis cauſa an appellãs ſit ad probandum admittendus.*
4 *In cauſa executiua quando appellationis iudex exequi poſſit, quod à ſe ſtatutum fuerit.*
5 *L.4.titul.21.libr.4. Recopil. elucidatur.*
6 *Cum primi iudicis ſententia manifeſto eſt iniuſta non iniuſtè fecerit appellationis iudex ſi à ſe ſtatuta exequatur.*
7 *Quæ facto non iure fiunt facto itidem reſcindi debent.*
8 *Cum appellationis iudex reſciſſa prioris iudicis ſententia addictionem peragendam definit an ſuam poſſit exequi ſententiam.*

Quintæ Partis.

§. XV. De appellatione.

AB illa porro addictionis ſententia(*quam de remate vocamus*) appellationem
1 nõ habere† effectum ſuſpẽſiuum ſed deuolutiuum tantum,ſatis ſuperque ex Regijs legibus conſtat: præſertim ex.l.3.& 19.titul.21.lib. quarto Recopilationis. & tradit Anto. de Canario de executione inſtrumenti.quæſtio.46.& 47.& Couar. pract.quæſt. cap. 23. ad finem.& Didac. Perez in.l. 5.titul. octauo.lib.3.ordin.in gloſ.penul. Appellatio igitur (idem iuris erit de nullitate)nihil erit impedimẽto quominus bonis addictis creditori data legitima cautione poſſeſsio detur,vt lex illa.l.64. Tauri declarat. Vtrum vero hoc ad tertium † pertineat oppoſitorẽ tra- 2
ctat Caſtellus in dict.l. 64. Tauri. nu.96.vbi diſtinctione quadã vtitur, & licet illius opinionem amplexetur Gutierrius in. l. nemo. nu.390. ff.de legat.1. Mihi verius ſic diſtinguendũ videtur. Aut executio locum habet aduerſus tertium poſſeſſorem vel quia is cauſam habet à debitore,eratque res alienari prohibita vel alijs de cauſis, quas latius ſuperius expoſuimus.4.par.§.4.Et tũ ne tertio quidem appellare licebit, quia eodẽ iure vti debet quo ille à quo cauſam habuit, ſicuti de exceptionibus recipiendis necne effuſe probauimus.5.par.§.11. Aut vero executio locũ nõ habet aduerſus tertium poſſeſſorẽ,quia is cauſam nõ habuit à debitore, & dicendũ eſt appellationẽ ab eo interpoſitã executionem ſuſpendere, ex cap. ſuper eo.de officio delegati. & quæ accuratè affert Caſtellus ipſe loco ſuperiore.Sed & in appellationis cauſa non indiſtinctè probationes recipi debent: † hoc enim iu- 3
re vtimur, vt inuito appellante probationes non recipiantur, ſed ex eiſdem actis definiatur cauſa. Idemq; iuris eſt quãdo debitor appellãs adhuc iudicatis nõ ſatisfecit:hoc enim & quotidianus vſus abundè demonſtrat, & docet etiã Couar. ſuperiore capite ſub finẽ. Sed illa ſubdifficilis eſt quæſtio. Debitor aduerſus quẽ executio, & bonorum addictio facta eſt ſu-

4 periorem appellat iudicem † appellationis autē iudex quod à primo iudice factum est iniustum irritumque esse pronūtiauit. Actor igitur ab illius sententia item prouocat. Quæro an appellatione actoris non obstante iudex appellationis suam exequi sententiam debeat cogendo, scilicet, ipsum creditorem vt pignora addicta debitori restituat: quam quidem quæstionem vltro citroque exagitare facile possem ex ijs quæ scripsim superius hac. 5. par. §. 10. & quæ affert Menochius de adipiscē. possessio. remedio 4. Verum ne sim prolixus mihi appellationi magis deferendū esse placet, nam vt cætera omittā id vel Regia lex quæ
5 de sententijs † arbitrarijs exequēdis tractat apertè significat, ea est hodie. l. 4. titul. 21. libr. 4. Recopil. cuius verba (quatenus ad hunc locum attinet) sic se habent: Y *si la sentencia fuere reuocada por el presidente e Oydores que de la tal sentencia reuocatoria se pueda suplicar para ante ellos mismos quedando en su fuerça la execucion, hasta que se de sentencia en reuista.* Ecce quam planissimè legis verba nostram probant sententiam sequenda erit igitur cum eo tamen vt meminerimus si prima sententia addictionis à qua fuit prouocatū manifesto iniqua fuerit nullave iustissimè facere eum
6 qui de appellatione † cognoscat, si neglecta ea à se iudicata exequatur cogendo, scilicet, creditorem vt bona per iniuriam ablata ex tēplo debitori restituat: suadet enim hoc cum generalis illa regula appellationibus friuolis deferendum non esse. capit. cum appellationibus friuolis. de appellationib. in sexto. Tum illud quod vulgo tradi solet quæ facto non
7 iure † fiunt facto itidem esse rescindenda. l. minor. ff. de euictio. l. prima. ff. si mulier ventis nomine. Bald. & Iaso. in. l. si pacto. C. de pactis. Panormit. in capit. quia clerici. numer. quarto. de iure patronatus. Cacialupus de debitore fugitiuo, quęstione vltima. Neque (mea quidem sententia) quæ ita ex rerum vtilitate fiunt superiores iudices debent molestè ferre, sed potius boni æquiq; consulere. Sed illa non minus difficilis, &
8 haud scio an difficilior est quæstio: pone versa vice iudicē † apud quem executio petita est pronuntiasse addictioni locum nō fore appellauit, itaq; ab eius sentētia creditor: appellationis vero iudex rescissa sentētia addictioni locū esse pronuntiauit appellat itaq; debitor quæstionis est an suam sententiā appellationis iudex exequi debeat & posthabitis multis quæ vltro citroq; in medium afferre poteram magis placet non obstante hac debitoris appellatione addictionem peragendam esse, sanè leges Regiæ hanc prærogatiuā addictionis sententiæ concedūt, vt appellatione non obstante iudicatis pareatur. Porro an hæc addictionis sententia à primo iudice, an à iudice appellationis feratur, nihil interesse debet. l. postquam. §. Imperator. ff. vt legatorum nomine caueatur. Bart. in l. 3. §. 1. nu. 5. ff. de duobus reis. Abb. in c. cū Ioannes. nu. 17. de fide instru. Imola in l. amplius. §. fin. ff. de dam. infect. iudex enim appellationis succedit in locum prioris iudicis, Capicius decis. 86. nu. 19. Quanquā cū soleant iudices executionem irritantes integrum ius creditori reseruare, cautius & circunspectius videtur ad has difficultates euitādas, potius ex integro executionē repetere quàm ad appellationis remedium confugere.

SVMMARIVM.

1 LEX fina. C. de iure dominij impetrādo illustratur.
2 Eandem legem in desuetudinem abijsse ostenditur.
3 Apud nos plerisque in locis obtinuit cōsuetudo, vt debitor intra certa tempora pignora licendi potestatem habeat.
4 Cuiusque fori consuetudo seu Stylus obseruandus est.
5 Secluſa consuetudine nullum tempus debitori datur ad pignora iam addicta licēda.
6 Quæ remedia dentur debitori ad pignora iam addicta recuperanda.
7 Debitore soluente appellatione durante restituenda sunt illi pignora iam addicta sine fructibus tamen.
8 Refertur vsus seu praxis qua hodie superiores vtuntur in executione rescindenda.
9 Aduersus bonorum addictionem minori in integrum restitutio datur.
9 In integrum restitutione veniunt fructus.
10 Remedium competens ob lesionem vltra dimidiū iusti pretij, an habeat locum in bonis publica subhastatione venditis.
11 L. 1. & 6. titul. 12. libr. 5. & l. 20. titul. 7. lib. 9. Recopil. elucidantur.
12 In remedio competenti propter lesionem vltra dimidium iusti pretij an fructus veniant.
13 Cum lesio enormissima est fructus an sint restituendi.
14 Remedium competens ex enormissima lesione etiam intra triginta annos datur.
15 Cum creditor post bona addicta partem debiti accepit fructus restituere debet.
16 Agi potest de dolo cum executore qui per dolum bona vltius vendidit.
17 Fideiussor qui bona emit debitoris rem cum fructibus restituere tenetur reddito sibi pretio.
18 Tertius quando habeat ius offerendi creditoribus
19 Quādo res addicta est euicta creditori quo remedio sibi consulere debeat.
20 Re addicta creditori euicta non potest rursus executionem pro eodem debito petere.
21 Semel hæreditate restituta cessat hæreditatis petitio.
22 L. si quis aliam. ff. de solutio. illustratur.
23 Cum bona censui obligata sunt creditori addicta an pro redditibus quæ deinceps efluxerunt executionem petere possit in cæteris bonis debitoris.
24 Peremptis bonis super quibus specialiter cō stitutus est census & ipse quoque census extinguitur.

Quintæ Partis.

§. XVI. Quæ remedia dentur debitori ad retrahenda bona ab executore iam addicta.

SVB hæc cōueniens erit vt tractemus quæ remedia debitori competant ad bona iam addicta recuperanda, de

da, de quibus dicere incipiam, si tamen illud prius admonuerim, nos hic non de remedijs ordinarijs (quæ scilicet omnibus communia sunt) quærere, sed illud an speciale aliquod sit remediū quo debitori iure succurrere valeam⁹.

1 In primis autem † videtur illi mirifice succurri posse ex remedio legis finalis. C. de iure dominij impetr. Vbi biennium indulgetur debitori intra quod licendi pignoris potestatē habeat. de qua quidē dominij impetratione meminit etiā Iurisconsultus in. l. magis puto. ff. de rebus eorum. Verum lex illa finalis vario modo accipi solet. Nam Accursius illic, verbo, *integra*, existimauit textum illum non loqui in pignore iudiciali, id est, quod in causam executionis capitur, sed in pignore conuentionali, quod principali rescripto creditori in solutum datur, & in eadem sententia fuit in. l. 1. ff. de pignor. actione. verbo, *traditum*. & placuit Alexan. in. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudicijs. & Decio consil. 558. volumine 4. quorum intellectum verum nō esse ostendit apertius textus in. l. fin. C. si in causam iudicati pignus captum sit, sed & illam legem finalem. C. de iure dominij impetran. habere tantum locū in fœneratoribus non in cæteris creditoribus, placuit ibidem Angelo, à quo tamen discrepant reliqui omnes teste Iasone in. l. debitoribus. nu. 6. ff. de re iudi. & Anto. de Fano de pigno. 6. par. membro. 1. nu. 5. Vtcunque tamen sit illius legis decisionem iam exoleuisse in desuetudinemque abijsse probatissimi † autores pares sententias faciunt. Bartolus, Bald. eodem loci idem Baldus, & Salyce. in. l. fin. C. de bonis autori. iudicis possid. Imola in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. Alex. in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudicijs. atque ita nostrati iure illius legis decisionem receptā non esse intelligere licet, ex l. 41. & 42. tit. 13. par. 5. Vetustissimā igitur illam & exoletā constitutionē missam faciētes, quid hodierna tempora ferāt videamus. Et sanè apud nos plerisque in locis illa obtinuit consuetudo vt potestatem habeat debitor † bona addicta licēdi, seu retrahendi mobiles quidem intra triduū, immobiles intra nouem dies. Huius consuetudinis fidem faciunt Castellus in. l. 70. Tauri. verbo, *remate*. & Couar. lib. 2. Varia. cap. 11. nu. 3. Didac. Perez in. l. 4. tit. 8. lib. 8. ord. Hic ergo perinde ac in cæteris causis cuiusq; fori cōsuetudo † (quem vulgo Stylum vocamus) sequēda erit. l. de interpretatione. & lex sequens. ff. de legibus. §. ex non scripto. Instit. de iure natu. cap. fin. de cōsuetudi. l. 6. & 7. titul. 3. Part. 1. Cassanæus in consuetud. Burgund. Rubrica prima. numer. 8. Boerius consilio. 8. Pinellus in. l. 2. C. de rescind. vendi. 2. 3 4

di. 2. part. cap. 4. nu. 2. Secluſa igitur cōsuetudine quantum ad ius scriptum attinet, nullum tempus 5 debitori ad res iam † omni marte addictas licendas, seu redimēdas datur. l. si finita. §. postea. ff. de dāno infecto. & illic glosſa & reliqui glosſa etiam in. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudicijs. verbo audiatur, & illic tradunt classici omnes & magis communē affirmat esse opinionem Decius cō sil. 558. volu. 4. Remedijs ergo ordinarijs experiundi potestatē dum taxat habet ille, sicuti animaduertit ipse Bald. in illa lege fina. C. de iure domin. impet. & probat clara voce Iurisconsultus in. l. si creditor. ff. de distract. pigno. Remedia vero ordinaria † hoc loco illa 6 fermè sunt: appellatio, nullitas, in integrum restitutio, itemque læsionis vltra dimidium iusti pretij: de quibus si ego hic serio agere vellem nō iniuria morosus ac importunus viderer qui rem alioqui tutam & passim obuiam intempestiuè inculcarem. Flosculos igitur tantum, ceu apes delibantes, attingemus duntaxat ea quæ ad executionis vsum potissimum spectant. In appellatione igitur illud erit annotādū, si appellatione pendente debitor debitā pecuniā obtulerit restituendas illi res addictas esse: licuit eñ hoc illi in priori iudicio facere: ergo & idem in ap 7 pellationis † causa licebit. l. si pecuniæ. ff. vt in possess. leg. §. fin. Instit. de exceptionib. l. postquam. §. Imperator. ff. vt legatorum nomine caueatur. Parum dixi, imo etiā debitore non petente soliti sunt supremi magistratus qui de appellatione cognoscunt æquitatis, atque humanitatis intuitu (quam præ oculis iudicis omnes habere debent) dum definitiuè pronuntiant partes suas interponere, & 8 ita executionem confirmare, vt tamen iubeant debitore intra certam diem debitum & impensas soluente bona illi restitui, sicuti de ea re fidem haud dubiam facit testis oculatus Domi. Couarr. libro secundo Variarum cap. 11. nu. tertio. Id autem non sine certissimo legum argumento, cum non paucæ sint leges hac in parte debitoribus indulgentes. l. secunda. & l. debitoribus. ff. de re iud. l. prima & secunda. C. de vsuris rei iudi. cap. quoad consultationem. eodem titulo. Si ergo inferiores iudices huiusmodi humanitatis exē plum vsurpauerint culpandos minimè crediderim, nā velut à fonte riuulos æquè, & à maioribus doctrinæ exempla deriuare honestissimum est, capit. in causis. & capit. sicut nobis. de re iudica. l. tertia. C. de legibus. l. nam Imperator. ff. eodem titulo. Cessabit tamen hoc casu fructuum restitutio cum per addictionē dominiū rei adeptus sit creditor, *bonæ enim fidei possessor est* (vt Iurisconsultus inquit) *& dominium habet qui autore iudice*

comparauit. l. at si quis. §. 1. ff. de religios. & sumpt. fun. l. 52. tit. 5. par. 5. tradunt gloss. Bart. & reliqui in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. & in. l. Titia. ff. de solutio. & Couar. d. ca. 11. nu. 3. Sed & quod ad nullitatem attinet illud obliui scendum non erit, solitos esse supremos † magistratus executionē irritantes iubere vt bona addicta cum fructibus debitori restituantur cum eo tamē vt debitor prius æs alienum exoluat, sicuti & ipse Couarru. tradit loco superiore, id quod & iuri consentaneū esse apparet ex l. fin. §. fin. ff. quod metus causa. & l. 1. C. de iure hastæ fiscalis. lib. 10. ac non minus apertè, ex l. fin. C. si aduersus fiscum restitutio postuletur, atque in. l. si deserta. C. si propter publicas pensitationes. In integrum autem restitutionem aduersus † bonorum addictionem minoribus cōpetere probat. l. si creditor. ff. de distract. pig. & l. 1. C. si aduers. venditio. pigno. & tradit Guido Papæ decisio. 31. quod intelligendum est tamē modo grande damnum, aut certè nō minimum exinde eos sequatur. l. scio. ff. de in integrum restitu. l. si ex causa. ff. de minoribus. & diximus superius. §. 13. Fructus autem in integrum restitutione venire certum est. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minoribus. l. si prædiū. C. de prædijs minor. glossa & cæteri Scholiastes in ca. ad nostram. de rebus eccles. non alienā. l. 1. C. de reputationibus. Couar. lib. primo Variarum, capit. 3. & Pinellus in. l. 2. C. de rescind. vend. 2. parte, cap. 4. nume. 29. An vero absenti cuius bonis datus est curator in integrum restitutio detur, tractat Baldus in titul. de milite vassallo qui contumax est in vsibus feud. nume. 11. Circa vero læsionem vltra dimidium iusti pretij sciendū est apud iuris communis interpretes non mediocriter † esse cōtrouersum, an illud locum habeat in bonis publica subhastatione per officium venundatis. Nam Angelus Perus. in. l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. & consil. 129. In ea fuit opinione vt existimaret illud hoc casu locum non habere: quin eā fuit quoque opinio Bartoli, & Ioan. de Plat. in. l. prima. C. de prædijs decurio, quorum sententiam testatur communem Decius consil. 210. & 351. Contrarias vero partes secutus est idem Barto. in. l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor. cuius opinionem communem iti dem affirmat Iason in. l. pacta nouissima. numer. 9. C. de pactis. & alij quos refert Pinellus in. l. secūda. C. de rescind. vend. 2. parte, capit. secundo. numer. 25. & Dominus Padilla eodem loco. num. 30. Porrò nostrati iure Regio hæc autorum discordia sopita iam est: extant enim principales constitutiones quibus definitū est, remedium illud locum etiam habere in bonis publica auctione per iudicem

didem venundatis, excepto eo si emptio facta ab inuito fuerit datique fuerint arbitri qui bona æstimarent, nam tum cessaret etiam remedium illud, sicuti in promptu est videre apud. l. 1. & 6. titul. 11. libr. 5. & l. 20. titul. 7. libr. 9. Recopilationis. quarum tamen sensum nō fideliter retulit Dom. Padilla loco superiori, qui scribit illas accipiendas † esse quando venditio facta fuit in publica subhastatione ex causa voluntaria non ex causa necessaria: eodem quoq; vitio laborat Gregor. Lopez in. l. 56. titul. 5. Partita. 5. verbo, *menos*, qui ait, quādo alienatio facta fuit cum decreto iudicis cessare illud remedium. Nam & leges illas procedere quādo decreto iudicis vel ex causa necessaria venditio facta fuit ipsarummet legum verba luce clarius demonstrant coacta igitur emptio & æstimatio arbitrorū (velut ea quæ fieri solet in executione contra reliquatores vectigalium, vt in dicta. l. 20. titul. 7. libro. 9. Recopilatio.) est quæ cessare facit remedium illud non vero decretum iudicis vel sola venditio necessaria, vt falso nostrates existimarunt, qua de causa nulla ratione à culpa vacare poterunt, nam siue patrias leges vernaculo editas sermone nō intellexere socordia est: siue eas intellexere flocci pendentes vero autorū opinionibus obsecūdare maluerunt, insscitia est, cum scire omnes debeāt nostrates leges à iurisperitissimis compositas fuisse hominibus, necessarioque nobis obtēperandū illis esse, hoc præsertim casu in quo frequens scriptorum sententia cū illarum decisione consentiat. An vero fructus restituendi sint, veniantque † in remedio illius legis secundæ. C. de rescind. vendi. res est inter scribentes cōtrouersa valde, nam fructus restituendos esse ab emptore scripsit Rofredus de libellis. 4. par. cuius opinionē (vt cæteros taceam) amplexus est subtilis Manuel à Costa Lusitanus in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. præteritis. 2. par. num. 72. & Greg. Lopez in. l. 56. titul. 5. par. 5. verbo, *desamparar*. & Couar. lib. 2. Varia. cap. 3. nu. 9. Ex diuerso vero fructus restituēdos nō esse, scripsit Rota decis. 116. in nouis. Ant. de Butrio, Imola, & Anto. de Burgos in cap. ad nostram. de emptione & vendi. & hanc magis communem esse opinionem moribusque receptam fidem facit Pinellus in eadem lege. 2. par. c. 4. nu. 1. vsu quoq; receptā esse scribit Couar. ipse loco superiori, atq; item Do. Padilla in. d. l. 2. C. de rescind. vendi. nu. 50. Proinde hæc nobis magis sequenda erit opinio: cum vt alias diximus, & sæpè dicendū est, duabus opinionibus inter se certantibus, sequenda erit illa magis cuius partes consuetudo secuta fuerit. l. minimè. & l. cum de interpretatione. ff. de legibus.

Quanquam Rofredi & suorũ opinionẽ locum fortasis sortiri existimandum est, quando læsio non solum esset enormis, sed etiã enor
13 missima†, nã tum & res dolo acta intelligitur & datur læso in integrum restitutio ex clausula generali, quæ duæ res faciũt vt fructus restituendi esse videantur, ex ijs quæ notantur in l. aut qui aliter. ff. de verb. oblig. & in l. si superstite. C. de dolo. & in l. 1. ff. ex quib. causis maio. Huc pertinet quod remedium hoc ex hac enormissima læsione competens non solum in
14 tra quadriennĩ† datur, sed etiã intra triginta annos, sicuti bellissimè scribit Greg. Lopides in l. fin. titul. fin. Parti. 6. in glossa fina. cui suffragãtur quæ affert Suarez allegatione 21. col. 2. & Otalora de nobilita. 3. part. 3. principa. cap. 5. sub finem. & Pinellus in d. l. 2. C. de rescind. vendit. 2. part. cap. 4. Hoc tamen an verum sit pendet ex intellectu. cap. ad nostram. de rebus eccles. non alien. qui quàm varius sit apparet ex Couarr. & Pinel. locis modo citatis. Æquè etiã restituendos debitori fructus esse crediderim quando creditor post bona si-
15 bi addicta partem† debiti à debitore receperit, tum enim quasi pacto à iudicatis discessisse videtur: atque non, tam pro soluto, quàm pignoris titulo possidere, sicuti eleganter rescripsit Imperator in l. 1. C. de iure domi. impetrando. Estque item argumento. l. sic creditores. C. de pactis. & l. Æmilius Largianus. ff. de minorib. & l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudi. l. 2. §. & generaliter. ff. de doli exceptione. Præterea & illud quoque debitori ad bona† addicta retra- 16
henda remedium competit, vt si forsan per executoris dolum, aut calliditatem factum fuerit, vt res viliori pretio distrahatur agi cum eo possit actione de dolo, vt scribit Iurisconsultus in l. si pignora. ff. de euictio. Sic quoq; si quis per dolum† pluris æstimatum fundũ 17
in solutum dederit non liberabitur nisi id quod deest repleatur, vt scribit Iurisconsultus in l. si quis aliam in extremo. ff. de solut. eadem quoque de dolo actio debitori datur aduersus fideiussorem qui pignora in causam executionis capta emerit, ita vt cum fructibus restituere damnandus sit, vt est textus elegans in l. 1. C. de dolo. & in l. si mandato. §. 1. ff. mandati. Cũ enim† fideiussio ex gra- 18
tia & amicitia originem trahat nõ bona fide agere fideiussor videtur qui debitoris pignora emerit quæ licere potius debuerat, vt Iurisconsultus ipse declarat in d. l. si mandato. cui addito. l. fin. ff. de contrahen. empt. Et hæc quidem satis de remedijs quibus debitor res omni iam marte addictas recuperare valeat tertius vero quãdo habeat ius offerendi creditori, tractant cum aliàs alij tum Capicius decis. 202. & Iason in §. itẽ si quis in fraudẽ. Inst.

Inst. de actio. nu. 115. Quãdo igitur de remedijs debitori competentibus dictum est, soleat autem quãdoque quæri quibus remedijs pro
19 spici etiam† creditori possit si res illi addictę euictæ fuerint, his quoque de rebus pauca dicamus. Et illud in primis expeditum est, cum ita res addicta euincitur creditori non posse illum rursus executio-
20 nem† pro eo debito petere, quoniam eo casu prior actio omnino sublata est. l. eleganter. ff. de pign. actione. l. à Diuo Pio. §. si post addictum. ff. de re iudi. glossa in l. si prædium. C. de euictionib. tradũt Barto. Paul. & Alex. in l. debitor. ff. ad Trebel. probat etiam l. si pro fundo. & illic classici omnes. C. de transact. Ioseph. quoq; Ludo. decis. 101. estque argumento quod tradit gloss. in l. 1. ff. de fideicom. hæredit. petit. & in cap. 1. de con-
21 fess. in. 6. simul ac restituta† hæreditas fuerit cessare hæreditatis petitionem. Paruiq; refert quod est apud Iurisconsultum in. l. si quis aliam. ff. de solutio. si quis aliam rem pro alia voleti soluerit, & eui ęta fuerit remanere pristinã obligationem, nam vt illic declarat & rectè Bartolus eo casu species pro specie soluta erat, itaque erat per-
22 mutatio† quæ vim quidem non aliter habet quàm si res accipientis fiat. l. 1. ff. de rerum permuta. Secus atq; quando species pro pecunia soluta fuerit, de qua re nos agimus, nam tum emptio & venditio contrahitur in qua venditor non ad dandum, sed ad tradendũ obligatur, vt in l. fin. ff. de cõdict. causa data. proindere euicta excepto tantũ euictionis nomine creditor cũ debitore experiri debet. iuxta textum in l. si prædium. & l. si causam. C. de euictio. Sed illud quoq; quoniã frequẽs est non indignum erit, vt attingamus, creditor cui annuus census debetur pro reliquis executionem petijt. Suntq; bona censui nexa per officium illi addicta† quæro an pro 23
redditibus quæ deinceps effluxerunt possit rursus executionẽ intendere in cætera, scilicet, bona sibi generaliter obligata? & tractat hanc quæstionem, & multis quidem verbis Boerius decis. 309. & multis vltro citroq; adductis: tandem negat posse eum denuò executionem intendere. illius tamen argumenta mihi sanè non admodum satisfaciũt, atq; ita ipse idem enartat maiorem Senatorum partem cõtrariæ subscripsisse sententiæ: magis autem me in Boerij sententiam impellit, quod à quibusdam pridem probatum est, & nuper Pontificia fuit sanctione definitum perẽptis† bonis super qui- 24
bus specialiter census constitutus est, & ipsum quoque censum extingui, sicuti vt cęteros taceã scribit Gregor. Lopez in l. 28. titul. 8. Parti. 5. verbo, *a censo*. limitatione prima. & definit constitutio Sanctissimi Pij Quinti Pontificis ma-

ximi quę inter proprios motus exiat. Si ergo extinctis bonis super quibus census specialiter constitutus est ipse census euanescit, multo magis euanescere dicēdum est si eadem bona ad ipsummet deuenere creditorem. Quæ vtique ratio tantum apud me valet vt mihi persuasum habeam Boerij opinionem magis sequendam esse.

SVMMARIVM.

1 *Solutio vt legitima sit fieri debet creditori procuratorive eius aut seruo actori.*
2 *Tutori aut curatori rectè soluitur.*
3 *Institori qui publicè creditoris rem gerebat facta solutio tenet, etsi non constet de mandato.*
4 *Marito dotale debitum rectè soluitur.*
5 *Debitum ex alia causa quàm dotis viro nō rectè soluitur nisi vxoris mandato.*
6 *Filiofamilias vel actori quorum contraximus facta solutio valet.*
7 *Vni ex reis credendi vel alteri ex socijs rectè soluitur.*
8 *Debitor coactus à iudice alteri soluere quā creditori an liberetur.*
9 *Secretum factum de debito an executionē impediat.*
10 *Soluens iudici aut apparitori exequenti liberatur.*
11 *Confessio de recepto facta à procuratore domino non nocet.*
12 *Procurator ad exigendum nec acceptum ferre neque nouare potest.*
13 *Procurator habens mandatum cum libera potest confessionem de recepto facere.*
14 *Procurator cui datum est mandatum ad debitum recipiendum & confessionem de recepto faciendam accepto ferre potest.*
15 *Debitor soluens videtur potius soluere indebitum quod ex publico debetur instrumēto quam quod ex chirographo.*
16 *Qui vinum aut frumentum debet non potest proco pecuniam soluere.*
17 *Debitor pecuniæ an in quocunque genere pecuniæ soluere possit.*
18 *Ex generali totius mundi consuetudine debitor in quocunque genere pecuniæ soluere potest.*
19 *More maiorum apud nos comparatum est vt pro pecuniâ vas argenteum solui possit.*
20 *Cum creditoris interest non debet illi solutio fieri in alio genere pecuniæ quàm mutuauerit.*
21 *Cum in contrahendo expressim dictum est vt in eodē genere pecuniæ soluatur in alio fieri solutio non potest.*
22 *An creditor inuitus teneatur accipere in solutum bona debitoris æstimata.*
23 *Authen. hoc nisi debitor. C. de solutionibus adamussim explanatur.*
24 *Non reperiri emptorem dicendum est quādo reperitur talis qui tamen iustum pretium non offerat.*

Quintæ Partis.

§. Decimus septimus. De solutione.

QVoniā totius executionis tractatus ad solutionis tendit effectum de ea pauca dicamus, summatim tñ vt solemus. Solutio vt legitima sit creditori fieri debet aut illi † cui soluere iusserit creditor. l. solutā. de solutionibus. Tutori quoque si soluta fuerit pecunia vel curatori vel procuratori vel cuilibet successori vel seruo actori proficiet quoque solutio † vt lex illa superior declarat. & l. 4. & 5. tit. 14. partita. 5. non solū autem procuratori qui mandatum à creditore habeat facta solutio tenet, sed etiā si fiat institori seu actori, qui publicè creditoris † rem gerebat, etsi de mandato non constet, secundum Guidonem decis. 173. Marito etiā dotale debitum rectè soluitur, vt in. l. doce ancillam. C. de rei vend. non idem cæteris in rebus nō dotalibus nisi modo † mulieris mandatum aut cōsensus accesserit: sicuti ostendit. l. tum maritus. C. de solutio. Bart. & reliqui in. l. maritus. C. de procurat. Item filiofamilias aut actori quibuscum † contraximus rectè soluitur, l. quod seruus. ff. de solutio. Bart. & Iason. in l. filius paciscendo. C. de pactis. Boerius decis. 182. numer. 32. Solutio quoque vni ex reis credendi vel alteri † ex socijs rectè fit. l. si vnus ex argētarijs. ff. de pactis. de quo tamen ne id pro re iudicata accipias videndus † est textus, & interpretes in. l. 2. ff. de duobus reis, & illic Ioannem Roncegallū. num. 11. & Iason in dicta. l. si vnus ex argentarijs. num. 2. An vero debitor coactus à iudice † soluere alteriquā creditori liberetur, consule Bartolum in. l. creditor. ff. de solutionibus. & Baldum in. l. falsus. C. de † furtis. col. penult. Iasonem consilio. 27. volumine. 3. Afflictū decisione. 150. Anton. Gabriel. in volumi. commun. opinio. libro. 3. titul. de solutione. conclusione. 11. Auenda. in dictionario, verbo, *fuerça*. Didacum Perez in. l. 2. tit. 10. libr. 3. ordin. quæst. 15. Azeued. in. l. 13. titul. 9. lib. 3. Recopilat. vbi ad summam hoc interesse aiunt: aut debitor creditoris causa exactus fuit & liberatio contingit: an culpa ipsius debitoris, & non liberatur †: quæ distinctio & ad causam secretti pertinere debet, iuxta ea quæ notat Bartol. in. l. mulier. ff. de lege commissoria, & Guido quæst. 340. & Francis. Curtius de sequestris. quæst. 16. & Auend. in dictionario, verbo *fuerça*. Debitor tamen vt Baldus superius inquit, bona debet fide versari & nihil in ea re dolo aut fraude agere vt sibi prodesse possit exceptio quin si manifestum est iudicem creditori iniuriam facere, appellare debet & creditorem certiorem facere vt sibi prospiciat, sicuti tradunt Didacus Perez, & Azeuedius loco modo citato. quando vero in dolo fraudeve versari debitorem dicendum est intelligere licet ex ijs quæ belle magnus ille iuris auriga Vlpianus scribit. in. l. si fideiussor. ff. mādati. Quibus omnibus addito. l. vēditor. §. solet. ff. de hæredit. vel actione vend. nam singularis est & doctores illius non meminere. Illud tamen interim te ignorare nolo, solutionem † iudici aut apparitori (scilicet exequenti) factam liberationem parere non secus ac si ipsi facta fuisset creditori. l. quæritur. ff. de distract. pign. Faber in. l. si eo tempore. C. codē titul. Auend. in cap. correctorum. 1. parte. cap. 17. num. 10. solutio autem de re aliena facta fideiussores an liberet consulito tractatū cōmopinio-

opinionum libr. 4. verb. debitor. Illud etiam obliuiſcendū non erit
11 quanuis † procuratori qui ad exigendum ſpeciale habeat mandatum rectè ſoluatur. l. vero procuratori. ff. de ſolutionib. Oportere tamen vt pecunia illi reuera numerata fuerit: alioqui ſi de ſolutione non conſtet confeſsio de recepto ſiue acceptilatio à procuratore facta ipſi vni nocebit, domino cæteriſque non nocebit, vt extat de ea re præclara laudataque Bartoli ſententia in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. peta. & quanquam Bartolo à multis reclamatum ſit vt eſt videre apud Tiraq. de retract. cōuen. §. 4. gloſſ. 6. nu. 12. & apud Pariſiū conſil. 41. 45. & 47. volu. 1. & Gutierriū allegatione 1. Attamen hanc quā diximus communem eſſe opinionem teſtatur Iaſon in. d. l. 2. §. fin. ff. ſi cert. peta. nu. 20. & Decius cō ſil. 493. volu. 4. & Suarez in l. poſt rem. quæſt. 3. nu. 15. & idē Tiraq. loco ſuperiori. & Greg. Lopez in l. 61. titul. 18. Parti. 3. & magis communem eſſe affirmant, Follerius in pragmatica de cenſibus. nu. 51. & Viuius in volum. cōm. opinio. lib. 21. opinione 68. Et quanquam ex recentioribus nonnulli adhuc ſedulò faciāt, vt hanc Bartoli ſententiam labefactent in quibus Zazius in l. Iulianus. ff. de confeſsis. & Emanuel Suarez in volu. cōm. opinio. verbo, confeſsio. & Dom. Franciſcus Sarmient. vir ſanè tam doctiſsimus quàm acutiſsimus libro 3. Selectarum. cap. 11. Atqui (ſi intertantos viros meam licet interponere ſententiā) Bartoli opinio vt communis ita quoq; verior videtur, nam procuratorē ad exigendum nec acceptum † ferre ne 12
que nouare poſſe iuris eſt notiſsimi. l. 2. ff. de acceptil. l. procurator cui. ff. de procura. l. nō abſtulit. C. de noua. & apud nos. l. 7. titul. 14. Parti. 5. Multo minus igitur confeſsionē de recepto facere ille poterit. l. ſi vnus ex argentarijs. ff. de edendo. Neque obſtat. l. Lucius. §. tutelæ. ff. de adminiſt. tuto. nam licet illic apocha tutoris noceat pupillo: attamen illic pecuniā tutori reuera ſolutam fuiſſe, & ex ipſius textus ſpecie apparet & ipſum verbum apochæ non obſcurè ſignificat: non enim apocha dicitur niſi quando reuera pecunia ſoluta fuit, vt declarat Iuriſcon. in l. ſi acceptolatum. §. inter. ff. de acceptila. Denique Bartoli opinionem quandoque vſu prævaluiſſe, autor eſt Boerius conſil. 25. nu. 5. Procedit autem cōmunis hæc opinio etiam ſi pro actoris confeſsio iureiurando fuerit confirmata, ſicuti placuit Ioan. Andr. in ca. fin. de ſolutio. Non eſt admittenda tamen quando procuratori † datum 13
eſſet mandatum cum libera & generali adminiſtratione, nam tum valeret eius confeſsio de recepto, ſecundum Bartol. in l. alio. nu. 22. ff. de alim. & cibarijs leg. cum talis procurator poſsit exigere nouare,

uare & aliud pro alio permutare vt in l. procurator cui generaliter. ff. de procura. & l. 7. tit. 14. part. 5. Sed neque habebit locum quando in mandato eſſet comprehenſum vt poſsit procurator debitū
14 accipere atque confeſsionem † de recepto facere: nam licet Bartol. adhuc eo caſu exiſtimauerit confeſsionem de recepto non præiudicare domino, verum Bartolo cęteri communiter refragātur, ſicuti illic teſtatur Iaſon. num. 23. & refragatur illi quoq; apud nos. l. 61. titul. 18. partita. 3. Sed neque illud erit obliuiſcendum debitorem pecuniam ſoluentem videri † potius
15 ſoluiſſe in debitum quod ex inſtrumento publico debetur quàm quod ex chirographo. l. cū ex pluribus quæ eſt num. 103. ff. de ſolut. Bart. in l. cum ex pluribus quæ eſt num. 97. eodem titulo de ſolutio. vbi adamuſsim edifferit in quodnam potiſsimum debitum ſoluta pecunia accepto ferenda ſit. Sed illud videamus, ſi vinum debeam
16 aut frumentū † & velim pro illo æſtimationem ſoluere an ſim audiēdus, & pleriſque placet me audiendum non eſſe ſed cogendum eſſe potius vinum aut frumētum ſoluere quoniam aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt: adeo quidem vt qui frumentum debet pro eo farinam ſoluere non poſsit hoc placuit Baldo. in l. 1. C. de fructibus & litium expēſis. colum. 2. huius etiam opinionis fuit Bartol. in l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. peta. num. 21. cuius opinionē communem eſſe teſtatur illic Iaſon. num. 4. ibiq; accuratè exponit regulam cum exceptionibus, quando aliud pro alio inuito cre- 81
ditore ſolui non poſsit. cui adde, l. ſi quis ſtipulatus. ff. de ſolut. His illud affine eſt vt dicamus, quod ex facto itidem † quæri ſolet an is 17
qui pecuniam debet in quocunq; genere pecuniæ ſoluēs liberetur. & tractant hanc quæſtionem Bartol. & reliqui, præſertim Decius & Curtius. in l. 2. §. mutui dario. ff. ſi certum petat. idem Bartol. in l. Paulus. ff. de ſolut. gloſſa. in l. ſi quis argentum. verbo, æſtimatione. C. de dona. Abb. in cap. quanto. ſub finem. de iure iurā. Petrus Lenauderij de doctoribus. 4. par. quæſt. 97. Pinellus in Rubrica de reſcind. venditio. capit. 3. num. 16. Sed breuiter ſcriptorū ſententias atque leges veteres cum noſtratibus coniungendo ita diſtinguendum arbitror. Aut pecunia debetur ex mutuo aut ex alia cauſa. Planè ſi ex alia cauſa quàm mutui debeatur in poteſtate erit debitoris vtram malit pecuniam ſoluere l. 1. ff. de contrah. empt. l. 1. C. de veteris numiſmatis poteſtate lib. 10. l. 6. tit. 14. lib. 6. Recopil. Aut vero debetur ex mutuo, & hoc caſu aliud leges aliud mores ferunt: quod enim ad leges attinet in diuerſa materia non rectè ſoluitur. l. Paulus. 1. & illic Bart. ff. de ſolut. l. cum

v. l. C. 21. Li C.

licum quid. ff. si cert. pet. Mores autē si spectes diuersum est cōparatū. Ex generali enim totius mūdi cōsuetudine increbuit vt debitor in quocūq; genere pecuniæ sol
18 uens † liberetur itaq; & argentea pro aurea, & ex diuerso ærea pro argentea rectè soluitur: huius consuetudinis fidem faciūt Bart. in l. 1. §. 1. ff. de auro & arg. leg. Bald. in l. libera. C. de sent. & interlo. omn. iud. Abb. in c. quāto. ad fin. de iureiur. Franciſc. Curtius de monetis. quæſt. 9. Boerius deciſ. 327. nu. 3. Rubeus cōſil. 148. & Pinellus in rubri. C. de reſcind. vend. 1. parte, cap. 3. nu. 16. Itaque huic cōſuetudini ſtandum eſſe vno ore ſcribentes cōſentiunt omnes. Nimirum quia ea quæ moris & conſuetudinis ſunt, etſi non exprimantur tacitè à partibus acta intelliguntur. l. quod ſi nolit. §. quia aſſiduè. ff. de ædilitio edicto. l. ſi prius. §. placuit. ff. de aqua pluuia arcen. l. ſemper. ff. de regul. iur. Quin hoc amplius apud nos more maiorum cōparatum eſt, vt pro pecunia quam
19 debeas † etiam vas argenteum, ſi illud tanquam argentum rude, id eſt, non ſignatum offeras in ſolutū dare valeas, vt autor eſt Ciſuentes in l. 70. Tauri. quæ Bartoli quidem fuit opinio in l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſoluto matri. & Iaſon in. §. in bonæ fidei. nu. 62. Inſtit. de actio. quanquam enim contraria opinio ab ſcribentibus magis recepta ſit, vt apparet ex Alcia. in l. 2. §. 1. nu. 12. ff. de verb. obligat. Verum quando cum Bartolo hodierni mores conſentiunt ij nobis ſequendi magis ſunt. Hæc tamen omnia accipere ita debemus niſi modo † ipſius creditoris in- 20
terſit ne in alia ſibi forma aliave materia pecunia ſoluatur, nā tum non aliter in alia forma aliave materia ſoluere licebit quàm ſi illi id quod intereſt præſtetur: ex illa lege Paulus. ff. de ſolu. & tradit Frā ciſc. Curtius in illo tracta. de monetis. quæſt. 9. & Aymon Crauete conſil. 47. Rubeus conſil. 17. & 75. & Afflict. deciſ. 90. nu. 2. & teſtatur communem Purpura. in l. eum quid. nu. 164. ff. ſi cert. peta. Tantumdemque erit ſi in contrahēdo † expreſsim dictum ſit, vt in 21
eodem genere pecuniæ nō in alio ſolutio fieri poſsit, quia id quod actū eſt pōtius quàm id quod conſuetum eſt, ſequendum eſt. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de verb. oblig. & tradunt Aretin. & Imola in l. non amplius. §. fin. ff. de leg. 1. & Purpura. loco modo citato, & Pinellus in rubri. C. de reſcind. vēd. 1. par. c. 3. nu. 16. Molinæus q; in tract. de cōmercijs. ad fin. nu. 812. Sed illud quoque debitores deſiderare † ſolent, vt bona ſua in cau- 22
ſam executionis capta æſtimētur, & ita æſtimata creditori addicantur, habentque in ſuas partes tam humaniſsimum, quàm apertiſsimum imperatoris beneficium in Authen. de fideiuſſorib. §. quod autem

Vulgo dicimus, por plata que brada.

autem colla. 1. ſummatim tranſcriptum in Authē. hoc niſi debitor. C. de ſolutio. vbi id apertiſsimis verbis definitum extat, idque habere etiam locum etſi obligationi adiectum fuerit iuramentū placuit Cephalo conſil. 195. libr. 2. & Ioſeph. Ludouico deciſ. 64. nu. 8. Illud tamen in dubitationem venit an illa authentica ſit accipienda duntaxat quando ante factam executionem debitor vtitur illius legis beneficio, nō vero poſtea, ne alioqui abrogare videatur ordinē traditum executionibus in. l. à diuo Pio. ff. de re iudic. nam id quidem ſentire videtur Alexand. in dicta l. à diuo Pio. §. in venditione. & Marantha in Specul. 6. par. titul. de executione. num. 11. Verum illam Authenticam procede
23 re etiam † facta iam executione reliqui ſcriptores conſentiunt, in quibus eſt Bart. in dicta Authent. de fideiuſſ. §. quod autem. num. 6. & in l. 2. §. mutui datio. numer. 21. ff. ſi certum petat. Baldus & Salycet. in l. cedo. C. de execu. rei iud. Angel. in. §. eum quoque. num. 2. Inſtit. de actio. Montaluus in l. 2. titul. 20. lib. 3. fori. Gregor. Lopides. in l. 3. titul. 14. part. 5. Afflict. deciſio. 358. Vt tamen illa Authentica locum habeat quatuor requiruntur: primum vt debitor pecuniam numeratam non habeat; alterum vt ex bonis debitoris creditor optimam quamque rem eligere valeat, tertio quòd debitor de euictione caueat, poſtremo vt non reperiatur emptor qui bona velit emere, quæ omnia colliguntur ex illa Authent. & tradit Ripa in l. 2. §. mutui datio. ff. ſi certum peta. & Roman. conſil. 163. & Natan. conſil. 344. & Burſatus conſilio. 9. lib. 1. Emptorem autem non reperiri intelligere debemus, etſi talis reperiatur † qui iuſtum tamē 24
pretium nō offerat. l. 2. & ibidem Baldus. C. ſi in cauſam iudicati pignora capta ſint. Afflict. deciſ. 358. nume. 6. Probat etiam. l. ſi deſerta. C. ſi propter publicas penſita. Num vero illius Authenticæ renuntiatio valeat, legito Bartol. in dicta Authent. de fideiuſſo. & Alexand. conſil. 37. volumi. 2. nu. 6. Ripa in. l. 2. §. mutui datio. ff. ſi certum peta. Gregor. Lopez. in. l. 3. titul. 14. par. 5. Sat ſcio illius Authenticæ deciſionem moribus alicubi obſeruari, alicubi non. Verum ego quæ iure placita ſunt de monſtro: mores autem iuri aduerſos quantum ponderis & momēti habituri ſint viderint alij.

Alia de ſolutione vi de ſupra. §. 11. nu. 30.

SVMMARIVM.

1 *Decima quando debeatur. cum ſeq.*
2 *Conſuetudo non poteſt efficere vt plus decima ſoluatur.*
3 *Conſuetudo ſoluendæ decimæ vnde originem traxerit.*
4 *Decima eſt ſoluenda in eodem genere debiti.*
5 *Decima executionis ſtricti iuris eſt.*
6 *Quantum temporis ſit neceſſarium vt cōſuetudo exigēdæ decimæ præſcripta dicatur.*

Con-

7 *Consuetudo vt præscripta dicatur quanto tempore indigeat.*
8 *In exigenda decima spectanda est consuetudo loci vbi sunt pignora in executionem capta.*
9 *Non debetur decima cum debitor recta in rei possessionem mittitur.*
10 *Creditoribus se executioni opponentibus, an ex eo toto decima debeatur.*
11 *Cũ executio irritatur an decima debeatur.*
12 *In regalibus vectigalibus non tota decima debitur.*
13 *An id ad redditus magnatum pertineat.*
14 *Decima non debetur quando fit executio pro pœna pecuniaria vel pro ipsa decima.*
15 *Decima an debeatur ab ecclesiæ œconomo.*
16 *Cum executor datus est cum salario decimæ cessat exactio.*
17 *Decima exigi antea non potest quàm creditori satisfactum fuerit.*
18 *Creditore accepto ferẽte debitum vel diem solutionis prorogante executor decimam exigere potest.*
19 *Cum pignora in executionẽ capta toto debito soluendo paria non sunt pro rata decima exigi debet.*
20 *Pactum factum à creditore cum executore super decima debitori prodest, sibi non prodest.*
21 *Ex vno eodemque debito non nisi vna decima debetur.*
22 *Fideiussore in reum executionem petenti decima altera non debetur.*
23 *Delegatione facta altera debetur decima.*
24 *Cum aliud pro alio constituitur altera debetur decima.*
25 *Facta executione si datis aliis fideiussoribus ab executione recedatur an altera decima debeatur ex secunda executione.*
26 *Fieri potest vt multiplex sit obligatio vnũ vero tantum debitum.*
27 *Regula quando ex secunda executione altera decima debeatur.*
28 *Debitore intra viginti quatuor horas post factam executionem soluente decima non debetur.*
29 *Satis est creditorem intra viginti quatuor horas debitum acceptum ferre vt decima non debeatur.*
30 *Debetur decima etsi debitor intra viginti quatuor horas bona offerat in solutum creditori.*
31 *Cum reus non totum debitum sed partem obtulit an integra debeatur decima.*
32 *Decima eius quod plus petitum fuerit creditorem onerat.*
33 *Protestatio à creditoribus facta in exequẽdo an illis prosit.*
34 *Cum alter iudex incœpit executionem, alter vero finẽ imposuit, vtri debeatur decima*
35 *Pecuniariæ pœnæ diuidi quemadmodũ debeant inter successorẽ iudicẽ & decessorẽ.*
36 *In re dubia & difficili non est ratio dandũ si iudex per medium quæstionem scinderit.*
37 *Cum executio fit per relationem seu requisitorias literas vtri iudici debeatur decima.*

SEXTA PARS DE DECIMA, SEV executionis sportula.

§. Vnicus.

ADEXTREmum, quoniã omnem executionis materiam executi sumus: reliquũ est, vt de executionis decima dicamus, paucis tamẽ ne lõgior nostro instituto fiat sermo: atque vt res dilucidior fiat regulam cum exceptionibus exponam. Sit igitur regula. Decima *Regula.* debetur à reo executori ratione executionis † hoc modo: in regalibus auditorijs omnino: alibi vero pro more regionis vbi res agitur, 1

tur idest, illic tantum debetur vbi illius exigendæ consuetudo fuerit, quæ quidem cõsuetudo, vt minus quam decima soluatur efficere potest, plus vero vt soluatur nõ 2 potest †: hæc conclusio probatur cum aliàs passim, tum in l. 7. titu. 21. & l. 1. titul. 31. libr. 4. Recopilationis. Istiusmodi igitur sportulæ exigendæ ratio à consuetudine potissimũ pendet: quod enim ad ius attinet pro iure dicundo iudices exigere nihil possunt, vt in Authen. de mandatis principum. sub principium. cap. cum ab omni. de vita & honesta. clericorum. Pedaneisq; tantum iudicibus permissum erat, vt duos aureos in principio litis, atque duos in fine ab vtraq; parte percipere possent, vt in Authenti. de iudicibus. §. si quis autem. collat. 2. Porrò vt illic annotat glossa, illorum aureorum exactio in desuetudinẽ abijt moribusque est vsurpatum, vt alicubi decima alicubi vigesima sportulæ nomine solueretur, & fortasis illius glossæ exemplo manauit vsque ad nos, vt in causa exe- 3 cutionis † decima soluatur, vel verius ex Authentica de litigiosis. §. adexcludendas. collat. 8. vbi is qui per calumniam litem mouisse deprehẽditur in decima parte litis mulctatur. Decima vero, hęc nõ omnino in numerata pecu- 4 nia exigi potest †, sed prout debiti genus fuerit, id est, si pro pecunia executio petita fuerit, in pecuniã si pro tritico, in tritico decimæ faciendæ solutio erit, sicuti leges ipsæ Regiæ satis significant & hodierni mores abundè declarant. Constat autem huius sportulę exigendæ ius strictim non ample interpretãdum esse, tum quia onus continet, odia vero restringi, & fauores conuenit ampliari †, tum 5 quia ea quæ moris & consuetudinis sunt strictim non ample interpretanda sunt, secundum Iasonem in Authen. quas actiones. C. de sacro sanctis eccles. & Felin. in cap. auditis. de præscript. non miretur ergo quispiam si nos nullas huic regulæ ampliationes addidimus non enim est res hæc amplianda, sed restringenda potius.

PRIMA sit igitur exceptio, *Prima limitatio.* seu limitatio. Decima, seu quid aliud istius sportulæ nomine alibi præterquam in regalibus auditorijs exigi non potest, nisi illic vbi illius exigendæ viguerit consuetudo, eaque legitimè præscripta fuerit, etenim quando in lege de consuetudine fit mentio de præscripta intelligendum est. cap. Cumana. de elect. Angelus in. l. si diutina. ff. de legibus. Videamus igitur 6 quantum temporis † spatium ad hanc consuetudinem præscribendam necessarium sit, & inter scriptores cõmuniter conuenit, quando consuetudo est contra vel præter ius ciuile, decem annorũ tempus sufficere. Atque idem quando est præter ius Canonicum, seu

Pontificium aliud vero si Pontificio iuri aduersetur, quia tum quadraginta annorum præscriptione opus est, hæc est omnium scribentium † communis sententia, teste Panormitano in cap. fina. de consuetudi. numer. vndecimo. & Iason in l. de quibus. ff. de legibus. numero. 43. probatur in. l. quinta, titul. secundo. Parti. prima. & illic quoque tradit Greg. Lopides. Ergo vt hæc sportula iure exigi valeat in foro seculari decem annorum cõsuetudo satis erit, tametsi Auendanus in cap. correct. prima parte, cap. 17. nume. primo. nullo iure sentiat immemorialem necessariam fore citans in eam rem legem quandam Regiam quæ tamen id non probat. Quantum vero ad forum ecclesiasticum attinet, quadraginta annorum consuetudo necessaria erit, cum illi iuri consuetudo hæc contraria sit, hoc vero tempus si effluxerit validam, etiam in foro ecclesiastico hanc esse consuetudinem magis probandum est, licet enim aliqui repugnent: hanctamen communem esse opinionem affirmat Vinius in volumi. commun. opinio. libro. 2. opinione 259. Erit deinde regula hæc limitanda, ex. l. 31. titulo quarto, libro tertio Recopilationis. qua definitum extat decimam non deberi, quando in loco vbi sunt bona, aut domicilium rei est consuetudo †, vt decima non soluatur, licet in loco iudicij contraria vigeat consuetudo, sicuti latius illa est lege comprehensum. Errauit igitur Auendanus (pace doctissimi viri dicere liceat) qui illius Regiæ legis immemor contrarium scripsit in capitulis correctorum. 1. parte, cap. 17. sub finem. Quanuis enim lex illa nominatim ad præsides illos prouinciarum (*quos vulgo adelantamientos appellamus*) lata sit, generaliter tamen erit accipienda, sicuti alibi me dixisse memini, & probat glossa in. l. à Diuo Pio. §. à se. ff. de re iudicata. Modus igitur decimæ exigendæ sequendus est, ex more regionis vbi facta fuit executio non vbi petita fuit, quod & probare videtur. l. missi opinatores. C. de exactoribus. libro. 10. & l. forma. ff. de censibus. & l. rescriptum. §. fina. ff. de muneribus & honorib. Atque item confirmat quod tradit glossa in. l. prima. C. quo in loco mulieres. libro. 11. & Iason in. l. cum quædam puella. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ex quo intelligi potest, non tam legem Regiam quàm Auendani opinionem à iuris regulis deuiare. Tertio, cessat etiam hæc regula, quando actor mittitur in possessionem eiusdem rei in sententia, aut instrumento comprehensæ, nam tum nullus ordo executionis est necessarius †, sed è vestigio mittitur actor in possessionem, vt superius scripsimus, & tradunt Bartol. Paulus, Alexand. & Iason

7

Limitatio. 2.

8

Limitatio. 3.

9

Iason in. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata. Atque ita in hac specie decimam non deberi, scribit Auend. in cap. Correct. 1. part. cap. 17. nu. 6. cui ex diametro refragatur Baldus in Authen. generaliter. C. de episc. & clericis. Verum Auendani opinio nostratibus legibus magis est consentanea, quippe quæ deberi tantũ decimam significant, cum executio fit in alia re quàm quæ instrumento continetur, obseruatis, scilicet, hastarum & addictionum solennibus, atq; eo iure vtimur: nec interest, an ex actione reali an personali actor in possessionem mittatur licet Auend. contrarium sentiat idem enim iuris vtrobique est cum vtroque casu hastarum & addictionum solẽnia cessent. Ex quibus decidi potest quæstio illa quæ in vsu plerunq; venire solet in specie hac. Titius petijt † executionẽ aduersus Scium defunctum: cæteri creditores executioni se opponunt petentes se illi anteferri. Iudex itaque pro cuiusque nominis prærogatiua iubet ex bonis debitoris creditoribus satisfieri facta, scilicet, per arbitros bonorũ æstimatione. Quæritur an ex omnibus debitis decima debeatur & dicendum est ex summa tantum de qua fuit executio petita decimã deberi in hac enim non in cæteris hastarũ intercesit solennitas. Cõfundi ergo non debeat. l. prima. C. de impo. lucra descript. lib. 10.

10

Rursus superior conclusio locum non habet quando pronũtiatum fuerit executionem nullam, aut irritam esse: puta vel quia instrumentum non merebatur executionem, vel quia in † exequendo aliquid ex solennibus defuerit: nam tum nec à reo neque ab acto reporterit iudex decimam exigere, quippe cum eius culpa id acciderit, sicuti expressim est definitum in. l. 35. titul. 4. libr. 3. Recopilationis. Non idem si iniusta fuerit executio pronuntiata, nam eo casu in fraudem creditoris res recidet cuius culpa iniustè facta fuit executio, vt declarat. l. 8. & 9. titul. 21. lib. 4. Recopilationis. & tradit Auend. in cap. correctorum. 1. parte, cap. 17. numer. 10. Præterea cessat etiam superior regula in vectigalibus cæterisq; regalibus redditibus, in quibus huius sportulæ nomine amplius quàm trigesima non debetur †, atque ne ea quidem integra, sed quatenus centum quinquaginta nummos non excesserit, vti latius est comprehensum in. l. octaua. titul. 21. libro quarto. & l. 13. titul. septimo. libr. nono Recopilationis. Quæstionis est tamen an leges illæ ad vectigalia magnatum † redditusve Reipublicæ porrigendæ sint? Et planè cum vt superius diximus tota huius sportulæ ratio potissimum à consuetudine pendeat cuiusque fori consuetudo quæ modo præscripta legitimè fuerit sequenda

Limitatio. 4.

11

Limitatio. 5.

12

13

in ea re erit, secluſa vero conſuetudine magis eſt probandum leges illas Regias ad huiuſmodi redditus magnatum rerumve publicarum non pertinere. Diuerſam enim hic cauſam eſſe multis iuris docemur exemplis, quale illud, quod à pleriſque traditum eſt, tametſi Regia vectigalia nulla temporis præſcriptione acquirantur, vt in.l.6.titul.29.Part.3.& l.2. titul.15.libr.4.Recopil. atqui ſi eadem vectigalia ad priuatam perueuerint perſonam præſcriptioni longi temporis locum fore, vt autor eſt Bartolus in.l.ſi publicanus. §.in omnibus. ff.de publica. & vectig. Balbus de præſcriptio.2. par. 5.principal. quæſt. 4. Bertachinus de gabellis.1.par. nu.27. Huc etiã pertinet, & illud quod traditum eſt ab Auendano in cap. correct. 2.part.cap.12.num.10. & nos ſuperius probauimus adiectiones illas quæ in licitatione regalium vectigalium admitti ſolent, in magnatum rerumque publicarum redditibus locum nõ habere. Aliam inſuper exceptionem ad illam regulam colligere facilè poteris ex l.12.titul.13.lib.2.Recopil. quando

Limitatio.6.

14 executio† facta fuit pro pœna pecuniaria fiſco debita: ceſſat enim ea in ſpecie decimæ exactio, id quod etiam probat.l.7.titul.21. libro 4.Recopilat. Quæ res præſtat mihi argumentum, vt dicamus ſi pro hac ipſa decima rurſus executio petatur, decimam iterum non deberi, nec enim vna res duplici debet onere prægrauari.l.2. ff. ad legem Rhodiam de iactu. neque ex vſuris vſuras licitum eſt petere, vt in.Leos.C.de vſuris. & alias ſæpè & in.l.1.ff.de vſufructu legato. Æquè etiam dicendum videtur decimam non deberi ab eccleſiæ œconomo, cum illum pro debito eccleſiæ executio facta fuerit, vt non obſcurè probat Authen.ſed hodie.C.de epiſcopis & cleric. Vtrum vero earum legum beneficiũ apud nos exoleuerit ex cuiuſq; fori † conſuetudine tute melius inſtrui poteris, nam vt diximus per multum in hac re conſuetudo valet. Huic proxima eſt, & illa limitatio vt dicamus ſuperiorem concluſionem locum non habere quando iudex certo in ſingulos dies conſtituto ſtipendio ad executionem peragendam datus fuerit, vt extat definitum in.l. 11. titul.21.libr.4.Recopilationis. Ex vno ſiquidem officio† inciuile eſt 16 duplex exigatur ſtipendium. cap. cum olim. & illic claſsici omnes de re iudicata. Illa etiam ſuperioribus addẽda erit exceptio, quod decima exigi non antea iure poterit quàm ſi prius creditori ſatisfactum fuerit.l.10.titul.6.lib.3. & l.7.titul.21.& l.1.titulo.31. libro 4. Recopilationis.& l.31.titul.4. lib. tertio eiuſdem voluminis: quanquàm non† omnino neceſſe erit, 17 vt præſens ei pecunia numeretur, ſed ſi creditor debitum accepto

Limitatio.7.

Limitatio.8.

15

Limitatio.9.

pto tulerit vel diem prorogauerit
18 ſatis erit†, vt decima exigi valeat, vt ſcribit Auend.in dicto cap.17. nu.6.& Didac.Perez in.l.21.titul. 14.lib.2.ord. quorum opinionem confirmare rectè poſſumus ex.l.ſi rem alienam.§.omnis.ff.de pign. actione.atque ex l.4.ff. de manumiſſis vindicta.atque item ex l.fi. C.de cõditio.inſertis, eoque iure vtimur, & probãt illa Regiæ legis verba quã primo loco citauimus: Haſta, inquit, *que el dueño de la deuda ſea pagado y ſe diere por contento, o las partes ſe concertaren.* Adde q̃ ſolutionis verbo ſatisfactio omnis cõtinetur. l. ſolutionis verbo. ff. de verb. ſignif.l.41.§. condemnatũ.ff. de re iudi. Ex quo & illud probandum eſt ſi bona ad totum debitũ
19 exoluendũ † imparia fuerint decimam prorata tantum eius, quod ſoluitur exigi poſſe. Quin illud etiam probandum videtur ſi creditor in gratiã debitoris litẽ differat, atq; interpellatus à iudice executionẽ non proſequatur poſſe iudicem decimã exigere, ex ijs quæ affert Decius cõſ.70.volu.1. nu.2. quæ quoniã lõgiora ſunt miſſa facimus. Item ſi creditor cũ executore paciſcatur de quantitate decimę in fauorẽ debitoris quod in ea re pactũ conuentũ, fuerit ratũ erit debitoriq; proficiet, cũ iuri ſuo renuntiare prohibeatur nemo. l. ſi quis in cõſcribendo. C. de pact. &
20 ita vtimur †: non idẽ tamen erit ſi creditor in paciſcẽdo ſibi nõ debitori cõſulat, id eſt, ſi paciſcatur, vt executiõe forte reſciſſa tota ab eo nõ exigatur decima: talis enim pactio noſtrati iure prohibita eſt in l.40.titu.4.lib.3.Recopil. Sed cur tam diuerſum? quia in debitoris commodum factum pactum fraudem nullam continet, ſecus quando fit in cõmodum ipſius creditoris, quia ceſſat tum metus ſoluendæ decimæ qui quandoq; coercere creditores ſolet ne iniuſtã executionem intendant. Accedit & *Limitatio.11.* his alia eademque non minus elegans exceptio q; ex vno eodemq; debito tametſi multoties executio † fieri contingat, nõ niſi ſemel 21 decima debetur.l.10.titul.6.lib.3. & l.7.titul.21.& l.1.titul.29.lib.4. Recopil. Etiam ſi is iudex qui modo executionẽ fecit non ſit idem qui priorem fecerit executionem vt intelligere licet ex l.65.titul.4. libr.3.Recopil.quæ notabilis quidem eſt, nam iure cõmuni aliud placuerat Maranth. in ſpeculo.6. part.titul.de inquiſitione.nu. 99. Ergo ſi fideiuſſor † in quem prius 22 executio facta eſt rurſus in reum principalem executionẽ petat, dicendum eſt, ex iſta ſecunda executione decimam neutiquã deberi: nam quanuis rei & fideiuſſoris nõ vna, ſed duplex ſit obligatio acceſſionis tamẽ iure loco vnius habetur.l.generaliter. ff. de fideiuſſ. l.& per iuſiurãdũ.§.& ſi fideiuſſori.ff.de accept.l. Græcè.§.illud. ff. de fideiuſſ. De hinc quanuis du-

plex sit obligatio, debitum tamen vnum tantum est. l. si plures. ff. de pact. glo. in l. 3. §. fin. ff. de duobus reis. Cum igitur fideiussoris, ac rei vnum atque idem sit debitum, vna duntaxat decima defunguntur ambo: quòd si quis est qui hoc nõ ꝓbet haud sanè scio quid sit in quo leges Regias admittendas putet. Non tamen idem erit si executione in me facta nomẽ debitoris mei in solutum creditori
23 meo dederim, quæ propriè † delegatio dicitur, nam executione in delegatum postea facta alterã deberi decimam dicẽdum est: cum nouum hic debitum cõtrahatur. l. delegare. ff. de noua. l. 3. C. eodẽ titul. Sic etiam si cum centum aureos deberem pro eis centum (verbi gratia) modios tritici dare con
24 stituam † probandũ erit ex secunda executione iterum decimam exigi posse: aliud enim hic est debitum. l. si ita fideiussorẽ. & l. Græcè. §. Stichum. ff. de fideiuss. Quid ergo si alijs fideiussoribus num de nuò datis ab executione in me facta recedatur, an ex secunda exe-
25 cutione postea in me † vel posteriores fideiussores facta decima iterum debeatur? Et illud quidem expeditum est si in secunda obligatione cautum non sit, vt à priore recedatur semel tantum decimam deberi, si quidem tum nouatio non cõtingit, & licet duæ sint obligationes, vnum tamen duntaxat intelligitur esse debitum. l. 2. ff. de noua. l. fin. C. eodem titul. l. 15. titul. 14. Parti. 5. Atque proinde neque priores fideiussores liberantur, neq; prioris obligationis prærogatiua tollitur, vt diximus superius 1. part. huius capitis, limitatione 6. Porrò si in secũda obligatione expressim actum sit, vt à priori recedatur, hic dubitationis est, an iterum decima debeatur? & id forsan cuipiam videbitur, quia nouatione facta prior perimitur ac noua constituitur obligatio. l. 1. ff. de noua. Verius est tamen, vt dicamus, & in hac specie semel tantũ deberi decimam: quanuis enim verum sit priorem obligationem perimi, atq; nouam constitui: cæterùm cum ipse reus principalis adhuc pro eodem debito remaneat obligatus, idem non diuersum debitum iudicandum est, ex glossa in §. si minus. Inst. de actionibus. & cap. hi qui. de præbend. in sexto. l. si noxali. §. est etiã quæsitum. ff. de peculio. & quæ tradit Bald. in l. si à te. C. de pactis inter emptorem & vendit. & Bart. in l. dies cautionis. ff. de damno infecto. Itaque licet duplex sit obligatio, idem tamen est debitũ ex vna in alteram obligationem transfusum. l. quod debitori. ff. de donat. causa mort. l. duobus. §. exceptio. &. §. sequens. ff. de iureiurando. In hoc autem genere quæstionis non est quærendum an diuersa sit obligatio, sed an diuersum sit debitum, nam leges Regiæ non ex vna

vna obligatione, sed ex vnò debito plusquam semel decimam non deberi definiunt, fieri autem
26 nihil prohibet †, vt multiplex sit obligatio vnum vero duntaxat sit debitum. l. non vt ex pluribus. ff. de regulis iuris. Sed quid multis? cum hanc nostram sententiam leges ipsæ Regiæ apertissimè ostendere videantur? Latissimè enim illarum verba patent, præsertim illius legis primæ, titulo. 29. Sic enim ait. *No lleuen derechos de execucion mas de vna vez por vna misma deuda, y aunque las partes se concerten en dar alguna espera, o dilacion, si venido el plazo se tornare a fazer execucion, no lleue derechos della el que la fiziere, &c.* Et ad summam (ne de singulis agam) generaliter illud te
27 nendum est † quoties secũda obligatio ita contrahitur, vt adhuc ipse reus principalis pro pristino debito remaneat obligatus ibi ex secunda executione decimã non deberi: cõtra vero si secunda obligatio, ita cõtrahatur, vt reus principalis obligatus non remaneat, nam tum ex secunda executione iterũ exigi decima poterit, quod genus fuerit si facta in me executione ego expromissorem dederim, id est, eum qui omnem in se obligationem trãsferat, ita vt ego liber omnino ab obligatione remaneã, is enim expromissor propriè dicitur, vt alibi diximus: dicendum est enim hoc casu ex secunda executione in expromisso rem facta iterum decimam deberi, nam non tantum hic noua est obligatio, sed nouũ etiam est debitum. l. sed etsi. §. non solum. ff. ad Macedoni. l. si Stichum. §. si ab alio. ff. de noua. l. 15. titu. 14. Part. 5. Afflictus decisio. 353. Est præterea supradicta regula limitanda, vt locum non habeat si anteaquã executio facta fuerit reus debitũ obtulerit, nã tum etsi executio iam petita fuerit decima non debetur sicuti iam pridem à Rege nostro Philippo cautum est in. l. 8. tit. 21. lib. 4. Recopil. Quinimo nuperrime proximis comitijs † Madritij 28
habitis ab eodem Philippo, tam humanissimè, quàm consultissimè statutum est, vt facta debiti solutione intra viginti quatuor horas, quàm facta est executio decima non debeatur: ibidemq; paulò pòst definitum fuit executione in absentem facta viginti quatuor horas currere exinde ex quo denuntiatio executionis facta fuerit debitori vel in personã vel ad domum, vt habetur in. l. 21. tit. 21. lib. 4. Recopil. Cuius constitutionis sensus, quanquam apertior sit quàm vt nostra indigeat interpretatione, quia tamẽ quotidiana res est, & quotidianas res persequimur, pauca ad illius intelligẽtiam adnectam. Et illud in primis palã est creditorem vel executorẽ oblatã pecuniã recipere detrectãte necesse esse, vt ea per officiũ obsignetur, atq; apud secrestũ deponatur

Limitatio. 12.

iuxta textum in. l. acceptam. C. de vsuris. & l. obsignatione. C. de solutio. l. fideiussor qui minori. ff. de fideiussorib. Boerius decis. 123.

Post hanc nostrã scripturã hæc nostra opinio probata est in comitijs Madritijs, anno 1582.

Quid vero si debitor pecuniã non numerauit, sed aliter creditori satisfecit, scilicet, intra viginti quatuor horas, an decima debeatur? & puto non deberi: solutionis enim verbum in regia lege expressum satisfactionem omnem comprehendit. l. si rem alienã. §. omnis. ff. de ligno. actio. l. solutionis. ff. de verbor. sign. l. 4. §. condemnatum. ff. de reiudi. Quid ergo si debitor paratus sit † bona in solutũ creditori inuito dare, iuxta Authent. sed hodie. C. de solutio. an ea oblatio satis sit ad decimam excusandã? & non puto, nam vt ait Bart. in. l. prætor ait. §. si quis paratus. ff. de noui operis nũtia. *Omnes leges quæ dicunt sum paratus soluere debent intelligi quod debeat ire cum denarijs in manu.* Sed finge debitorem non totum debitum, sed partem offerre quæro an eius pecuniæ quam offert decima debeatur? Et tametsi multa sint quibus defendi possit decimam deberi, præsertim. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsuris. humanius est tamẽ vt decimam oblatæ pecuniæ non deberi † dicamus, tum ex l. quidam existimauerunt. ff. si cert. pet. & l. qui solidum. nu. 80. ff. de leg. 2. atque ex cap. suam. de pœnis. Tum ex his quæ affert Bald. in. l. acceptam. C. de vsuris. & Curtius Iunior. consil. 122. nu. 69. & Christophorus Porcius in princip. Inst. quib. modis tollitur obligat. nu. 12. Vbi aiunt debitore partim debitum cõfitente partim negante cogendum esse creditorem partem agnitã recipere. eamque communem esse opinionem testãtur, & deniq; hæc nostra opinio probari non obscure videtur in. l. 6. titul. 14. lib. 6. Recopil.

Limitatio. 13.

Postremò ad superioris regulæ limitationẽ animaduertisse oportebit ad creditorẽ plus debito petentem decimam eius quod plus petitum fuerit pertinere † non ad debitorem, vt expressim cautum est in. l. 8. & 9. titul. 21. lib. 4. Recopila. In vsu tamen solent creditores in petenda executione testari acceptolatos esse quod apparuerit legitimã solutum esse: quæritur an hac protestatione liberetur creditor ab exactione decimæ? & placet quidem id Didaco Perez in. l. 21. titul. 14. lib. 2. ordin. ex sententia Ant. de Butrio in cap. 2. de libelli oblatione. Sed † verius est quod scribit ibidem Abbas num. 28. talem protestationem quæ aduersus leges fit nihil prodesse plus petenti: nisi modo is iustam ignorantiæ habuerit causam: Abbatis autẽ opinionẽ sequitur illic Felin. & cõmunẽ testatur ibidem eiusdem Abbatis scholiastes, seu additionator (vt vocant.) Cum ergo hæc creditoris protestatio aduersus Regias leges fiat quibus cautũ est, vt creditor iurato debitã quantitatem

titatem declaret: fit vt non aliter dicamus eiusmodi protestationem creditori prodesse, quàm si iustam ignorantiæ habuerit causam, putà si defuncto cuius est hæres pecunia soluta sit vel forsan ipsius institori. Eodem pertinet. l. qui solidum. nu. 80. ff. de lega. 2. & l. si idem cum eodem. §. primo. ff. de iurisd. omn. iud. atq; cap. fin. de rescript. atq; de his satis. Quæstionem tamen illam quãdo ante pecuniam executionẽ à decessore successor perfecerit † vtri decima debeatur quoniã quotidiana res est dispiciamus oportebit, & habet ea sanè nonnihil dubitationis. Nã scriptores versantes quæstionem illam haud dissimilẽ quando per statutũ ius ex debeat habere partem pœnæ pecuniariæ, in qua est reus damnatus † an potior sit decessor quàm successor vario modo sentiũt. Quibusdam enim placet potiorem esse debere posteriorem iudicem, in quibus est Bald. in. l. fin. C. de fructib. & litium expẽsis. & idem sentire videtur Bartolus in. l. susceptores. C. de suscepto. & arcarijs libr. 10. & Alberic. in. l. lege Fauiana. ff. de manumiss. & Guido Papæ decis. 535. & hanc ex nostratibus amplexus est Montaluus in. l. 4. titul. 17. libr. 4. Fori. adijciẽs vsu ita seruari. Porrò prioris iudicis partes defendũt, idem Bald. Imol. & Alex. in. l. fin. ff. de iurisd. omn. iudi. Ias. in. l. more. nu. 22. eodem titul. Decius. cons. 492. volu. 4. nu. 5. & hanc testatur communem esse opinionem Boer. de cisio. 5. nu. 18. & Aulesius in capit. correct. cap. 15. nu. 35. & hanc secutus Auendanus in eodem titul. 1. part. cap. 17. num. 10. in proposita quæstione de decima respondit prioris iudicis partes potiores esse. Sunt vero alij qui medium amplectentes decimam inter vtrũq; iudicem partiendam esse putant, in his est Paris de syndicatu. §. prouentus. nu. 4. & alij quos memorat Auend. loco superiori, & quãtum experimẽtis consequor hæc moribus magis increbuit sententia: hanc ergo non immeritò sequemur. Quanuis enim Accursius in. l. Nensennius. ff. de negot. gestis. glossa finali. scribat rusticorum esse in re dubia per medium quæstionem scindere: verum & à prudentibus † etiam id optimo exemplo vsurpari probant multi apud Boerium decis. 42. nu. 39. & apud Decium consil. 228. volu. 2. Iam illud ad extremum quoniam non minus frequens est omittendum non duxi. Iudex apud quem executio est petita cum bona debitoris extra suum extarent territorium dedit † per relationem literas (quas vulgo requisitorias appellamus) ad iudicẽ vbi extãt bona, vt is executionem faceret quæ sitũ fuit ac sæpè quæritur vtri iudici decima debeatur, & hic aliud quidem ius, aliud suadet æquitas. Nam stricto quidem iure dicendũ

est pertinere decimam ad iudicem apud quem petita executio fuit, nam ille alter istius vice fungitur, & quicquid agit istius, tanquam minister agit. l. prima. §. qui mandatam. ff. de officio eius cui manda. est iurisdictio. cap. pastoralis. §. quia vero. de officio delegat. Authē. vt nulli iudicum. §. si quis vero comprehensorum. collatione 4. Bartol. & reliqui in. l. à Diuo Pio. §. sententia. ff. de re iudi. cap. hi qui. de præben. in sexto. eòdem pertinent quæ affert Guido decisione 23. vbi in discolorum morum varietate spectandam potius esse ait consuetudinem fori iudicis requirētis quàm iudicis requisiti. Cæterùm si æquitatem spectamus magis probandum videtur, quando iudex requisitus executionem peregit, bona addixit, & creditori denique satisfecit, vt inter ambos iudices decima diuidatur, vti superiore quæstione diximus. Hæc habui quæ de instrumenti executione dicerem quibuscum huic altero rerum quotidianarū libro finem imponimus: eo autem (qui nunc operi cumulus accesit) futurum spero, vt vel aliqua ex parte satisfactum sit desiderio, quod prioris libri exiguitas non paucis eisdemque doctis probisque reliquerat hominibus. Fruere igitur (candide Lector) & si quid belluli hic interlegendum comperies in pretio habeto: sin minus boni consulito, & quæ tui causa ad te dedimus, fac pro tuis habeas, & tanquam propria tuearis. Vale.

Finis libri Secundi rerum quotidianarum,
sit Dominus benedictus, Amen.

IOANNIS YAÑEZ PARLADORII IVRISPERITI, DE RATIONE IVRISDICENDI, Epistola ad Ioannem & Hieronymum filios, quam & vt cæteris prodesset Scholaribus publicam esse voluit.

QVM vos Ioannes, & Hieronyme filij, nuper Salmanticam ad iuris delegauerim studium, atque ne quid vobis desit præcipua cura sit mihi, paterno item officio conueniens esse putaui, vt quam rationem in eo negotio (seu potius dixerim otium) inire debeatis, vos per literas admonerem ne alioqui temere procedētes, ego oleum vos operam (vt est in prouerbio) perdamus. Paucis id tamen simul, vt facilius id percipere possitis simul ne ad hanc studendi artem alia quoque arte (vt quidam fecere) opus esse videatur. Hæc vero quæ dixero nauci vobis facienda non esse, vel id satis esse arbitror à patre esse dicta. Nam amabò quæ charitas paternam potest vincere charitatem? ecquis pro filio prospicere accuratius poterit quàm pater: cuius in filio tanquā per manus mortalis alioqui ac fragilis perpetuatur conditio? Quid enim aliud est filius (vt quidam rectè dixit) quàm renascens pater? Sed & illud vobis persuasum esse velim, hæc paterna si amplexamini hortamenta non leue vobis emansurum emolumentum. Enim vero quisquis rem aliquā gerere rectè cupit illud in primis summa debet ope niti, vt ante omnia illius rei efficiendæ modum inuestiget, consilium ac rationem intelligat & intellectam ad vnguem obseruet. Sanè cuique rei suus inest modus atque, cuius momenta si obserues facillimè ad optatum peruenias euentum, & contra si negligas magnis distringaris impedimentis. Principio autem illud quanquam notissimum admonuisse oportebit, quod non solum iuris studiosis omnibus, sed cæteris quoque in vniuersum hominibus commune esse debet, vt in primis Deum reuereamini, ab illiusque præceptis ne transuersum quidem vnguem aberretis. Etenim cum aliàs semper certissimū est nihil quicquam ingrato Deo rectè expediri posse, vt enim Propheta, inquit imo Deus per Prophetam, *viæ peccatorum peribunt, confirmat autem iustos Dominus*. Tum nihil magis verum est sine diuina ope nullatenus posse nos sapientiæ attingere fastigium, id quod à Sanctis & Pro-

Primum hortamentum.

phetis aliàs subinde repetitum duobus potissimum in locis declaratur. *Vt illud, principium sapientiæ timor Domini, & illud alterum: in animam malevolam non introibit sapientia.* Hunc vero Dei timorem compendiaria illa via assequi nos posse autor est Picus Mirandula: si cruentam Christi mortem in patibulo nostri amore perpessam ob oculos versemur semper: ac nostram itidem mortem (quæ tanquàm fur venit) quotidie mente pensemus, porrò quoniam hæc de concionatorum ore quotidie plenius audietis ad institutum pergo. Post hoc igitur illud præcipuum fuerit consilium, vt quoniam iuri operam estis daturi cogitationes vestras omnes in ipsam collocetis iuris prudentiã, hanc totis viribus amplexamini, in illius depereatis amorem: hoc apud vos nihil sit quicquã antiquius nihil amabilius vobisque subeat in mentem quam sit ipsa per se iurisprudentia amabilis pulchra, atque suauis quæque ipsa vltro multos sui excitare soleat amores quippe: quæ iuris iustitiæq; tramites ipsa moderetur & regat: iustitiam autem reliquas omnes antecellere virtutes palam est, quin ea vna cæteras in se virtutes complectitur omnes, vt Aristoteles autor est, itemq; Cicero. Cogitate etiã inter omnes honestiorem vos viuendi suscepisse rationem: nam vt Pomponius Iurisconsultus inquit. *Ego discendi cupiditatem quam solam viuendi rationem optimam in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum eius sententiæ quam dixisse ferunt Iulianũ, etsi alterũ pedem in sepulchro haberem adhuc tamen discere quidem vellem.* Neq; mirum cum in eam rem naturam ducem nos habere contingat, sicuti enim aues ad volatum equi ad cursum ad saxitilia feræ gignuntur: ita homines ad scientiam & veritatem indagandam nati sumus. Sed & hunc studij laborem (si discendi studium labor est non voluptas) leuiorem fecerit, si subeat in mentem quanta vos maneant emolumenta si voti compotes (vt est sperandum) euaseritis: inter omnes enim artes hæc vna maximos solet & honoris & pecuniæ fructus parere cernere est quotidie plebeiorum, atque adeò rusticorum filios propter literarum peritiam morumque probitatem in maximos euectos honores: alios episcopatuum alios magistratuum præfulgere dignitatibus nouosque exinde homines fieri. Quid ergo de his qui nobili, atque honesto loco nati sunt sperandum est, si vt par est virtutis, ac doctrinæ paria fecerint munia? Si ergo vos tanta expectant præmia iam validis incumbite remis.

Secũdum hortamentum.

L. apud Iulianum. ff. de fideiuss. liberta.

Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus.

TERTIVM illud erit consilium, vt præceptores eruditissimos omnium quos ista amplissima tulerit Academia (fert autem permultos) vobis audiendos deligatis, neque enim fieri potest vt quenquam rectè

Tertium hortamentum.

rectè erudiat qui sit ipse ineruditus: stultissimumque est (vt Plinius Iunior scribit) non optima quæque ad imitandum proponere, etenim vt demus eruditos esse omnes attamen alium alij præstare vel iuris scientia vel docendi dexteritate si quis est qui ambigat ipse sibi non mediocriter imponet. Planè velut in agris æquè, & in præceptoribus alius alio maiores solet fructus afferre, *Dij immortales* (*vt comicus ait*) *homo homini quid distat, stulto intelligens quid interest.* Enim vero sunt quidam præceptores, ita elingues, vt quæ sentiunt satis explicare non valeant, sunt quidam ita obscuri ingenij, vt vel ipsi se satis non intelligant, ne dum queant dare intelligere alijs quæ didicerint: sunt alij qui nihil ad se interesse putantes quæ potius discipulis tradant omnia, vt se se offerunt sine delectu effundunt tenera adolescentum ingenia multis inutilibus prægrauantes. Sunt qui dummodo cathedræ muneri inseruiant discipulorum profectus sus que deque ferunt, itaque superuacuis allegationibus & inutilibus quæstiunculis tempus terentes (cuius maximam constat esse iacturam) discipulorum progressus misere remorantur. Scitote vos igitur optimos diligere præceptores vestrisque potius quã alienis discite inseruire commodis: atque omnino hæc prima fundamenta tanto operi quàm firmissima iacere curate: vix enim dici potest quantum momenti in his primis positum sit rudimentis, vt enim in ædificijs sic etiam in discendo præcipua, imo tota operis firmitas ex cementis fundamentisque constat: atque vt in cardine ianua sic in primis rudimentis tota profectus vniuersi consistit ratio. Præceptorem igitur quem optimum iudicaueritis audientes non attenti modo, sed etiam auidi auscultate illius vultum non oscitantes, aut resupini (vel vt quidam solent laquearia spectando tegulasve numerãdo vel cum condiscipulis confabulando) sed maximè intenti intuemini, & quæ dictauerit ille omnino callere curate. Intellecta vero calamo excipite domi relegenda postea, rem seriam non aniles fabulas tractari putate, & quæ non perfunctoriè, sed toto mentis tractanda sint acumine. Sed neque vos fortasis intentionẽ remittere faciat vana quædam persuasio quam proterue nonnulli sibi præsumunt flocci pendentes ea quæ præceptores tradunt, quasi se ea & fortasis maiora reperturos esse putent: in autorum commentarijs qui tot tantique sunt quæ quidem fallacia aliquorum adolescentum nimium credulorum profectus impedire sæpè solet. Etenim præceptor ille (fuerit is modo qui esse debet probus & doctus officijque solers) non ignarus quid discipulorum conueniat ingenio quantumque quisque ferre valeat, rescisis illis commentariorum prælongis quæstionibus ea tantum in medium afferet quæ discipulorum

Quartum hortamentum.

-pulorum ingenium illustrare valeant non obruere. Atque verum à falso vtile ab inutili secernens paucis afferet quæ ipse interim multo tempore & labore decepere insudarat, itaque sicuti agricola grana ex paleis aurarius faber ex aurifodinarum fece aurum expurgat, ita prudens ille magister vtilia ex inutilibus, optima ex superuacuis expunget quæ luculenter postea suis dictet discipulis. Accedit ad hæc quod teste Hieronymo, atque Plinio Iuniori. *Habet nescio quid latentis energiæ viua vocis actus, & in aures discipuli de autoris ore transfusa fortius sonat.* Nã licet acriora sint quæ legas altius tamen insident animo quæ pronuntiatio vultus habitus gestus etiam dicentis affigit. Illud etiam ad rem conduxerit, vt textum (vt intelligar non grauabor vulgari verbo vti) à professore interpretandum anteaquam scholas satis domi prius perlegatis, vt illius speciem seu casum posítis apprimè intellectum ad præceptorem afferre alioqui fiet, vt non facile percipiatis ea quæ ad illius interpretationem à præceptore dicentur. Habetis quemadmodum apud scholas vos habere debeatis, nunc quæ domi obseruare vos velim habetote.

Quintum hortamentum.

Sextum hortamentum.

Domi igitur statis horis cubiculo clauso, ita vt si fieri possit nihil sit, quod vos ab studij intentione auocare possit (exigunt enim quàm altissimum silentium studia) sumpto in manibus textu cui vacãdum est, eum ante omnia terque quaterque legitote: deinde principalem cõclusionem ad titulum pertinentẽ ex eo colligite mox rationem dubitandi à magistro traditam expendite vel nõ traditam à vobis exposcite, tum verba textus relegite singula quæque verba ponderãdo & quid sibi velint inquirendo: post hæc glossas discutite earumq; allegationes, postremo schedia vestra explicate, & cõclusiones à præceptore dictatas discite ac textus glossasque in illarum cõprobationem citatas saltem præcipuas inuestigate, neque antea ab illis discesseritis quàm illarum percepisse intellectum intellexeritis. Enim vero bene studendi summa hæc est, vt quicquid legerimus cum iudicio legamus non perfunctoriè, sicuti enim cibi nisi probe stomacho digerantur proficere valetudini non possunt, ita quæ legimus prodesse ad doctrinam minus valent nisi ea ad vnguem examinemus, & vndiquaq; caleamus. Quod si omnibus prælectionibus quas audieritis parem impartiri operam nequiueritis dolendum non est: melius est enim paucis incumbendo prouentum aliquem ferre quàm multis perfunctoriè vacando cypariſsi (vt est in prouerbio) fructus colligere. Quod enim de ratione scribendi Quintilianus monet, idem & nos hic de ratione iurisdicendi admonere possumus, *bene scribendo, inquit, fit vt velociter scribamus, velociter autem scribendo non fit, vt bene.* Si quid vero interdum (vt fieri assolet) inciderit, quod

quod vestri ingenij captum superet, peritiores consulite, nec pudor obest: solent enim quandoque, & doctores ipsos eæ iuris difficultates offendere. Postquam vero studij cogitationi satis impendisse iudicaueritis, surgite à libris atque deambulando ea quæ studio consecuti estis memoriæ mandate: non omnia quidem, & ad verbum, sed præcipua & in summam repetita: memoria enim cum omnis disciplina constat proinde sapientiæ thesaurus appellatur, tum præcipuè ciuilis hæc scientia: quippe quæ tam ampla sit torque & legum & autorum voluminibus referta, frustra vero docemur, frustra lucubramur, si quicquid audiuimus, aut legimus statim præterfluat: quapropter non modo singulis diebus, sed etiam singulis hebdomadibus (si iustos quidem studij fructus percipere desideratis) id faciendum puto, id est, vt in vltima quaque hebdomada quæ per eam totam didiceritis ad memoriam summatim reuocetis: fecere hoc Pythagoras illiusque discipuli, qui vt Cato apud Ciceronem de senectute ait: exercendæ memoriæ causa quid quoque die dixerant, audierant, aut egerant vesperi commemorabant, idem solitus est facere sapientissimus ille Seneca vnde in tantam memoriæ felicitatem euasit, vt literis sit proditum duo eum hominum millia quo erant ordine dicta solitum esse referre, & ducentos amplius versus semel auditos ab vltimo recitasse ad primum, vt ipse de se refert & autores grauissimi tradunt, & in his illius æmulus Fab. Quintilianus. At magna dixeritis hæc ingeniorum fuerit cruciatio. Sanè sapientiam sicuti cæteras artes sine labore consequi non possumus: nihil enim magnum sine labore natura dedit hominibus, intermittere vero id sine quo reliquus omnis labor inanis futurus sit summæ negligentiæ iudico: quanquam neque hic magnus labor quidem erit, imò si assuescatis consuetudine fiet aut nullus aut leuis. Porrò si principio ea quæ edidiceritis non satis hæserint nõ cõtinuò desperandum est, sed tanto magis memoriæ incumbendũ: sit enim quanuis ipsa fragilis attamen excolendo, sicuti alia omnia augetur nihilque æquè est, quod vel augeatur cura vel negligentia intercidat. Quocirca si iuri operam dantes tam lente proficimus nihil (mea sententia) tam est in causa quàm quòd memoriam negligimus, & tanquam si futilis res esset flocci pendimus. Cum iam (si Diuis placet) tam ineptum (ne dicam peruersum & exitiale) sibi elogium persuaserint aliqui dicentes satis esse iuris studiosos legere & obliuisci. Ecquid quæso scholarium profectui magis potest esse auersum? quorsum cedo dies noctesque maceramur si eorum quæ semel audiuimus, ac legimus omnino immemores tanquam noua & inaudita ex integro discere debeamus? ne parum

Septimũ hortamentum.

rum more semper retrogradientes vel lincium priorum nunquam reminiscentes. Sanè qui hoc præcipiunt talè mihi præcipere videntur quale foret si nummos multa opera, & industria partos non arcæ vel crumenæ, sed pertuso sacculo committendos esse putarent: quo quid delirius dici potest, aut amentius? Credite ergo (ô filij) paternis credite monitis, atque si integros in iurisprudentiæ fructus facere vultis memoriam sedulò exercetote nihil legeritis: nihil audieritis quod nō memoriæ tanquam fideli secresto commendetis. Etenim tantum huic tribuo parti, vt consilium putem ex lucubrationibus ipsis non nihil temporis subtrahere, quod memoriæ impartiatur, nec mirum quando ea omissa reliquus omnis labor in irritum sit cassurus. Iuris quoque regulas, atque leges aliquas concissas memoriæ tradere, & conuenire, & vtile esse iudico, præcipua quoque literis, seu schedijs mandare oportebit; vt si quæ memoria exciderint restituat papyrus, sic enim & Plinius auunculus, vt illius ex sorore nepos refert, nihil legebat, nihil audiebat, quod notatu dignum esset, quod calamo non exciperet. Huic vero curæ alia quoque, leuior illa quidem, sed non inutilior succedit, ea est exercitatio, cuius maxima sunt momenta, etenim perinde, ac cote ferrum æquè, & exercitatione acuitur ingenium. Conflictatio enim illa, & tanquam palæstra ingeniorum neruos animi, tum ostendit, tum excitat, tum adauget. Hæc enim partim laude, partim ambitione nos excitat: turpe enim ducimus cedere pari, honestum vero superasse maiores, & licet ipsa vitium sit ambitio: plerunque tamen virtutis causa est, memoriamque deinde non mediocriter adiuuat: tenacius enim hærent quæ vtro citroque iactata tanquam exercitationis maleo memoriæ infiguntur. Quamobrem rectè dictum est à Cicerone: *sine arte, & sine exercitatione ars nulla percipi potest*, quantum vero momenti in exercitatione positum sit, satis maiorum declarant exempla, qui tametsi genere, honoribus, ac eruditione longè præstarent, hanc tamen partem non contempserunt vnquam: legitote Plinij Iunioris epistolas, atque comperietis virum consularem aliosque paris conditionis quot modis in eruditionis vsum se exercuerunt. Velim ergo, vt quæ legeritis audieritis cum sodalibus per tractetis, & quæ dixeritis defendite quæ vero ab illis dicentur, aut confirmate, aut refellite, ita enim non leue ad studium operæpretium feceritis, & planè tantum momenti hac in re positum reor, vt magnopere conuenire putarem si in vnoquoque contubernio tanquam instituto præscriberetur, vt profestis feriatisque diebus singuli sodales in vices prælectionem (vel ex ijs quæ à præceptoribus, vel per se percepissent) in

Octauum hortamentum.

Nonum hortamentum.

coronam facerent proposito ad eam rem propugnatore quem impetant cæteri, ipse illorum iacula, seu argumenta propellat. Id quod Salmanticæ me puero factitatum scio apud Doctorem quendam honestum sanè virum & doctum erat is Didacus Perez (cuius ad leges Regias commentaria extant quemque honoris causa nomino) qui vt de iuris studiosis bene mereretur, & domum, & autoritatem suam mihi, & alijs bonæ indolis adolescentibus ad eam rem accōmodabat. Commodius autem hæc vt fiant, ac ne quis vestram bene institutam indolem euiret, moneo rogoque, quin potius iubeo præcipioque, vt peruersorum adolescentum contubernia, ac conuictum declinetis omnino, diuine enim diuina loquitur scriptura, *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris*, magnum est adolescentiæ lubricum experientiaque satis est compertum, frugi alioqui adolescentes prauorum sodalium consuetudine deprauatos perditum ijsse. In actibus quoque publicis cum per tempus licebit si interfueritis pergratum mihi feceritis: hinc enim, & dicentium erudiemini documentis, & ambitionis stimulis ad simile faciendum accendemini. Futurus siquidem iurisperitus cui in maxima celebritate, & in media republica viuendum est, assuescat oportet à tenero non reformidare homines neque illa solitaria, & vmbratili pallescere vita. Excitanda est enim mens, & altius attollenda, & quicquid ad hanc quam quærimus scientiam prodesse potest, non negligendum. Atque vt exponamus quemadmodum quod restat temporis expendere debeatis: de mane studere vtilissimum est: aurora enim est gratissima musis, tum enim & temporis ratio, & corporis qualitas videtur ad studium inuitare maximè, cum est minimum vaporis in cerebro peracta concoctione illa vaporaria, ac ita vt audio exteri scholares sub gallicinium ad studendum si gunt, tum enim tranquillissimum est tempus cum quiescunt, & silent omnia. Apud nos prima nocte, seu conticinio lucubrare moris est, estque id quoque optimum secreti genus quoties adintegri refectique venimus: sed silentium; & liber vndique animus, vt sunt optanda, ita non possunt semper contingere, itaque non statim si quid obstrepat abijciendi erunt codices, & deploranda lucubratio, verum incommodis repugnādum & hic faciendus vsus, vt omnia quæ impediunt vincat intentio quam si tota mente in opus ipsum direxeritis nihil eorum quæ oculis vel auribus incurrant peruenier ad animum. Non est enim indulgendum causis desidiæ, nam si non nisi refecti, non nisi hilares, non nisi omnibus curis vacui studendum putauerimus, semper erit propter quod nobis ignoscamus. Opportunitatem ergo temporis quærite: intempestiua enim

Decimum hortamentum.

Vndecimum hortamentū.

12. Hortamentū.

na enim studia, veluti quæ continuò post prandium, aut cœnam fiunt solent, & ingenium extinguere & valetudinem maximopere offendere, sed & immodicas deberis euitare lucubrationes, & tandiu studijs indurandum quandiu vos laboris fructum non perdere intellexeritis, obstat enim discendi diligentiæ fatigatio: proin assidua studia potius quàm immodica longè vtiliora fuerint, contentione enim immodica obruuntur nonnunquam discentium ingenia, assiduitas vero, & mediocritate sua perdurat, & quotidianis incrementis maiorem opinione aceruum cumulat. Satietate vero cum omnibus in rebus tum in literis nihil est periculosius, sapienter Horatius.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra citraq; nequit consistere rectum.

Laxanda est igitur aliquoties literarum illa contentio, & refocillandus animus, intermiscēdi lusus, sed liberales, sed literis digni & ab illis non nimis abhorrentes: imo medijs ipsis studijs perpetua quædam voluptas est intermiscenda, vt ludum potius dicendi quàm laborem existimemus: nihil enim perdiu ferri potest quod non agentem aliqua remoretur voluptas. Cibi non quantum libidini, sed quantum valetudini satis erit, sumite: est enim discentibus bona valetudo quæq; eam præstat frugalitas maximè necessaria. Pransi aut deambulate, aut hilares confabulamini, sub somnum exquisiti quippiam ac dignum memoria legitote, de eo cogitantes sopor opprimat, id experrecti à vobis ipsis reposcite, sicuti se factitasse prudentissimus ipse refert Seneca.

13. *Hortamentū.* Illud quoque admonuisse oportebit in studendo, ita vos vniuersalibus præceptis, puta regulis vacare debere, vt particularia, seu singularia non negligatis, & è contrario, ita particularium curam habendam vobis esse, vt vniuersalia non flocci pendatis, tum enim plenum literarum facietis operæpretium si ex æquo vtrisque parem impenderitis operam, sed neque vos ab studij ardore refrigerari debebit, quòd leges & textus quæstionesque quibus operam datis nunquàm vobis in vsum futuras putetis, quasi videantur ab vsu foroque remotæ, quod iuuenibus rerum adhuc expertibus videri forsan poterit: illud enim vobis in animum inducite nihil esse quicquam in iure quod ad vsum causidici, seu iurisperiti non conducat, quodque, vel ad rem ipsam si non ad rem ipsam, at in exemplum, si non in exemplum, saltem in argumentum trahi valeat. De libris quæri solet an pluribus vti scholaribus conueniat, & alijs aliud placet mea hæc est sententia, vt à principio textus, seu codices omnes architypos, tam iuris ciuilis, quam Pontificij habere conueniat, neque hos tantum, sed etiam regios habuisse non leue

14. *Hortamentū.*

operæ

operæpretium iudico: etenim vniuersæ nostræ professionis hoc est fundamentum, hæc tota est materia, materiam vero si tollas quemadmodum rogo fieri poterit opus? Etenim perinde ac artifices nisi omnia ad opus necessaria habeant ferramenta iustam præstare non poterunt operam: non aliter scholares, nisi omnes architypos habeant libros plenos non possunt studij fructus facere, & hoc quidem à principio: post biennium autem, aut triennium Bartolum his adiungere, aut Panormitanum, & moris est, & conuenit. Illud hic quoque vos quæsituros esse puto, vtrum huic ciuili scientiæ aliarum disciplinarum studium adiungere conueniat: puta philosophiæ, cosmographiæ, Græcarum literarum, aut musices? Et non deerunt quidam crassi & bonarum literarum exosores (Græci μισολόγοι appellant) qui id dire execrentur: quasi iuris studium ita operosum sit & latum, vt totum exigat hominem, nihilque alteri relinquat disciplinæ temporis, sed tota errant via: etenim tantum abest, vt hæ disciplinæ iurisprudentiæ officiant studio, vt è contrario permultum ei, & decoris accumulent, & ornamenti: ciuilis enim hæc scientia adeo latè patet, vt nulla ferè sit disciplina cum qua commune nonnihil habeat: quippe quæ de omnibus in vniuerso orbe contingentibus causis & negotijs cognoscat, & iudicet. Adde quòd si vni tantum iurisprudentiæ scholaris intendat studio, non potest non tedium contrahere difficile enim est in vno semper perseuerare labore varietate igitur reficietur, & recreabitur: studij enim satietas vicibus leuatur: quanuis enim multa egerimus quodammodo tamen recentes sumus ad id quod incipimus. Sed neque ego vos, ita consumi in cæteris disciplinis volo, vt iuris sit studium deferendum, sed huius principaliter curam habendo cætera corollarij vice admisceatis: & tempora quæ spectaculis campi tesseris otiosisque sermonibus (ne dicam somno) conterenda sunt, alijs impendatis disciplinis quantum plus ex istis habituri delectationis quàm ex illis ineruditis voluptatibus, dedit enim prouidentia hoc munus hominibus, vt honesta magis iuuarent. Nequaquam igitur puteris vos continuò cunctam iuris scientiæ iacturam facere si cæteris studijs aliqua temporum velut subsidia impertieritis: non enim inuida nostra est iurisprudentia, vt cæteris disciplinis locum relinquat nullum nisi fortè Alciatos, Tiraquellos, Zazios, Cotrasios, cæterosque id genus autores non ideo iurisprudentissimos existimamus, quia fuerint ij Græcè, Latinè, omnisque eruditionis vndiquaque præditi: quin & ipsos Bartolos, Baldosque, non sola iuris scientia eruditos fecit: cum videamus eos & Logicis, & Philosophicis ἐπιχειρήσεσιν, seu documentis nonnunquam

15. *Hortamentū.*

Legito Bartolu tract. de insula, & comperies, vt geometriæ caluerit documenta, legi

to eundem in tract. testimoniorū & Bald. in l. ex persona. C. de proba. & cōparies quēad modū Logices tropos, & Prædicamenta edidicerit.

quam, & Theologicis suos commentarios exornantes. Nequaquam igitur patrocinia segnitiæ prætexamus: longa est enim quæ discit, ætas quantum humani ingenij natura valeat animi pensemus, magnos illos viros assequi vel certè imitari conemur, quod cur desperemus, illis enim inuenienda fuere quæ legimus nobis cognoscenda sunt: tot nos præceptoribus tot exemplis instruxit antiquitas, vt possit videri nulla forte nascendi ætas felicior esse quàm nostra, cui docendæ priores laborauerunt. Nitimini igitur filij (vt Quintilianus monet) semper ad summa: quod facientes, aut euademus, inquit, in summum, aut certè multos infra nos videbimus. Atque (vt finiam) hæc paterna monita in animo semper habere curatè, nam si vos pari cura susceperitis, ac ego scribere curaui: certus sum, nec me monuisse, neque vos paruisse pœnituerit. Opto vt in Christo valeatis, & præceptorum meorum ne obliuiscamini.

INDEX ALPHABETICVS
RERVM, AC SENTENTIARVM
maximè notabilium quæ hoc libro Secundo rerum quotidianarum continētur.

A

Absentia à domicilio non præsumitur. cap. fin. 1. parte. §. 12. nu. 6. col. 1. fol. 208.
Absens stricto iure domiciliari pōt. ca. fin. 5. p. §. 9. nu. 9. col. 2. 346.
Actio directa acquiritur hodie domino per procuratorem sine cessione. cap. 3. nu. 27. col. 1. 38.
Actio hodie ex voto & iureiurando indistinctè paratur. c. 3. nu. 34. col. 1. 41.
Actio an detur ei qui ludenti mutuam pecuniam dedit. cap. 7. per totum. 100.
Actiones in hæredes pro rata ipso iure diuiduntur. c. fin. 3. p. §. 3. nu. 2. col. 2. 268.
Actione semel cessa nihil iuris penes venditorem remanet ad superfluum pretij petendum. cap. fin. 3. par. §. 4. nu. 12. col. 2. fol. 273.
Actiones directæ adhærent ossibus creditoris. ibidem nu. 15. col. 2. 274.
Actio iudicati vel in factum quando oriatur ex re iudicata. cap. fin. 5. par. §. 1. nu. 4. col. 1. 300.
Actio in factū & præscriptis verbis, quid interfit, ibidem nu. 10. fol. 302.
Agere olim poterat nemo nisi prius actionem impetrasset, ibid. nu. 6. col. 2. 300.
Actio directa dicitur cùm datur ex mente vel verbis legis, ibid. nu. 10. col. 2. 301.
Actio vtilis quando dicatur. cap. fin. 5. p. §. 1. nu. 10. col. 2. 301.
Actio vtilis dicitur aut in factum aut præscriptis verbis ibidem.
Actio in factū aut præscriptis verbis quare ita appellentur ibidem. col. 1. 302.
Actio vtilis non directa datur ex confessione in iure facta vel iureiurando decisorio. c. fin. 5. p. §. 1. nu. 12. col. 2. 302.
Actio in factum datur ex sententia arbitri non actio iudicati, ibidem numer. 13.
Actionis nomen hodie necessario nō est exprimendum ibid. nu. 16. col. 2. 303.
Actio directa non minus dicitur quæ ex mente legis colligitur quā quæ ex verbis. c. fin. 5. p. §. 11. nu. 10. col. 2. 363.
Actor qui aliam rem pro alia petijt potest errorem suum inter litigandū corrigere. c. 10. nu. 6. col. 2. 114.
Actore probante aliam rem quam quæ fuit petita absoluendus est reus ab obseruatione iudicij, seu instantia, vt vulgo loquuntur ibidem nu. 5.
Agi cum arbitris de dolo potest qui malitiosè die traxere, vt euanesceret cōpromissum. c. fin. 1. p. §. 2. nu. 18. col. 2. 165.
Actor quæ animaduertere debeat in principio litis ne erret. c. fin. 5. par. §. 1. nu. 1. col. 1. 299.
Actor quibus verbis vti debeat in executione petenda. cap. fin. 5. par. §. 1. nu. 17. col. 2. 303.
Actor executionem petens, statim mittitur in possessionem cùm res instrumēto comprehensa est in specie præstanda. c. fin. 5. p. §. 2. nu. 4. 308.
Acta prius dari debent aduocato actoris quàm rei. c. fin. 5. p. §. 12. nu. 1. 381.
Actorum accumulatio quando locū habent. cap. 9. per totum. 111.
Actorum accumulatio quando locū habet debent acta originalia transferri ad tabellionem cui accumulatio pertinet ibidem nu. 4.
Actorum accumulario quādo locum nō habet non tenetur notarius originalia acta accumulare ibidem nu. 5.
Actorum accumulatio pertinet priori notario apud quem iudex primū ex offi-

cio processit licet accusator aliũ notarium eligat ibid.nu.7.113.
Accumulatio actorum diuersa res est ab actionũ accumulatione. c.9.nu.8.113.
Accumulatione actorum facta necessariũ non est vt acta reproducantur iure Regio.ibi.nu.finali.
Addictio adiectio & licitatio quid distẽt. c.fin.5.par.§.13.nu.1.383.
Addictiones in publica subhastatione factæ paratam executionem habẽt. cap. fin.1.par.§.11.nu.21.204.
Addictiones quæ publica in subhastatione fiunt non nisi præsente pecunia fieri debent.ibidem nu.22.
Addictionem bonorum facere nõ potest apparitor iniussu iudicis.cap.fin.5.par. §.12.nu.2.fol.281.
Addictio fieri debet loco formaque solita.cap.fin.5.par.§.13.nu.8.385.
Adiectio vulgò, puxa, duntaxat locum habet in rebus fiscalibus regalibusque vectigalibus.c.fin.5.p.§.13.nu.14.386.
Adiectio intra quæ tempora fieri debeat. ibidem nu.15.
Adiectionis ius reipublicæ aut minori nõ competit.ibidem nu.16.
Adiectionis ius an comperat in magnatũ vectigalibus.ibid.nu.17.386.
Actus alioqui nullus partium consensu conualescit.c.fin.1.p.§.2.nu.7.161.
Actus alioqui nullus conualescit si is cuia interest nõ repugnet.c.fi.5.p.§.3.314.
Aduocatorum ac militum paria sunt in iure priuilegia. c.fin.5.p.§.3.n.23.318.
Aduocatorum statuæ perinde ac militũ equestres esse solebant. inibi.
Aduocati pro debito in carcerem detrudi non debent.c.fin.5.p.§.6.nu.23.338.
Aduocatis id desiderantibus etiam elapsis decem diebus oppositionis dãda sunt acta aliquantisper ad iudicem informãdum.c.fin.5.p.§.12.nu.1.381.
Annorum rationem olim Romani per Consules,Græci per olympiades ducebant.cap.20.nu.2.137.
Annorum rationem olim maiores nostri ab Era Cæsaris inibant.ibidem nu.3.
Annorum computationem à Domini nostri natali die apud nos Rex Ioannis primus primũ introduxit.c.20.nu.3.137.
Appellatio quibus casibus locum non habeat.cap.fin.1.p.§.1.nu.5.150.
Appellatione deserta sententia executioni mandatur. cap.fin.1.p.§.1. nu.6.150.
Appellationem desertam vter iudex pronuntiare debeat.ibid.nu.7.151.
Appellanti non est satis ad superiorem iudicem acta transtulisse nisi etiã intra legitima tempora sit ad causam citatus aduersarius.c.fin.1.p.§.1.nu.8.151.
Appellatio deserta pronunciari nõ debet nisi prius aduersario citato.ibi.nu.9.
Appellatione deserta adhuc superiores iudices de meritis sententiæ disceptant,ita vt si iniqua constet esse sententia, nullam desertionis rationem habeãt. cap. fin.1.par.§.1.nu.10.152.
Appellatio an locum habeat ab interlocutione qua pronunciatur appellationẽ esse desertam. c.fin.1.p.§.1.nu.11.152.
Appellationis fatalia non currunt nisi demum posteaquam iudex qui de appellatione debet cognoscere electus fuerit. ca.fin.1.par.§.2.nu.21.165.
Appellatio à sententia arbitri habet effectum deuolutiuum non suspensiuum inibi.nu.23.166.
Appellatio à sententia arbitrorum intra decem dies fieri debet.ibid.nu.24.167.
Appellatio à præcepto de soluendo effectum suspensiuum non habet. cap.fin. 1.p.§.4.nu.20.177.
Appellatio non habet effectum suspensiuum quando iudex pronuntiat super liquidatione instrumenti non liquidi. cap.fin.1.par. limitatione. 4. nu. 32. & 33.fol.217.col.1.
Appellatione ab executore facta quis adeundus sit iudex. c.fin.2.p.§.3.n.6.237.
Appellatio à falso procuratore facta ratificari debet intra tempus datum à lege ad appellandum. c.fi.3.p.§.2.n.13.267.
Appellatio locum non habet ab interlocutione de exequendo quantũ ad effectũ suspensiuũ.c.fin.5.p.§.2.nu.12.309.

Appella-

Appellatio iudicium nõ extinguit sed tantũ suspendit.c.fi.5.p.§.5.n.11.col.2.332.
Appellatio in causis executiuis habet effectum deuolutiuum non suspensiuum. c.fin.5.p.§.15.nu.1.col.1.389.
Appellatio tertij oppositoris an in executiuis causis habeat effectum suspensiuum.ibi nu.2.
Appellans an sit admittẽdus ad probandũ in causis executiuis.ibi nu.3.col.2.389.
Appellationis iudex quãdo possit exequi à se statuta in via executiua.c.fin.5.par. §.15.nu.4.col.1.390.
Appellationis iudex non iniustè fecerit si à se statuta exequatur in via executiua quando prioris iudicis sententia manifesto est iniusta.c.fin.5.par.§.15.nu.6. col.1.in fine.390.
Appellationis iudex cũ rescissa prioris iudicis sententia addictionem peragendam decernit an suam exequi possit sententiam,ibidem nu.8.col.2.390.
Arbitrorum seu arbitratorum sententiæ Regio iure paratam executionem habent.c.fin.1.p.§.2.nu.1.col.2.158.
Arbiter iuris nihil aliud ferme est quã delegatus quidã iudex.c.fi.1.p.§.2.n.2.149
Arbiter iuris recusari potest.ibidem.
Arbitratoris nomẽ nouum est, & à Iurisconsultis non cognitum ibi.nu.3. 160.
Arbiter & arbitrator quid distent. ibidem nu.4.col.1.160.
Arbitri sententia vt executioni demandetur necesse est vt cõpromissum in ius edatur.c.fin.1.p.§.2.nu.6.col.1.161.
Arbitratoris sententia non secus ac arbitri per lapsum decem dierum omologatur.ibidem nu.8.col.1.in fine. 162.
Arbitri sententia vt paratam habeat executionem nihil interest hodie pœna adicta fuerit necne. c.fi.1.p.§.2.n.10. 162.
Arbiter esse potest iure Regio qui maior sit.14.annorũ,ibid.nu.13.col.2.163.
Arbitrorum sententiæ intra diẽ à partibus præfinitũ ferri debet. ibid.nu.17. 165.
Arbitrorum sententiæ mandari executioni possunt per quemcunque iudicẽ cui cõdemnatus subsit.ibid.n.26.col.2.167
Arbitris potestate data vt absentibus partibus ius dicere possint adhuc partes citandæ sunt. c.fi.1.p.§.6.nu.6. col.1.185.
Agriculturæ laus. c.fin.5.p.§.3.nu.17.317.
Apium aluei an inter mobilia referantur. cap.fin.5.p.§.3.nu.12.315.
Arma ad executionem capi non possunt. cap.fin.5.par.§.3.nu.16.col.2.316.
Artifici non sunt suæ artis instrumenta ad executionem auferenda. c.fin.5.par.§. 3.nu.19.col.1.317.
Alienatione prohibita non videtur prohibita alienatio necessaria.c.fin.5.par.§. 3.nu.37. col.2.321.
Allegationum nimiã turbã vitio dant viri docti omnes.c.fin.5.p.§.9.nu.8.348.
Acceptilatio & pactum de non petendo quid distet.c.fi.5.p.§.11.n.30.col.2.371.
Actus alioqui non necessarius si interueniat minus tamen rectè non vitiat. c.6. nu.4.col.1.98.
Actio an detur ei qui collusori pecuniam per interpositam personam dedit. c.7. nu.14.col.1.in prin.109.
Aleatorum susceptori impunè iniuriã inferre & furtũ illi facere licet.c.7.n.9.105
Aleatorum susceptori non datur actio ad repetẽdam pecuniam quam lusori credidit.ibidem nu.15.col.1.109.
Authentica si quando.C.de constitut.pecu.hodie cessat ex Regiæ legis decisione.c.3.nu.39.col.2.44.
Authentica sacramenta puberum. C.si aduers. vend. luculenter explicatur. cap. 4.per totum.58.
Authentica sacramenta puberũ nõ habet locum in iuramento per falsos deos à Christiano præstito.ibid.nu.10.64.
Authentica sacramenta puberum habet locum non solum in contractibus vltro citroque obligatorijs, sed etiam in alijs.cap.4.nu.12.col.1.65.
Authentica sacramenta puberum habet locũ, & si filiusfam.cũ patre contrahat vel cũ fratre.ibid.nu.14.& 15.col.2.65.
Authentica de litigiosis explanatur. c.fin. 4.par.§.5.nu.8.col.1.290.
Authentica hoc nisi debitor.C.de solutio

 nibus

nibus adamusim explanatur.ca. fin.5. par.§.17.nu.23.403.
Authenticum instrumẽtum quid sit. cap. fin.1.par.§.11.nu.11.200.
Auior dabat operã huic operi anno 1580. cap.20.nu.5.138.

B

BIBLIA sacra omnia reliqua monumensa & secularia chronica tùm autoritate,tùm antiquitate vincũt.c.p. 13.nu.3.119.
Bona quæ alterutrius coniugis gratia parantur cõmunia nõ fiunt. c.16.n.5.123.
Bonorum appellatione interdum & hereditas continetur.c.fi.1.p.§.9.nu.10.194.
Bona in executionem capta cui adijci debeant.c.fin.5.p.§.13.nu.9.& 10.385.
Bona censui obligata cum creditori addicta sunt an pro redditibus quæ deinceps effluxerint executionẽ petere valeat creditor.c.fi.5.par.§.16.nu.28.397.
Bonis super quibus census specialiter constituitur peremptis,& ipse quoque census perimitur.ibidem nu.24.
Bona æstimata an creditor inuitus recipere teneatur.c.fin.5.p.§.17.nu.22.402.
Boues aratorij inter mouentia computantur contra Bertachinum. c.fin.5.par. . 3.nu.14.316.
Boues aratorij cæteraque rei rusticæ instrumenta ad executionem capi non possunt.c.fin.5.par.§.3.nu.16.316.

C

CApitulum ex literis de iureiurando apprimè explanatur. cap.18. per totum.126.
Cap.ecce dico.22.quæst.5.acuratè & nouè explanatur.cap.4.nu.8.62.
Cap.nauiganti.de vsuris.exponitur.cap.2. nu.15.21.
Cap.fin.de appell.in.6.elucidatur. cap.fi. 5.par.§.11.nu.57.378.
Cap.1.§.inter filiam si de feudo fuerit cõtro.explicatur.cap.5.nu.20.93.
Cap.2.de mutuis petiti. elucidatur. c.fina. 5.p.§.10.nu.14.355.
Carolus Molinæus suspectus de hæresi. c.2.nu.8.17.
Cautela abundans non nocet.cap.fin.5.p. nu.12.329.
Cautela ad subuertendum iudicium motum ab illo qui patrem habeat.cap.fin. 3.par.§.1.nu.13.263.
Casus exceptus quando debeat extendi. cap.fin.5.par.§.11.nu.7.362.
Casus curiæ qui sint.cap.1.nu.17.fol.9.
Causæ maiores ad Regis notionem pertinent.ibidem nu.18.
Catechismi Pij V. maxima autoritas. cafin.5.par.§.4.nu.6.328.
Cadauer creditoris, & si magis alia bona deficiant capi in causam executionis non potest. cap.fin.5.p.§.3. nu.26.319.
Causa continentia multis dicitur modis. cap.9.nu.2.112.
Causa quælibet honesta excusat à pœna. cap.fin.5.par.§.14.nu.4.388.
Causa iusta excusat à periurio.ibi nu.5.
Captus iniustè si soluat quod re vera debebat ad repetendum actionem non haber.cap.fin.5.p.§.11.nu.39.372.
Carcer non ad pœnam inuentus est, sed ad custodiam.c.fin.5.par.§.6.n.3.334.
Castellana pertica quæ vulgo dicitur, vara de medir,tribus cõstat pedibus. cap. 19.nu.6.132.
Causis in exiguis non nimis scrupulosa facienda est obseruatio.c.fi.3.p.§.2.n.5.265
Canõ fundi emphyteutici ab vno ex possessoribus insolidum exigi potest. capfin.4.par.§.1.nu.19.280.
Causæ quæ de plano & sine causæ cognitione expediebantur per libellum expediri dicebantur. c.fi.5.p.§.2.n.3.308.
Carthæ quas vulgo foreras vocamus quæ sint.ibidem nu.2.307.
Cautio priuata vt valeat,causam requirit. cap.3.nu.55.50.
Cessio titulo donationis legitimè fit. capfin.3.par.§.4.nu.7.272.
Cessio cum titulo venditionis facta fuit nõ potest cessionarius amplius petere quã numerauit. c.fin.3.p.§.4.n.8.272.
Cessio cum facta fuit partim emptionis, partim donationis titulo neq; emptor potest petere amplius quam præstitit, neque reliquũ vẽditor.ibid. nu.11.273.
Cessio bonorũ vt legitimè à debitore fiat quę necessaria sint.c.fi.5.p.§.7.n.7.341.
Cessis actionibus potest cedens adhuc actionem intendere nisi in tribus casibus.cap.fin.3.p.§.4.nu.15.274.
Cessio fieri debet tempore quo pecunia soluitur vel ante non post.ibidem.
Census hodiernus exigi potest ab vnoquoque qui rem censui obligatã possideat.cap.fin 4.par.§.1.nu.20.280.
Censum cùm vnus ex possessoribus soluit quemadmodum aduersus cæteros caueri sibi possit. ibidem num.21.
Census ad vitã an rectè constituatur. cap. 2.nu.18.23.
Citatio necessaria non est in causis executiuis cum pignora capiuntur atq; subhastantur.c.fin.5.par.§.2.nu.14.310.
Citandus est reus ad sententiã addictionis post præconia.c.fin.5.p.§.9.nu.1.344.
Citatio iniussu iudicis facta inutilis est. inibi.
Citatio non est necessaria reo se executioni opponente.ibidem nu.3.
Citatio etiã prima ad causam domi fieri põt si reus nõ reperiatur. ibi.nu.8.345.
Citatio ad chirographum recognoscendum etiam domi fieri sufficit. cap. fin. 5.par.§.9.nu.10.346.
Citatio domi facta reo non nocet si ostendat citationem ad eius non peruenisse notitiam.ibi nu.11.
Citatio domi facta an ad rei notitiam peruenerit in arbitrio iudicis positum est. ibi nu.12.345.
Citatio domi facta vt valeat quando dicatur reus reperiri nõ potuisse. ibid. n.13.
Citandi quemadmodum sint creditores qui bona debitoris possidẽt.nu.15.347.
Citanda cùm est multitudo sufficit per præconem citationem fieri. cap. fin.5. par.§.9.nu.16.348.
Citanda cùm est ciuitas aut vniuersitas, quid obseruandum sit.inibi nu.17.
Citatio non sufficit fieri per proclama quando nõ difficulter sciri potest quis sit aduersarius. ibid. nu.18.&.c.6.nu.2.
Citari ad omnia acta iudicij non potest reus qui ciuis est illius loci vbi lis agitatur neque inuitus procuratorem accipere tenetur,sed domi eius fieri citationes debent.c.fin.5.par.§.9.nu.19.348.
Citandi sunt semper in omni lite quos res principaliter tangit.ibi nu.20.
Citandus quis sit quando res in qua fit executio conducto vel commodato possidetur.cap.fi.5.p.§.9.nu.25.350.
Citari ad causam omnes quotquot res principaliter aut minus principaliter tangit vtile est.ibidem nu.26.
Citari ad causam post litem contestatam non dominus sed procurator debet. inibi nu.27.351.
Citandus est dominus & non procurator cum noua instãtia in lite succedit. cap. fin.5.par.§.9.nu.29.351.
Citatio in causa appellationis nõ procuratoris prioris instantiæ sed domino fieri debet.ibi num.30.
Citatio vna in quolibet actu regio iure sufficit.cap.fin.5.par.§.9.nu.32.351.
Citatio in ecclesia facta valet.ibid. nu.33.
Chirographum in iure recognitum paratam habet executionem. cap.fin.1.par. §.5.nu.1.178.
Chirographum recognitum non solum iure regio, sed etiam iure veteri paratam habet executionem.ibid.nu.2.
Chirographi verba,enũciatiua sint an dispositiua nihil interest.cap.fin.1.par.§. 5.nu.4.178.
Chirographum non subscriptum si tamẽ fuerit recognitum paratam habet executionem.ibidem nu.6.
Chirographo non est necesse dies mẽsis aut annus inscribãtur. inibi nu.7.179.
Chirographum iussus vt recognoscat nõ est ferendus appellans. ibidem nu. 8.
Chirographum non est cogendus hæres inuitus recognoscere.ibidem nu. 9.
Chirographi recognitio à minore facta an valeat.ibidem nu.10.179.
Chirographũ habetur pro recognito nolente debitore iurante. ibid.nu.11.179.
Chirographum non recognitum non es-

se exequen lum, etsi magis testibus eō probetur.cap.fin.1.par.§.5.nu.14.180.
Circuitus semper est euitandus. cap. fina. 1.par.§.11.nū.26.205.
Clericus succedens prædoni non potest vti præscriptione fori. cap.fin. 2.par.§. 1.nu.11.232.
Clericus hæres laici an conueniri valeat apud secularem.ibidem nu.10.
Clerici pro debito in carcerē detrudi non debent.cap.fin.5.par.§.6.nu.24.338.
Clementina. 1.de in integrum restitutione apprimè declaratur.c.11.nu.1.116.
Clausula in forma cameræ Apostolicæ paratam habet executionē apud ecclesiasticos.cap.fin.1.par.§.11.nu.29.206.
Clausula prout tui maiores soluerunt nō facit instrumentum non liquidū.cap. fin.1.par.limitatione.4.nu.31.217.
Clausula quæ ex more adiici solet vt prioris instrumenti prærogatiua diei & hypothecarum salua maneat vtilis admodū est.cap.fi.1.p.§.12.limit.7.n.55.226.
Clausula qua debitor renunciat foro sesēque omnium iudicum potestati & iurisdictioni submittit efficit, vt reus vbi vis inuentus remittatur ad iudicem cōtractus.cap.fin.2.par.§.1.nu.4.230.
Claulula remota appellatione, & in causa reconuentionis locum fortitur. ca. fin. 5.par.§.10.nu.14.355.
Clausula de non alienando adiecta hypothecę efficit vt ius exequendi aduersus tertium possessorem transeat. c. fin. 4. par.§.5.nu.15.192. in fin.
Clausula de non alienando adiecta generali hypothecæ dominij translationē impedit.c.fin.4.par.§.5.nu.17.293.
Codex rationum seu Calendarium recognitum paratam habet executionem. cap.fin.1.par.§.5.nu.20.181.
Comitis dignitas quod ad ius Regiū attinet præstantior est quam Marchionis. cap.13.nu.2.119.
Compromissum quāobrem ita dicatur. cap.fin.1.par.§.2.nu.5.160.
Compromissum factum in iudicē apud quē lis pedet nullius est momēti. cap. fin.1.par §.2.nu.12.fol.163.
Compromissum valet hodie post rem iudicatam factum.ibi.nu.14.164.
Compromissum factum à prælato, curatore,minore,vniuersitateve, an valeat. ibi.nu.15.fol.164.
Compromissum factū de re maioratus, an valeat. ibidem.
Compromissum in duos tantū arbitros factum an valeat,ibidem nu.16.
Compromissi dies exinde computatur ex quo arbitri compromissum acceptarunt.cap.fin.1.par.§.2.nu.20.165.
Compromissi probationes nō apud arbitrum sed apud ordinarium iudicem fieri debent.ibid.nu.25.167.
Comparatio literarum quā vim habeat. cap.fin.1.par.§.5.nu.16.180.
Confessio in iure facta paratam habet executionem.c.fin.1.par.§.4.nu.1.169.
Confessio de recepto à patre facta in contractu oneroso liberis quando noceat. cap.14.per totum.120.
Confessio etiam post litē contestatā in iure factum paratā habet executionē aduersus cōmunem. c.fi.1.p.§.4. n.4.170.
Confessio de recepto à procuratore facta sibi nō dño nocet c.fi.5.p.§.17.n.11.400
Cōfessio etia si nō fiat apud subsetia dum modo apud iudicem fiat executionē paratam habet.c.fina.1.p.§.4.nu.6.171.
Confessio apud iudicē facta nostrati iure Regio paratam habet executionē,& si aduersarius præsens non sit. cap.fina.1. par.§.4.nu.7.171.
Confessio iudicialis paratam habet executionem , & si causa adiecta non fuerit. ibidem nu.8. fol.172.
Confessio non clara non meretur executionem.ibidem nu.9.
Confessio credulitatis paratam habet executionem.ibidem nu.10.172.
Confessio non simplex paratam executionem quando habeat.ibi nu.11.
Cōfitetur reus mutuū sed se soluisse subij cit quid agendum sit.ibi.
Confiteri quemadmodum debeat reus quando secreto mutuam pecuniā accepit,

pit & secreto reddidit.ibid.nu.13.174.
Confessionem facere an à principio ljtis reus cogi possit.c.fi.1.p.§.4.nu.16.176.
Confessio in iudicio facta paratam non habet executionem quando ex ea iure actio non datur.ibidem nu.17.
Confessio defuncti etiam aduersus illius hæredem paratam executionē habet. cap.fin.1.par.§.4.nu.18.176.
Confessis in iure decem dies ad soluendum dari solent.ibidem.
Contractus qui consensu cōtrahuntur hodie in absentia rectè fiunt. c.3.n.35.41.
Contractibus innominatis hodie locum non habet pœnitentia.ibi.num.32.40.
Contrahentibus pœnitere licet ante cessam scripturam quando de scriptura mentio facta fuit. c.3.nu.47.fol.47.
Cōtractus in scriptis fieri qñ dicatur. ibid.
Contractus qui re vel consensu cōtrahuntur vt valeant causam non requirunt; cap.3.nu.55.50.
Cōtractus in fraudem legis factus nullius est momenti.c.fin.5.p.§.11.nu.16.365.
Contractus factus ab ecclesia cum iureiurando quando valeat.c.4.nu.37.72.
Contractos vnus celeritate actuum occultari solet.cap.2.nu.14.20.
Contractus finitus etiam si renouatus sit executionem non meretur. cap.fin. 1. par.limit.7.nu.54.226.
Cōtractus qui in schedulis à Regibus celebrantur in scriptis celebrari dicuntur. cap.fin.1.p.§.11.amplia.2.nu.12.200.
Contractus iuratus ab vxore iniussu mariti etiam adiecto iureiurando non confirmatur.cap.4.nu.43.74.
Contractus & obligationes ludi causa facta irrita sunt.c.7.nu.17.109.
Conditio impossibilis etiam hodie vitiat obligationem.cap.3.nu.46.47.
Constituta pecunia quid sit.c.3.nu.8.29.
Cōtradictor legitimꝰ quis, & vt possit impedire immissionē hereditatis. c.5.83.
Contradictor qui legitimam allegauerit causam ad immissionem impediendā illam q̄; in continenti probare paratus sit audiendus est.cap.5.nu.4.84.
Cōtradictor legitimus ad impediendū remedium possessorium detur ex l. fin. C. de edicto D. Adria. & legis formæ dicetur,qui testatoris mortis tempore legitimè possidebat.cap.5.nu.5.85.
Contradictor legitimus is est qui habet titulū potiorē quā hæredis. c.5.n.10.87.
Contradictor legitimus est filius exhæredatus hæredis veras exhæredationis causas non probante.c. 5.nu.11.88.
Contradictor legitimus an sit mulier pro dote.ibi.nu.13.89.
Contradictor legitimus an sit mulier pro quæstubus qui constante matrimonio accreuerunt.eodem loci nu. 14.91.
Cōtradictor legitimus an sit allegās impē fas factas in re hæreditaria.c.5.n.25.94.
Contradictor legitimus an si filius cui est factum prælegatū seu melioratio. cap. 5.nu.25.in fine.94.
Conditio ex lege personalis est actio. ibidem nu.29.95.
Conditio ex lege quando dicatur. c.fina. 5.par.§.1.nu.14.303.
Consuetudo nō inducitur ex his quæ maioris cautelę gratia fiunt.c.20.n.18.144.
Cōsuetudinis nullæ sunt vires aduersus ea quæ diuino statuta sunt iure. cap.fin.5. par.§.4.nu.5.327.
Conductor finita cōductione potest propria autoritate à domino expelli. cap. 6.nu.3.98.
Consuetudo cuiusq; fori obseruanda est. cap.fin.5.par.§.16.nu.4.392.
Consuetudo vt præscripta dicatur quanto tēpore indiget.c.fi.6.p.§.vnic.n.6.405.
Consuetudine secluſa nullum tempus debitori datur ad redimendas res omni Marte addictas. c.fin.5.p.§.16. n.5.393.
Coniuncta persona agere potest de his quæ speciale non exigunt mandatum. cap.fin.3.p.§.2.nu.5.265.
Coniuncta persona tenetur satisdare de rato.ibidem.
Coniuncta persona sine mandato solutionem recipere non potest. cap.fin. 3. p. §.2.nu.7.266.
Coniuncta persona & procurator generalis rectè desiderant vt sequestro debita pecunia deponatur.ibi num.8.

Creditori non satis est probare Titiu esse filium debitoris nisi etiam probet eum esse hæredē.c.fin.4.p.§.n.n.21.fol.296.
Creditor cui res locata p debito addicta est,stare non tenetur conductioni,fructus tñ pēdētes quos coluit conductor habebit.cap.fin.4.par.5.n.13.fol.291.
Creditor prior an possit agere aduersus posteriorē cui solutio facta est.ca.fin. 5.par.§.3.nu.46.fol.323.
Creditore instrumētū debitori tradēte solutio psumitur.c.fin.5.p.§.11.n.34.370.
Creditor iuste postulat vt in alia re executio fiat qñ est mota cōtrouersia super pignore capto.c.fin.5.p.§.11.nu.60.
Creditor recepturus pecuniam satisdare prius debet iuxta legem Toletanam.c. fin 5.p.§.14.nu.1.fol.388.
Creditori quantūuis diuiti hæc Toletanæ legis satisdatio nō remittetur.ibid. n.2.
Creditor cum post bona addicta partem debiti accepit fructus restituere tenetur.c.fin.5.p.§.16.nu.15.fol.396.
Creditor cui res addicta euicta est quo vti remedio possit.ibid.nu.19.fol.397.
Creditori re euicta non potest rursus executionem repetere ibi.nu.20.
Creditor tenebatur olim debitorē in carcerem inclusum sustentare, iure vero Regio nouem tantū dies tenetur.c.fin. 5.p.§.7.nu.3.& 4.fol.340.
Creditorum maiore parte inducias debitori indulgente relaxari debitor debet ca.fin.5.p.§.7.nu.8.fol.341.
Controuersia scriptorum melius rationū pondere quàm partium numero censentur.c.fin.1.p.§.11.nu.6.fol.107.
Correctore mortuo interea dū superior dat iudicem populus seu decurionū ordo sufficit qui demortui vices gerat.c. 1.nu.8.fol.6.
Correctore mortuo continuo illius vicarij spirat iurisdictio.ibid.nu.11.
Corrector decedens non pōt sibi successorem deligere eodem loci.nu.12.
Corrector an possit assessorem semel electum amouere in consulto principe. ibidem. nu. 13. fol.7.
Correctores nō possunt principē quēquā hominē ciuitatisve decurionē incōsulto principe occidere.c.1.n.10.fol.9.
Curator dari debet bonis debitoris quādo graue es vrget.c.fi.5.p.§.3.n.50.fol.324
Curator dari bonis necesse nō est nisi qñ reus absens est à prouincia. cap.final.5. par.§.9.nu.14.fol.347.

D

DEbitori dantur decē dies ad soluendū quando dies non fuit adiecta obligationi.c.fin.5.p.§.1.n.25.fol.305.
Debitor habens res mobiles nō potest ad executionem nominare res solit.c.fin. 5.par.§.3.nu.3.fol.313.
De debito quādo cōstat quāta vero illius summa fuerit nō constat iureiurando actoris diiudicāda res est.c.18.n.1.126.
Debitor suspectus de fuga etiā diebus festis in carcerem detrudi potest.ca.fin. 5.p.§.4.nu.9.328.
Debitores fiscales etiam datis fideiussoribus non relaxantur à carcere.c.final.5. par.§.5.nu.6.330.
Debitores regio iure ab ecclesia extrahi possunt.c.fi.5.p.§.6.nu.2.334.
Debitor etsi debitū soluat iniussu iudicis nō est carcere relaxādus.ibid.n.6.335.
Debitor in quē facta est executio non est relaxādus sub captione de iudicio sisti eodem loci.nu.7.
Debitores qui quatenus facere possunt cōueniuntur in carcerē pro debito detrudi non possunt.c.fi.5.p.§.6.nu.17.337.
Debitores qui quatenus facere possunt cōueniuntur qui sint.ibidem.nu.18.
Debitores qui per infortuniū rerū suarū iacturam fecerunt pro debito in carcerē detrudi non debent inibi.n. 19.337.
Debitor iure.12.tabu. creditoribus dilacrādus dedebatur.c.fi.5. p.§.7.nu.1.339
Debitor bonis cedēs imperatorū legib⁹ carceris molestiā effugiebat.ibid.n.2.340.
Debitor cessionem bonorum faciens debet iure Regio torque ferreo oberatus creditoribus dedi.ibid.nu.4.340.
Debitor cū in carcere occalluerit quemadmodum creditor sibi consulere valeat.ibi.n.6.340.
Debitore via ordinaria agenti pōt nihilominus creditor viā executiuā intendere.c.fin.5.p.§.11.nu.22.367.
Debitori succurritur actione de dolo aduersus fraudem in licitatione adhibitā .ca.fin. 5.p.§.13.nu.2.384.
Debitor ex consuetudine potest retrahere bona iam addicta intra certa tempora.c.fin.5.p.§.16.nu.3.392.
Debitore soluente debitum appellatione durante restituenda sunt illi pignora iam addicta eodem loco.nu.7.393.
Debitor potest agere de dolo cum executore qui per dolum vilius bona vendidit.c.fin.5.p.§.16.nu.16.396.
Debitor coactus à iudice alteri soluere quàm creditori an liberetur.cap. fin.5. par.§.17.nu.7.399.
Debitor soluens videtur potius soluere in debitum quod ex publico debetur instrumento quam quod ex chirographo inibi.nu.15.401.
Debens vinū aut frumētū nō pōt p eo pecuniā soluere inuito creditore ibi.n.16
Debitor pecuniæ an quocūq; genere pecuniæ soluere possit ibi.nu.17. 401.
Debitor ex generali totius mundi consuetudine in quocunque genere pecuniæ soluere potest eodem loco.nu.18.
Debitor apud nos ex more maiorū pro pecunia vas argenteum soluere potest inibi.nu. 19.fol.402.
Decima executionis quando debeatur.c. fin.6.p.per totū.404.
Decima vt plus debeatur consuetudo nō potest efficere ibi.nu.2.405.
Decimæ soluendæ consuetudo vnde originem traxerit ibid.nu.3.
Decima soluenda est in eodē genere qđ debetur.ibi.n.4. (5.405.
Decima executiōis strictiī iuris est ibi.nu.
Decimæ consuetudo quanto tempore dicatur præscripta ibi.nu.6.
Decimæ exigendæ consuetudo spectanda est eius loci vbi sunt pignora in executionem capta ibi.nu.8.406.
Decima non debet cū debitor recta in rei possessionē mittit,eod.loci.nu.9. 406.
Decima an debeat qñ creditores ad executionem concurrunt ibid.nu.10. 407.
Decima an debeatur cum executio irritatur ibi. nu. 11.
Decima integra non debetur ex Regalibus vectigalibus ibi.nu.12.
Decima ex redditibus magnatum an integra debeatur.ibi nu. 13.
Decima non debetur qñ fit executio pro pœna pecuniaria vel pro ipsa decima inibi.nu.14.408. (mo ibid.
Decima an debeatur ab ecclesiæ œcono
Decimę exactio cessat cū executor datus est cum salario ibi.nu.16. 408.
Decima exigi antea non potest quā creditori satisfactum fuerit ibi.nu. 16.
Decima exigi potest statim ac creditor accepto tulerit vel solutiōis diem prorogauerit ibi.nu.18.408.
Decima pro rata exigi debet cū bona soluendo non sunt. ibi nu.19. 409.
Decima ex vno debito semel tantū exigi potest.ibi nu.21.
Decima altera non debetur fideiussore in reum principalem executionē petente ibidem.nu.22.409.
Decima altera debetur delegatione debiti facta,eodem loci.nu.23.
Decima altera debetur cum aliud p alio constituitur ibi.nu.24. 410.
Decima altera an debeat si datis aliis fideiussoribus à priori executione recedatur.ibi.nu.25.
Decima qñ ex secunda executiōe debeat regulā cōstituitur ibid.dicto capit. fin. 6.p.§.vnico.nu.27.411.
Decima nō debetur debitore intra viginti quatuor horas quā facta est executio soluente ibid.nu.28.411.
Decima nō debetur qñ creditor intra supradictas viginti quatuor horas debitori acceptū tulerit ibi.nu.29.412.
Decima debetur etsi debitor intra viginti quatuor horas bona in solutum creditori offerat ibidem nu. 30.
Decima an integra debeatur cū reus non totum debitum, sed partem tantū obtulit ibi.nu.31.412.
Decima eius quod plus penitū fuerit creditorem onerat ibid.nu.32.412.
Decima vt nō tota debeat an præstatio in

executione petenda à creditore facta ,pſit ibid.d.c.fin.6.p.§.vnico.nu.32.412
Decima vtri iudici debeatur, illi ne qui executionem auſpicatus eſt an illi qui finem impoſuit ibid.nu.34.413.
Decima vtri iudici debeatur cum executio fit per requiſitorias literas ibidem nu.37.413.
Defunctus põt cauere ne hæres apprehẽdat hæreditatis poſſeſsionẽ ante implẽtum teſtamẽtũ.c.fin.1.p.§.9.nu.7.193.
Delegatio quid ſit.cap. fina. §.12.limit.6. nu.48.224.
Decuriones pro vniuerſitate ſeu populo obligati quemadmodum teneantur.c. fin.4.p.§.3.nu.6.285.
Dictum ſeu nudus conſenſus longe differt à pacto.c.3.nu.10.30.
Dictũ ſimplex veteri iure neq; ad agendũ neq; ad excipiendũ valebat neq; hodie iure regio ibid.nu.11.&41.
Digitus tranſuerſus quatuor continet hordeacea grana.c.19.nu.8.132.
Differentia inter quotam bonorum & quotam hæreditatis vt noſtri loquuntur re & effectu nullius eſt momenti. cap.fin.1.p.§.9.nu.8.193.
Diei prærogatiua an videatur ſublata per poſteriorem obligationem.c.fin.§.12. limit.6.nu.52.225.
Dies interpellat pro homine. capit. fin. 5. par.§.1.nu.23.305.
Dilationem à lege præſcriptã iudex proferre nõ põt.ca.fin.5.p.§.10.nu.10.354.
Dilatio decem dierũ in via executiua nõ currit tẽpore iuſtitij paſchalis ibi. n.11.
Dilatio decem dierum in via executiua prorogatur creditori id deſiderãti ibi. nu.13.&15.355.
Dilatio ſecunda impertiri niſi cauſa cognita non debet.dicto cap. fin.5. parte. §.10.nu.17.356.
Dilatio prior nondũ finita prorogari etiã ſine cauſæ cognitione poteſt ibi.nu.18.
Dilatio decem dierum creditori ignoranti non currit eodem loco.nu.19.
Dilatio prorogari creditori non debet qũ ipſe aut ipſius aduocatus teſtificata dicerũt.dict.c.fin.5.p.§.10.nu.20.356.
Dilatio prorogata vtriq; parti communis eſt ibi d.nu.21.fol.357.
Dilatio decem dierum quæ in via executiua datur ad tertios non pertinet oppoſitores ibidem nu.22.
Dilatio in cauſis ordinarijs iudicãtis arbitrio moderãda eſt eod.loci nu.23.357.
Dominij definitio.cap.2.nu.11.18.
Dõs eſt non ſimplex vſuarius qui habet vſum earũrerum quæ vſu conſumuntur ibidem nu.12.19.
Dominium necnon poſſeſsio lucrorum conſtante matrimonio acquiſitorum mortuo marito ſtatim pro parte trãſeunt in vxorem.c 5.nu.14.91.
Dominus ratũ habere poteſt quod à falſo procuratore, ſuo eſt nomine geſtũ. c.fin.3.p.§.2.nu.9.160.
Domino litis defuncto cauſa cum illius procuratore iure finiri poteſt. cap. fin. 5.p.§.9.nu.28.351.
Doctores & cãdidati quos vulgo Licẽtiatos appellamus ,p debito in carcerẽ detrudi nõ debent.c.fin.5.p.§.6.nu.1.337
Domo ſua nõ debet quis inuitus in carcerẽ duci qđ iure cõſtitutũ moribus minus obſeruatur.c.fin.5.p.§.6.nu.1.334.
Donatio quid à pacto pollicitatione acſtipulatione differt.cap.3.nu.6.28.
Donationis definitio ibidem.
Donatio vt fiat etiã hodie neceſſe eſt verba in præſenti ſonent.c.3.nu.9.29.
Donatio in abſentia facta ſtatim hodie vim ſortitur.c.3.nu.36.42.
Donatio in re dubia nunquam præſumitur ibidem nu.41.45.
Donatio vt valeat nulla cauſa opus eſt inibi.nu.55.50.
Donatio excedens quingentos ſolidos iuramento firmata valet.c.4.nu.26.68.
Donatio mortis cauſa vel inter viuos à minore facta adiecto iuramento an reuocari valeat ibid.nu.40.73.
Donatio ,pter nuptias excedẽs legis metã iuramẽto nõ firmatur ibi.nu.44.74
Donatio omnium bonorum præſentiũ & futurorum iuramento an confirmetur eodem loco nu.45.75.
Donatio etiam iurata poſtea ſuſceptis liberis reuocatur inibi.nu.46.
Donatio omnium bonorum mortis cauſa facta an valeat.ca.8.per totum.110.
Donatio omniũ bonorũ præſentiũ & futurorũ vtroq; iure phibita eſt ibi.nu.1.
Donatio bonorũ etiã præſentiũ tantũ iure Regio non valet.ca.8.nu.2.110.
Donatio cauſa mortis tam præſentiũ bonorum quã futurorum valet.c.8.nu.3.
Donatio cauſa mortis quantũ ad ſolennia cõtractus cõtractibus exequatur porro quantum ad iuris effectus teſtamenti naturam ſortitur.dicto ca.8.nu.4.
Donatiõis à Rege factæ in primis ſui principatus auſpicijs irritę ſunt ſi in damnũ reipublicæ, aut Regij diadematis cedant.c.fin.1.p.§.7.nu.4.186.
Ducis dignitas præſtantior eſt quã comitis aut marchionis.c.13.nu.1.118.

E

ENormiſsima læſio iuramento nõ cõfirmatur.ca.4.nu.49.76.
Enormiſsimæ læſionis remediũ princeps tollere non videtur ibid.nu.50.77.
Enormiſsima læſio quæ dicat ibid.nu.51.
Emphyteutica bona capi ad executionẽ poſſunt ſaluo iure canonis.ca. fin.5.p. §.3.nu.33.320.
Emphyteuticã rem ſi quis petat iure cõmiſsi,nõ probet autem cõmiſſum, ſed probet rem emphyteuticam eſſe damnandus eſt reus vt quotannis canonem ſoluat.c.10.nu.4.114.
Emphyteuſis finita ac ex integro à domino inſtaurata an fiat cõis viri & vxoris.c.16.per totũ.122. (ibid.nu.1.
Emphyteuſi tribus ſolet modis extingui
Emphyteuſis per cõmiſſum extincta & eius poſſeſsione à dño apprehenſa efficitur communis viri & vxoris ſi dominus poſtea illis emphyteuſim inſtaurauerit.c.16.nu.3.123.
Emphyteuſis dõs non poteſt ea quæ iure ſtatuta ſunt in alterutrius coniugis prę iudiciũ immutare eodem loco.nu.4.
Emphyteuſis extincta quia perſonarũ extinctus eſt numerus dño poſtea emphyteuſim renouãte non efficitur cõis vtriuſq; coniugis.c.16.nu.5.fo.123.
Emphyteuſim renouare tenetur dñs hæredibus emphyteutæ finito generationum numero eodem loco. nu.6. 124.
Emphyteuſis finita & ex integro renouata habet naturam paternæ emphyteuſeos ibidem nu.7.
Emphyteuta renunciante emphyteuſim dñoq; ex integro renouãte cõis nõ efficitur vtriuſq; cõiugis eodẽ loco. nu.9.
Emere compellẽdus eſt nemo innitus pignora in executionem capta.capit. fin. 5.par.§.13.nu.21.387.
Emptorẽ nõ reperiri dicendũ eſt qñ reperitur talis qui iuſtũ tñ pretiũ non offerat.c.fin.5.par.§.17.nu.24.403.
AEdes dirutæ nõ eędem dicũtur ædes & ſi poſtea ex integro eodẽ loci reponãtur.c.fin.5.p.§.3.nu.11.315.
Emãciparus quis nõ præſumitur niſi probetur etiam ſi ſexagenarius ſit.cap. fin. 3.par.§.1.nu.14.263.
Epiſtola recognita paratam habet executionem.c.fin.1.p.§.5.nu.17.181.
Eræ cõputatio initiũ habuit triginta octo annos ante fœliciſsimũ Saluatoris noſtri natalem diem.c.20.nu.4.138.
Eræ rationem vt rectæ ſubducamus quo cum hodierna congruat computatione addendi ſunt annis Domini triginta octo anni eodem loci.nu.4.& 6.
Eræ etymologia vnde emanarit,ibidem nu.7.139.
Error calculi qñ ſit admittẽdus in executiuis cauſis.c.fi.5.p.§.11.nu.43.374.
Error alius eſt calculi aliꝰ eſt rei ibi.n.44.
Exhortatio iudicum ad iuſtitiam adminiſtrandam.ca.fin.5.p.§.12.nu.7.382.
Executio contra tertium poſſeſſorem regulariter locum non habet. cap.fin. 4. par.§.5.nu.1.288.
Executio locum habet contra tertiũ poſſeſſorem poſsidentem rem titulo nullo ibidem nu.4.289.
Executio locum habet pro canone aduerſus tertium poſsidentem rem emphyteuticam ibidem nu.5.
Executio locũ habet aduerſus tertiũ poſsidentem

dentem rem litigiosam ibidem nu.6.
Executio locum habet contra possidentem rem litigiosam siue actiõe in rem siue in personam siue de re ipsa siue de quo alio iure agatur ibid. nu.9.290.
Executio locum habet aduersus tertium qui simulato contractu possidet.capit. fin.4.p.§.5.nu.10.291.
Executio locũ habet aduersus tertiũ qui rem dolo adeptus est ibid.nu.14.292.
Executio cum fit in hypotheca cui adicta fuit clausula de non alienando satis est ipsius rei possessorem citari. dict.c. fin.4.p.§.5.nu.19.293.
Executio locum non habet aduersus tertium qui non habuit titulum à debitore ibid.nu.20.294.
Executio diuersis remedijs competit. ca. fin.5.p.§.1.nu.3.299.
Executio ex instrumẽto guarentigio qua actione detur.c.fin.5.p.§.1.nu.15.303.
Executiuam viam quæ verba expectent quæ vero ad ordinariã ibid.nu.18.304
Executio cũm aduersus plures reos petitur in solidum:testari debet actor vna se velle fore solutione contentum. dicto cap.fin.5.p.§.1.nu.18.304.
Executio cum pro reliquis petitur fateri videtur creditor reliquam sibi summã fuisse solutam ibidem nu.20.
Executionem petens pro redditibus nouem annorum proximorum ne quicquam quod reliquum est via ordinaria repetit eodem loco.nu.21.304.
Executione ante tempus petita quas pœnas creditor patiatur.cap.fin.5.par.§.1. nu.22.304.
Executio fieri non potest in hæredem intra nouem dies quàm defunctus obijt ibidem nu.28.306.
Executio cum fit hypothecaria actione actor statim mittitur in possessionẽ rei instrumento comprehensæ.ca. fin. 5.par.§.2.nu.5.308.
Executio cum cõpetit pro viribus incorporalibus non est opus executione reali ibidem nu.7.309.
Executio cum petitur pro quantitate vel genere debitoris bona in pignus capiũtur & solennibus subhastationibus distrahuntur eodem loco.nu.8.
Executio fit in æstimatione cũ res instrumento aut sententia contenta perijt. dicto c.fin.5.p.§.2.nu.9.309.
Executio rei iudicatæ cũ apud eundẽ iudicẽ qui sniam tulit faciẽda est ex eisdẽ actis fieri potest.c.fin.§.1.nu.3.150.
Executioni quãdo mãdari debeat præceptũ cõminatiõis. c.fi.1.p.§.1.nu.22.156.
Executio sententiæ quando facienda est apud alium iudicem quam qui sententiam tulit fieri nõ debet nisi per requisitorias literas ibi.nu.23.157.
Executio legati peti põt edita tantũ clausula ipsius legati cũ capite & fine testamenti.ca.fin.1.p.§.9.nu.4.192.
Executio an habeat locũ pro legato seu melioratione quam vocant ibid.nu.5.
Executio an locum habeat aduersus fideiussorem tutoris p his quæ tutor post pubertatem minoris gesit. c.fin.1.p.§. 12.nu.57.227.
Executio fieri potest per secularem iudicem in prædio specialiter à laico obligato & si clericus illud possideat.c.fin. 2.par.§.1.nu.11.ad fin.233.
Executio non competit tertio qui instrumento nominatus non est. capit. fin.3. par.§.1.nu.1.& 2.259.
Executio datur vxori ex instrumẽto dotali pro dote non soluta ibid.nu.3.
Executio datur vxori quæ communes cõ iugij fortunas agnouit p virili sua parte aduersus hæreditarios debitores ibidem.nu.4.260.
Executionẽ põt vnus ex socijs petere contra debitores societatis ibid.nu.5.261.
Executionem non potest petere mulier sine sui mariti consensu neque monachus sine sui superioris autoritate. cap. fin.3.par.§.1.nu.11.262.
Executio fieri potest in falsum procuratorem qui rei partes suscepit.capit.fin. 3.par.§.2.nu.16.vsque ad finem.
Executio hæredi competit non secus, ac defuncto.c.fin.3.p.§.3.nu.1.268.
Executionis iudicium ab vno ex hæredibus moto quemadmodũ sustineri valeat.c.fin.3.p.§.3.nu.3.269.
Executio quãdo creditori cõperit ei etiã competit cui iure cessæ sunt actiones. c.fin.3.p.§.4.nu.5.271.
Executio habet locum aduersus hæredẽ perinde ac contra debitorem.ca.fin.4. par.§.1.nu.1.276.
Executio aduersus hæredes locum non habet nisi p hæreditarijs portionibus. c.fin.4.p.§.1.nu.11.278.
Executio p hæreditarijs portionibus perenda est siue defunctus contracto testamento aliud cauerit siue hæredes aliud inter se conuenerint.c.fin. 4.par. §.1.nu. 12. 279.
Executio in hypothecã in solidũ intendi potest ibid.nu.15.& 16. 279.
Executio pro censu facienda est aduersus possessores prædij pro censu obligati ibid.nu.18. 280.
Executio competit aduersus eũ qui pro possessore hæreditatem possidet. cap. fin.4.p.§.2.nu.1.282.
Executio datur aduersus fideicommissarium vniuersalem atque omnium bonorum legatarium ibid.n.2.
Executio datur aduersus fiscum qui defuncti bona occupauit ibidem nu.2.
Executio datur aduersus monasteriũ qui religiosi bona possidet eodem loco & numero.
Executio datur aduersus testamentarios executores cũ hæres anima relicta est ibidem.nu.3.282.
Executio dat aduersus mulierẽ quæ cões coniugij fortunas agnouit ibid. nu.4.
Executio non datur aduersus emptorem hereditatis nisi quando venditor soluẽdo nõ est.dict.c.fin.4.p.§.2. nu.5.282.
Executio an detur contra donatariũ omnium bonorum eodem loci nu.5.
Executio an detur aduersus filiũ cui melioratio relicta est ibidem.
Executio an detur aduersus vsufructuarium inibi.nu.6.& 7.283.
Executio locum non habet aduersus tutorem aut curatorem pro debito minoris.c.fin.4.p.§.3.nu.1. & 2.285.
Executio an habeat locum aduersus alterum ex socijs ibidem nu.5.
Executio cum est facienda in minorem dandus est ei primũ curator ad litem. cap.fin.4.p.§.4.nu.1.286.
Executio locum habet aduersus tertium qui rem deposito vel cõmodato possidet.c.fin.4.p.§.5.nu.12.291.
Executio prius fieri debet in bonis specialiter obligatis quã in his quæ gũraliter obligata sunt. c.fin.5.p.§.1.nu.29.306.
Executionem apparitor facere nõ potest nisi mandatum habeat in scriptis. cap. fin.5.p.§.2.nu.10.309.
Executio cum aduersus hæredem petitur vel ex cessione creditoris an antequam fiat citandus sit debitor. cap. fin.5. par. §.2.nu.15.310.
Executio an sit nulla cũ reus ante executionem citari debuit, & nõ fuit citatus. ibid.nu.16.311.
Executio an sit nulla cum ordo in executione peruertitur.c.fi.5.p.§.3.nu.4. 314
Executionis ad causam quæ res capi valeant nec ne ibid,nu.16.316.
Executio quãdo locum habeat in annuis pensionibus ibi.nu.44.
Executio locum habet in pecunia debitoris quæ apud argentarium vel aliũ depositio sit ibidem nu.45.
Executio quando locum habeat in seruitutibus prædiorum ibi.nu.47. 323.
Executio an habeat locum pro prælegato seu melioratione quam vocant.cap. fin.1.p.§.9.nu.5.192.
Executio quando locum habeat in portorio,pedagio vel iurisdictione.ca.fin. 5.par.§.3.nu.49.324.
Executio an fieri valeat in ferijs gratia hominum introductis. capit.fin. 5.parte. §.4.nu.10.328.
Executio fieri non potest in nundinis nisi illarum renunciatum sit fauori ibi. numero 13.329.
Executio fieri non potest in personã eorum qui inuiti in ius non vocantur. ca. fin.5.p.

fin.5.p.§.6.nu.16.col.1.337.
Excussio non est necessaria cum executio fit in re hypothecæ data cum clausula de non alienando.cap.fin.4.p.§.5. nu.18.col.2.293.
Executores aut meri sunt aut mixti. c.fin. 2.p.§.3.nu.1.235.
Executor iudex est delegatus ibid.nu.2.
Executor merus à misto quemadmodū discernatur ibid.nu.3.
Executione modum non excedente non reuocantur tanquā attentata quæ post appellationem ab eo fiunt.ibid.nu.4.
Executor an recusari valeat ibidem. nu. 5.col.1.237.
Expromissor quis dicatur.c.fin. 1.p.§.12. limit.6.nu.49.col.2.224.
Exceptiones omnes an aduersus executionem admittantur.c.fin.5.p.§.11.nu. 2.col. 1.361.
Exceptiones tantū lege Hēricia expressæ admittendæ sunt aduersus executionē ibidem nu.6.col.2.362.
Exceptiones non solū directæ(id est quas lex Henricia expres it)admittēdę sunt aduersus executionem sed etiam vtiles idest,quę ex ipsius legis sententia iustè colligi possunt ibid.nu.9.col.2.363.
Exceptio quæ in ea causa nititur ex qua nisi damni vel commodi parti obuenire potest iure admitti non debet. c.fin. 5.p.§.2.nu.17.col.2.311.
Exceptio nullitatis aduersus executionē admittitur.c.fi.5.p.§.11.n.11.col.2.364
Exceptio nouationis aduersus executionem admittitur ibid.nu.12.
Exceptio transactionis aduersus executionem obijci potest ibi.nu.13.
Exceptio simulationis an aduersus executionem admittenda sit.ibidem nu.14. & 15.365.
Exceptio quæ ex persona descendit locū habet in executione ibid.nu.17.366.
Exceptio non numeratæ pecuniæ an habeat locum aduersus chirographū recognitum.c.fin.1.p.§.5.nu.12.180
Exceptio à reo nō opposita an illi prosit. c.10.nu.8.col.tan fine.115.
Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur aduersus cōfessionem in iure factam.c.fi.1.p.§.5.nu.13.col.2.180.
Exceptio declinatoria locū habet in executione.c.fi.5.p.§.11.nu.18.col.1.366.
Exceptio litis pendentis aduersus executionem locum habet ibid.nu.19.
Exceptio compromissi aduersus executionē admittēda est ibi.n.24.col.1.368
Exceptiones instrumento directo nō repugnantes admittendæ sunt in executione ibid.nu.25.
Exceptiones quæ veniunt ex natura contractus reijciendæ non sunt in via executiua ibid.nu.26.col.2.368.
Exceptio rei non traditæ ac pretij non soluti locum habet in via executiua eodem loco & numero.
Exceptio perinde est guarentigia ac ipsa actio quando venit ex eodem contractu ibidem nu.27.
Exceptio rei non traditæ non habet locū quando aliquod corpus vectigaliū cōducitur ibi.nu.28.col.1.368.
Exceptio compensationis aduersus executionem locum habet ibid.nu.30.
Exceptio acceptilationis & in executiuis causis locum habet.ca.fin.5.p.§.11. nu. 36.col.2.371.
Exceptiones longiores exigentes indaginem non admittuntur in causis executiuis ibid.nu.40.col.1.373.
Exceptio de dolo in causis executiuis qū locum habeat ibid.nu.41.
Exceptio eius qui dicit se deceptum esse vltra dimidiam iusti pretij non admittitur in causa executiua ibidem nu.42. col.1.374.
Exceptio diuisionis quando sit admittenda in causa executiua ibi.nu.45.
Exceptio non numeratæ pecuniæ an admittenda sit in causis executiuis ibidē nu.51.col.1.376.
Exceptiones aduersus executionē ita lex reijcere videtur vt tamen ius integrū maneat reo vt denuo ordinaria via experiri valeat.dicto c.fin.5.p.§.11.nu.52. col.2.376.
Exceptiones reiectæ in causa executiua & in appellationis causa reiectæ esse videntur ibidem nu.55.377.
F
FActum cùm est præstandum executio quemadmodum fiat.c.fin.5.p. §.2.nu.6.308.
Facti alieni promissio valet hodie. cap.3. nu.30.fol.39.
Feriæ non computantur in dilatione quādo absorbent totam vel maiorem partem termini.cap.fin.5.par.§.10.nu.12. fol.354.
Feriæ messis & vindemiæ penè vbique terrarum exoleuere.cap.fin.5.par.§.4. nu.11.329.
Festis diebus executio fieri non potest nisi quando debitor est suspectus de fuga ibidem.nu.9.328.
Festis diebus an nuda facti executio fieri valeat eodem loco.nu.2.326.
Festorum obseruatione consuetudo quā vim habeat ibidem.nu.4.327.
Feudum per delictum Vassalli amissum, domino delictum condonante, nouū non censetur sed antiquum.cap.16.nu. 2.fol.122.
Fideiussores liberantur hodie ipso iure per pactum de non petendo à principali factum.cap.3.nu.21.35.
Fideiussor hodie nudo pacto obligatur ibidem nu.22. 36.
Fideiussoris obligatio de alia re quam de qua principalis est obligatus valet hodie ibid.nu.38. 44.
Fideiussor etiam hodie non obligatur in duriorem causam quā principalis ibidem.nu.53.49.
Fideiussor datus à marito de restituenda dote accedente iuramento obligatur. cap.4.nu.27. 69.
Fideiussor tutoris rem pupilli malegerētis quemadmodū prospicere sibi possit.cap.12.nu.1. 118.
Fideiussores priores non liberantur alijs fideiussoribus postea datis nisi nominatim dictū sit.c.fi.1.p.§.12.nu.51. 225
Fideiussores aut pignora nō teneri p contractu postea renouato. cap.fin.1.p.§. 12.nu.55.226.
Fideiussor qui debitū soluit executionē quemadmodum intendere debeat.ca. fin.3.p.§.4.nu.2.271.
Fideiussori cui indēnitas repromissa non est illa cessa fuit actio non via executiua,sed ordinaria agere debet.c.fin.3.p. §.4.nu.3.271.
Fideiussor cui cessæ sunt actiones aduersus cæteros confideiussores executionem recte intendit ibidem nu.4.
Fideiussor qui solidum soluit an aduersus cæteros confideiussores insolidum agere valeat. c.fin. 4.p.§. 6. nu.1.295.
Fideiussor cum soluit quod ad se attinebat aduersus cæteros agere non potest ibidem nu.4.296.
Fideiussor cum acceptilatione creditoris aduersus cæteros rectè agit.c.fin.4.p.§. 6.nu.7.297.
Fideiussoris vocabulū vnde fluxerit ibid. nu.9.298.
Fideiussor potest ad executionem bona debitoris nominare.ca.fin.5.p.§.3.nu. 51.325.
Fideiussor debet esse idoneus nō tantū facultatibus, sed etiam conueniendi facilitate.c.fin.5.p.§.5.nu.2.330.
Fideiussores idonei non sunt pragmatici idest,qui foro versantur ibid.nu.3.
Fideiussores idonei non sunt mulier miles & clericus eodem loco. nu.4.
Fideiussor idoneus non est qui in carcere detinetur ibidem.nu.5. dicto. fol.330.
Fideiussor idoneus nō est qui alterius est prouinciæ quam vbi causa agitur ibid.
Fideiussor idoneus est qui est eiusdē prouinciæ licet non sit eius loci vbi lis agitatur ibid.nu.7.
Fideiussor acceptus in causa executionis an & in causa appellationis teneatur, dicto.c.fin.5.p.§.5.nu.8.331.
Fideiussor in vno iudicio acceptus nō tenetur de eo qd in alio iudicio denuo incepto iudicatū est ibi.nu.11. 332.
Fideiussor qui bona emit debitoris rē cū fructibus restituere tenetur reddito sibi pre-

bi pretio.ca.fi.5 p.§.16.nu.17.col.2.396.
Filius famil.in iussu patris an possit executionem intendere.ca.fin.3.p.§.1.nu.12.col.2.262.
Filio in legitima instituto cõpetit remedium legis fin. C. de edicto diui Adri. tol.c.fin.1.p.§.9.nu.11.194.
Filius melioratus an sit legitimus contradictor ad impediendum remedium legis finalis.& l.Sorianæ. cap.fin.1. part. §.9.nu.12.col.2.194.
Filius agendo tanquam hæres hæreditatem adijsse videtur.cap. fin. 4. par.§.1. nu.3.col.2.276.
Fideicommissario an competat remediũ legis finalis. C. de edicto diui Adria. c.fin.1.p.§.9.nu.13.col.1.195.
Fideicommissarius an executionem pro debitis hæreditarijs potere valeat.c.fin. 3.p.§.1.nu.10.col.1.
Forum rei sequi debet actor in causis executiuis perinde ac in ordinarijs.c.fin.2. p.§.1.nu.3.col.1.239.270.
Forus latinum nomen non est cum capitur pro loco iudicij sed forum.c. fin.2. p.§.3.nu.10.col.1.238.
Forma cum peruertitur actum nullum reddit.cap.fin.5.p.§.3.nu.5.col.2.314.
Frater patruelis an succedit cõsobrino ab intestato defuncto excluso patruo. ca. 15.per totum.fol.121.
Fruetur pendentes inter mobilia quando reputent.c.fi.5.p.§.3.nu.13.col.1.316.
Fructuum restitutio semper venit in causæ executionis.cap.fin.5.par.§.12.nu.3. col.2.381.
Fructuum restitutio venit in integrum restitutiõe.c.fin.5.p.§.16.nu.9.col.1.394.
Fructus an veniant in remedium competenti propter læsionem vltra dimidiũ iusti pretij ibid.nu.12.col.2.395.
Fructus an veniant restituendi in enormissima læsione ibid.nu.13.col.1.396

G

Genitiuus dominium significat. c.5. nu.15.col.2.fol.91.
Genus aliquod ergastulorum & compedium improbatur.ca.fin.5.par.§.6.nu. 5.col.2.334.
Gerundium conditionem præ se fert. ca. fin.5.p.§.14.nu.3.col.2.388.
Gratias quas fecerit Papa anteaquã exeat de conclaui vbi electus est irritæ sunt. c.fin.1.p.§.7.nu.4.col.2.186.
Granaria quæ solo affixa non sunt inter mobilia referuntur. cap.fin.5.part.§.3. nu.9.col.1.315.
Guarentigium instrumentum quid sit. c. fin.1.p.§.11.nu.2.col.1.196.
Guarentigia instrumenta apud nos odiosa non sunt ibid.nu.9.col.1.199.

H

HAstarum nomẽ vnde veteres vsurpauerint. cap. fin.5.p.§.8. nu.1. col.1.342.
Hærédes defuncti stare tenentur contractui à defuncto iureiurando confirmato.c.4.nu.19.col.2.66.
Hæres apprehendere potest possessionẽ bonorum hæreditariorum suaptè autoritate cùm vacant seu à nomine possidentur.c.5.nu.1.col.1.82.
Hæredes cum tumultuantur super apprehendenda possessione quid ius dicens agere debeat. c.5.nu.30.& 32.col.1.96.
Hæres executionem petens probare debet se esse hæredem.c.fin.3.p.§.3.nu.5. col.2.269.
Hæredem esse satis probat qui probat se esse defuncti consanguineũ ibid. nu.6.
Hæredem quem esse quemadmodũ probetur.c.fin.4.p.§.1.nu.4.col.1.277.
Hæres an pro ære alieno defuncti in carcerem detrudi possit.ibid.nu.7.
Hæres vnus si efficiatur non soluendo cæteros non onerat.ca. fin.4.p.§.1. nu.13. col.1.279.
Hæres creditoris defuncti ad præstãdum iusiurãdũ in executione petenda adigi inuitus non potest.cap. fin. 5.part. §.1. nu.27.col.1. 306.
Hæreditas an per procuratorẽ adiri possit.c.fin.3.p.§.3.nu.7.col.2.269.
Hæreditaris emptor ac testamentarius executor recte executionem intendũt.ibidem.nu.8.

Hære-

Hæreditas quando aliquid hæredi debet quemadmodum res expediri debeat inibi.nu.9.270.
Hæreditate iacente quemadmodũ actor sibi cauere debeat.c.fi.4.p.§.1.n.5.277.
Hæreditatis petitio cessat hæreditate semel restituta.c.fin.5.p.§.16.nu.21.397.
Hispania imperio non subest.capit.21.nume.3.146.
Hora confecti instrumenti necessario nõ est inscribenda.cap.20.nu.9.140.
Horrea quæ in confinio regnorum Galleciæ & Legionis extãt an inter mobilia computentur.c.fi.5.p.§.3.nu.10. 315.

I

IAsonis opinio circa ludũ reprobatur. cap.7.nu.12.106.
Imperator an totius mundi dominus sit. cap.21.nu.2.146.
Instrumentum cum post causæ cõclusionem producitur falsique arguitur, an sint partes denuo ad probandum admittendæ.c.17.per totum.125.
Instrumenta post causæ conclusionem produci nõ possunt nisi modo post ea reperta sint ibid.nu.1.
Instrumentis publicis quę solẽnitas regio iure necessaria sit. c.20. per totum.137.
Instrumento publico dies mensis & annus inscribi debent ibidem nu.1.
Instrumentum noctu conficere prohibitum non est ibi.nu.10.140.
Instrumenti locus vbi rogatur inscribi debet,non tamen locus loci ibid.nu.11.
Instrumentum à partibus subscribi debet. dicto cap.20.nu.15.142.
Instrumenta quæ concilio senatu aut iudicio rogantur testes non poscunt.capit. 20.nu.19.144.
Instrumento si quid addictum adeptũue fuerit ante subscriptionẽ subnotari debet ibi.nume.20.
Instrumenti exemplo transferendo nihil omnino notarius immutari debet,eodem loci nu.21.
Instrumentum confectum à notario publice excommunicato nullius est momenti.c.20.nu.24.145.
Instrumentum semel productum in omnibus, aut nocet aut prodest nec partim acceptari, & partim repudiari potest.capit. fin.1. par.§.5.nu.21.182.
Instrumentum in iudicio factum in vim cõtentiosæ iurisdictionis paratã executionem habet.ca.fin.1.p.§.10.nu.1.195.
Instrumẽtum publicum seu guarentigiũ iure Regio paratam executionem habet.cap.fin.1.p.§.11.nu.1.195.
Instrumentũ publicũ iure cõi paratã executionem non habet,eodẽ loco & nu.
Instrumentum guarentigium quid sit.ibidem nu.2.196.
Instrumentum guarentigium latinè syngrapha dicitur ibi.nu.3.
Instrumentum authenticum etsi non sit publicum meretur executionem. cap. fin.1.par.§.11.nu.10.199.
Instrumenta confecta ab episcopis cæterisque magnatibus authentica sunt. ibidem nu.11.200.
Instrumenta publica etiam in alio regno confecta paratam isthic executionem habent,eodem loci nu.13.201.
Instrumẽtum de longe allatum quando exequendum sit ibi.nu.14.
Instrumẽtum lõge allatum si falsi arguatur quemadmodum comprobari debeat ibid.nu.15.& 17.202.
Instrumentũ guarentigiũ paratã habet executionẽ etiã quãtũ ad ea quę ex eo tacite cõprehendũtur.c.fi.1.p.§.11.n.18.203
Instrumento quod tacitè colligitur pro expresso habetur ibidem nu.19.
Instrumentum de dote recepta exequendum est etsi de ea restituẽda cautum non sit ibid.nu.20.203.
Instrumento publico causa necessaria nõ est.c.fin.1.p.§.11.nu.23.204.
Instrumentum etsi verba in futurum concepta fuerint executionẽ meretur ibidem nu.25.205.
Instrumẽtũ publicũ etiã in foro ecclesiastico paratã habet executionẽ ibi.n.28
Instrumentum confectum à notario Regio non mandatur executioni. c. fin.1. par.§.12.nu.1. 207.

Instrumẽti publici exemplũ, nõ meretur executionem etiã si plures tabelliones illi subscribant ibid.nu.14.& 18. 210.
Instrumentorum tria sunt genera ibidem nu.15. 211.
Instrumenti exemplum vt describatur ci tandi sunt ij cuia interest. dicto.c. fin.i. p.§.12.nu.19. 212.
Instrumenti exemplũ descriptũ à successore quã fidem faciat ibi.nu.20.213.
Instrumẽti exẽplũ descriptũ ab ipsomet notario qui protocolũ confecit executionẽ meretur.c.fi.1.p.§.12.nu.21.213.
Instrumentũ ex signo notarij ceu nũmus ex publica forma vim capit ibi.nu.22.
Instrumẽtũ de alio mẽtionẽ faciẽs executioni nõ potest mãdari nisi illud alterũ exhibeatur inibi.nu.24.214.
Instrumentũ fideiusionis mãdatur executioni etsi instrumẽtũ principale non exhibeatur.d.c.fin.1.p.§.12.nu.25.215.
Instrumẽtũ obligationis ex causa vẽditionis mãdatur executiõi etsi instrumẽtũ vẽditiõis nõ exhibeat,eod.loco.nu.26.
Instrumentum guarentigiũ non mandatur executioni nisi liquidũ fuerit.d.ca. fin.1.p.§.12.limit.4.nu.27.& 28.215.
Instrumentũ nõ liquidũ qũ mãdatur executioni non tam nullitatis quã grauaminis laborabit executio ibi.n.29.216.
Instrumenti non liquidi vt liquidatio fiat citandus est debitor ibi.nu.30.217.
Instrumentum turelæ aut curæ paratam habet executionem aduersus tutorem quantum attinet ad liquidationem faciendã ibi.limit.4.nu.34.218.
Instrumentũ societatis mandari executioni an possit ante rationes redditas.cap. fin.1.par.§.12.nu.35.218.
Instrumentũ non liquidum vt executioni mãdari possit cautela. ibid.n.36.219
Instrumentũ in quo factũ promissum est mãdari executioni potest,pro facti vera æstimatione ibid.nu.38.220.
Instrumentũ conditionale non mãdatur executioni nisi appareat conditionem extitisse.c.fin.1.p.§.12.nu.39.220.
Instrumentũ executionem non meretur si nouatum fuerit.c.fi.1.p.§.12.limit.6. nu.41.221.
Instrumentum quod in loco substantiali rasum cancellatum aut alio vitio consumptum fuerit executionem non meretur.c.fi.1.p.§.12.limit.8.nu.60.228.
Instrumentum quod ita obscurum fuerit vt minus intelligi valeat executionem non meretur ibid.nu.62.
Instrumento minimũ vitiũ nõ nocet licet sit in loco substantiali.ibi.nu.63.228.
Instrumẽtorũ mendæ ante subscriptionẽ subnotari debẽt qñ inciderint in loco suspecto alias non ibi.nu.64.229.
Instrumentum suspectum de falso habetur pro falso. c.fi.5.p.§.11.n.37.372.
Instrumentum publicum causam non requirit.ca.3.nu.60.56.
In integrũ restitutio intra quantũ temporis spatium postulãda sit.c.u.per to.116.
In integrũ restitutione cõcedẽda cũ tota legitima dilatio impartita nõ est cõpetens terminus dãdus est ibi. nu.4.117.
In integrum restitutio ad probandum an danda sit tertio oppositori elapsis quindecim diebus à lege prẽfinitis ibi. n.5.
In integrum restitutio an admittẽda sit in via executiua.c.fin.5.p.§.11.nu.53.377.
In integrum restitutio non videtur exclusa in generali exclusione ibi.nu.54.
In integrũ restitutio an reipublicæ detur aut minori aduersus bonorũ addictionem.c.fin.5.p.§.13.nu.18.386.
In integrum restitutio non nisi ex graui est causa danda ibi.nu.20.387.
Interdictũ ecclesiasticũ non debet infligi in prouinciã aut ciuitatẽ ꝓ debito pecuniario.c.fin.2.p.§.2.nu.10. 235.
Inuentarium reconfici debet nec sufficit protestatio de conficiendo. cap. fin.4. par.§.1.nu.9.278.
Inuentarij conficiendi consuetudo seruãda est.dict.c.fin.4.p.§.1.nu.8. 278.
Inuentario confecto tenẽtur hæreditarij creditores accipere hæreditaria bona in solutum pecunia non suppetente. ibi.numero 10.
Interest permultũ an creditor executionem pro debito petat an hypothecaria actione experiatur.cap. fin.4.p.5.1. nu.17. fol.180
Institor nomine dñi obligatus finito officio nõ cõuenitur.c.fi.4.p.§.3.ni3. 285.
Infans conueniri non potest nisi tutorem habeat.c.fin.4.p.§.4.nu.3.& 4.286.
Interdictorum verba quare in futurũ sonent.c.fin.5.p.§11.nu.7.300.
Itinerum diurnorum ratio quemadmodum accipienda sit.c.19.nu.12. 134.
Iter facienti indulgetur in singulas hebdomadas dies vnus quietis ibi.nu.13.
Iurisdictio aduersus regem præscripta an intelligatur præscripta priuatiuè an accumulatiuè.cap.1.per totum.
Iurisdictio à iure dicundo dicitur ibi. n.i.
Iurisdictio simplex quid sit, quid itẽ merum ac mistum imperium ibid.n.4.
Iurisdictionis origo primũ à populo processit.ibidem nu.5.
Iurisdictio iuris gentium introductione apud Reges extat inibi. nu.6.
Iurisdictiones emanant à Rege ceu riuuli à fonte ibi.nu.7.
Iurisdictio vicarij seu assessoris ordinaria est,eodem loci nu.10.
Iurisdictione prescripta per archidiaconũ intra episcopi diœcesim an intelligatur præscripta priuatiuè an accumulatiuè,dict.c.1.nu.14. fol.7.
Iurisdictione aduersus Regem præscripta, priuatiuè videtur præscripta non accumulatiuè inibi.nu.15.
Iurisdictio ordinaria & delegata permultum distant.c.fin.2.p.§.3.nu.9.238.
Iudices perquęsitores demãdari lege prohibentur nisi in causis grauissimis.cap. 1.nu.23.fol.10.
Iudicibus nec clementiæ, aut seueritatis gloria affectanda est, sed perpenso iudicio prout quæque res postulat statuendum. dict.c.1.nu.24.
Iudex ecclesiasticus nõ potest contra laicos executionem facere nisi per requisitorias literas.c.fin.2.p.§.2. nu.1.233.
Iudex secularis tenetur auxilium impertiri ecclesiastico iudici.ibid. nu.3.234.
Iudex requisitus obedire non tenetur nisi sibi actorum summatim saltem copia edatur.c.fin.2.p.§.2.nu.5.234.
Iudici seculari actorum copia non datur in causa fidei.ibi.nu.6.
Iudex secularis nõ tenetur obedire ecclesiastico non rectè aut ritè procedenti. ibidem nu.7.234.
Iudex secularis non tenetur brachium seculare impertiri quando appellatio ab ecclesiastico iudice est iustè interposita ibidem nu.8.235.
Iudex secularis obedire non tenetur ecclesiastico qui solennijs prætermissis brachium postulat seculare,eodem loco numero.9.
Iudici ordinario cum aliquid committitur delegari ne iurisdictio videatur an excitari tantum.c.fin.2.p.§.3.nu.7.237.
Iudices qui ad irritandos processus proclines sunt taxantur. cap. fin.3. par.§.3. nume.16.263.
Iudices à principio litis cauere debent ne procuratores sine mandato audiãtur. cap.fin.3.p.§.2.nu.16.268.
Iudex qui de appellatione cognoscit non potest in causis executiuis inhibere iudicem exequentem anteaquã de actis cognoscat.c.fi.5.p.§.2.nu.13.310.
Iudices curare potius debent vt iudicia potius valeant quàm pereant. cap. fin. 5.p.§.8.nu.9.343.
Iudex ecclesiasticus inhibere an possit secularem iudicem exequentem. cap.fi. 5.p.§.11.nu.23. 367.
Iudex quid agere debeat quãdo inter emptorem & venditorem satis non conuenit vter prius contractui pareat ibi. nu.29. 368.
Iudex quid sequi debeat in causa executiua concurrentibus pluribus creditoribus ibidem numero 61.380.
Iudex qui per sordes sententiam diceret capite plectitur duodecim tabularum iure.c.fin.5.p.§.12.nu.10.382.
Iudex etiam actore non petente recipere debet satisdationem iuxta Toletanam legem.c.fin.5.p.§.14.nu.4. 388.

Iudex in re dubia ac difficili non malè agit si per medium quæstionem scinderit.ca.fin.6.p.nu.36.413.
Iustitia est domina omniumque regina virtutum.c.fi.5.p.6.12.nu.8.382.
Iniustitia vero nihil magis fœdum magisque indecorum.ibid.nu.9.
Iudicium valet etsi ij quos res minus principaliter tangit citati non fuerint.cap. fin.5.p.6.9.nu.20.349.
Ius accrescendi hodie locum habet in cõtractibus perinde ac in vltimis voluntatibus.cap.3.nu.28.fol.39.
Iudices cauere magnopere debẽt no quẽquam in possessionem mittant nisi citato prius ipsius rei possessore. capit.6. nume.7.fol.99.
Iudex potest supplere quæ defuere aduocatis in iure non in facto. cap.10. nu.9. fol.115.
Iudicium quando vitietur videtur ex solenniu defectu.c.10. per totum.
Iudicandum est hodie apud nos veritate tantum inspecta ibi.nu.1.
Iudicium hodie valet etsi litis contestatio defuerit ibidem nu.2.
Iudicium etiam hodie est nullum si iudex interpellatus iudicij solennia neglexerit ibid.nu.7.115.
Iudicium an hodie valeat actore ex vna causa agente probante vero aliam,eodem cap.10.nu.3.
Iudex quid agere debeat quando testes aiunt pecuniam mutuo acceptam,sed quanta illius summa fuerit non recordantur.cap.18.per totum.
Iudice ad certum tempus assumpto periculum prorogati temporis ad fideiussores non respicit.cap.fin.1.par.§.12. limita.7.nu.56.226.
Iura & actiones an inter mobiles res referendæ sint.cap.fin.5.p.§.3.nu.15.316.
Ius patronatus ecclesiæ capi ad executionem non potest etsi alia bona defuerint ibi.nu.29.319.
Ius superueniens sufficit vt iudicium conualescat.capit.fin.3.parte.§.3.nu.3.269.
Iugeri mensura quanta sit.cap.19.numero 15.136.
Iuramentum vltra primam obligationẽ alteram adijcit contractui.c.4.nu.1.
Iuramentum confirmat contractum aliàs nullum, eodem loco & numero.
Iuramentũ minoris duplicem habet effectum nam & solennium supplet defectum & in integrum restitutionis beneficium tollit.ibidem.nu.2.
Iuramentum confirmat contractum etsi minor sine curatoris autoritate contrahat,eodem loci nu.3.
Iuramentum impuberis si sit doli capax obligat.cap.4.nu.4.
Iusiurandum quantum ad religionem attinet non minus obligat verbo tenus factũ quàm tactis euangelijs ibid.nu.5.
Iuramentum ab ethnico per falsos deos factum obligat eum ibid.nu.6.
Iusiurandum à christiano per falsos deos factum an obliget eum.ibi.nu.7.
Iurare super lapidem quemadmodum intelligendum sit.ibid.nu.9.62.
Iuramentum ab vniuersitate præstitũ an obliget.cap.4.nu.16.65.
Iuramentum quando confirmet iudiciũ cum minore agitatum. ibi.nu.18.66.
Iuramentum nihil interest interpositum sit in ipso contractu antea posteaue. facto.c.4.nu.20.67.
Iuramentum generale minoris ad quemcunque contractum valet ibi.nu.21.
Iuramentum interpositum à procuratore qui speciale habeat mandatum valet.cap.4.nu.22.67.
Iuramento accedente contractui innominato non erit pœnitentiæ locus.cap.4. nume.23.67.
Iuramentũ tollit remedium læsionis quę fuerit minor quam dimidiũ iusti pretij ibidem nu.24.
Iuramentum valet etsi fuerit factum aduersus leges quæ priuatum respiciunt fauorem. nu.25.
Iuramentum nõ confirmat contractum qui alia de causa quam minoris ætatis fuerat infirmus, ibidem nu.28.70.
Iuramentum aduersus bonos mores factum

factum vires non habet.cap.4.nu.30.71.
Iurans fideiussurum se nunquam pro aliquo seruare non tenetur iuramentum. ibidem nume.32.
Iuramentum per quod veniale ne dum mortale contrahitur peccatum seruandum non est.ibi.nu.33.71.
Iuramentum in publicum tendens detrimentum seruandũ non est.c.4. nu.34.
Iuramentum non confirmat contractum quando contrahens prius iurauerat nũquam se tale facturum contractum. capit.4.nume.35.
Iuramentum quod in tertij tendet præiudicium seruandum non est ibidem numer.41.fol.73.
Iuramentum non confirmat alienationẽ factam à filio familias de bonis in quibus pater habet vsumfructum. cap.4. nu.42.fol.74.
Iuramentũ vi dolo aut metu factũ vires non habet ibi.nu.48.75.
Iuramentũ contractibus adijcere iure Regio prohibentur laici. d.c.4.nu.52.78.
Iurans an audiendus sit aduersus contractum anteaquam à iuramento absoluatur.c.4.nu.54.80.
Iuramenti absolutionem ad effectũ agendi vel excipiendi impetrat quis etiam aduersario non citato ibi.nu.55.
Iuramenti absolutio ad effectum agendi vel excipiendi petenda est anteaquam periurium incurratur.c.4.nu.56.81.
Iuramẽtũ de veritate dicẽda in omnibus gñaliter causis tam pphanis quã spiritualibus locũ habet.c.18.nu.2.127.
Iuramentum de veritate dicenda cur eo nomine vtatur ibi.nu.3.
Iuramentum quo respondetur positionibus dẽ veritate dicenda appellandum est,non de calumnia ibi.nu.4.
Iuramentum in supplementum probationis locum non habet in causis magni momenti nisi vehemẽtes præsumptiones patrocinentur actori. d.c.18.nu.6.
Iuramentum litis decisorium paratã executionem habet. c.fin.1.p.§.3.nu.1.167.
Iuramentum litis decisorium deferri potest etsi actor nihil probauerit cap. fin. 1.par.§.3.nu.2.
Iuramentũ qñ possit quis ambiguis verbis reddere.c.fin.1.p.§.4.nu.14.175.
Iurat cùm quis bona fide nõ verba, sed iurantis spectanda mens est secus si dolo iuret. c.fin.1.p.§.4.nu.15.175.
Iuramenti omissio in executione petenda non vitiat. ca.fin.5.p.§.1.nu.27.306.
Iurare de alieno facto nemo tenetur ibid.

L.

Lapis pro milliario accipitur. cap.19. numero 3.
Lex imperium.ff.de iurisdictione omniũ iudic.explanatur.cap.1.nu.3.
Lex.2.titul.16.libr.5.Recopil. latè & copiosè illustratur.cap.3.nu. 13.
Lex.2.§.circa.ff. de doli exceptione. latè explanatur,eod.cap.nu. 59.
Lex fin.C.de edicto diui Adria.tol. explanatur luculenter.cap.5.per totum.
Lex Regia Soriana adamussim explanatur,cap.5. per totum.
Lex.2.C.de edicto diui Adria.tol. explanatur.ibidem nu.12.
Lex Taurina 45.explanatur, eodem loci numero .18.
Lex.3.titul.15.lib.4.Recopilationis explanatur.ibidem nu.27.
Lex finalis.C.de edicto diui Adriani tollendo,& lex Regia Soriana appellationem non admittunt quantum ad effectum suspensiuum.c.5.nu.31.96.
Lex.1.titul.25.lib.4.Recopilatio.explanatur.cap.fin.1.p.§.12.nu.2. 207.
Lex.115.titul.18.Parti.3.explanatur.ibid. nu.13.fol.210.
Lex 15.titul.14.Parti.5.explanatur. c.fin. 1.par.§.12.limit.6.nu.50.225.
Lex Lucius.§.Paulus.ff.de administ.tuto. &.l.si postea. ff.rem pupilli saluã fore conciliantur ibid.nu. 59.227.
Lex.1.titul.16.lib.8. Recopila. exponitur. cap.fin.2.par.§.1.nu.5.230.
Lex 57.titul.6.Parti.1.declaratur. ibidem num.2.9.232.
Lex 14.titul 1.libr.4. Recopil. exponitur. cap.fin.1.p.§.2.nu.2. 233.

Lex non eo minus. C. de prō curatoribus. illustratur. c. fin. 3. p. §. 1. n. 9. & 10. 262.
Lex licet. ff. de iudicijs luculēter explanatur. c. fin. 3. p. §. 2. nu. 9. 266.
Lex per diuersas & lex ab Anastasio. C. mandati apprimè elucidantur. cap. fi. 3. par. §. 4. nu. 6. 272.
Lex. 4. titul. 18. lib. 3. Fori. & l. 11. tit. 12. par. 5. elucidātur. c. fi. 4. p. §. 6. nu. 3. 296.
Lex. 1. ff. de edendo. exponitur. cap. fin. 5. par. §. 1. nu. 8. 301.
Lex nec quicquā. §. vbi decretū. ff. de offi cio ꝓcōs. elucidat. c. fi. 5. p. § 2. nu. 1. 307
Lex 17. titul. 21. lībr. 4. Recopilationis. explanatur ibi. nu. 11.
Lex 10. titul. 17. lib. 4. Recopilationis. explanatur. cap. 10. 309.
Lex finalis titul. finali. Parti. 6. commendatur. cap. 11. nu. 2.
Lex. 3. titul. 8. libr. 4. Recopilationis. com modissimè dispicitur. c. 11. nu. 3.
Lex. 2. ff. de in ius vocando. explanatur. c. 19. nu. 5. 131.
Lex. 9. titul. 7. libr. 8. Recopilationis declaratur. cap. 7. nu. 6. 103.
Lex. 7. titul. 18. lib. 4. Recopil. elucidatur. cap. fin. 1. p. §. 2. nu. 22. 166.
Lex. 5. titul. 21. libr. 4. Recopila. exponitur. cap. fin. 1. p. §. 4. nu. 2. 170.
Lex Iulianus. ff. de confessis. illustratur. c. fin. 1. p. 5. 4. nu. 5. 170.
Lex. 2. §. de frumentaria. ff. de administra. rerum ad ciuita. pertinen. explanatur. c. fin. 1. par. §. 6. nu. 5. 184.
Lex. 2. & 3. titul. 14. lib. 4. Recopilationis exponuntur. cap. fina. 1. p. §. 7. nu. 6. 187.
Lex Toletana quæ de instrumentorum executione tractat locupletissimā sortita est interpretationem. cap. fin. 1. par. §. 11. nu. 4. 196.
Lex. 1. titul. 6. & l. 11. titul. 7. lib. 7. Recop. illustrātur. c. fin. 5. p. §. 3. nu. 36. 32.
Lex. 4. titul. 11. libr. 5. Recopila. explanantur. cap. fin. 1. par. §. 11. nu. 24. 204.
Lex si is. §. iura. ff. de pignorib. & lex sequens quæ inter se magnopere pugnare videntur ad concordiam reducuntur. c. fin. 5. p. §. 3. nu. 48. 323.
Lex dies festos. C. de ferijs. explanatur. c. fin. 5. par. §. 4. nu. 3. 326.
Lex cum apud. ff. iudicatū solui adamussim expenditur. capit. fina. 5. parte. §. 5. nume. 8. 331.
Lex plerique. ff. de in ius vocando exponitur. c. fi. 5. p. §. 6. nu. 1. 334.
Lex 13. titul. 1. libr. 1. Recopila. illustratur ibidem nu. 2.
Lex. 3. C. de episcopali audientia, exponitur. cap. fin. 5. p. §. 6. nu. 8. 335.
Lex. 8. titul. 7. libr. 1. Recopila. illustratur. cap. fi. 5. p. §. 6. nu. 22. 338.
Lex. 1. & 2. titul. 1. lib. 4. Recopil. reconciliantur. c. fin. 5. p. §. 11. nu. 1. 360.
Lex. 1. titul. 16. lib. 5. Recopil. illustratur. c. fin. 5. p. §. 11. nu. 46. 374.
Lex vnde quæritur. ff. commoda. dispicitur ibidem nu. 50. 375.
Lex. 5. titul. 19. Parti. 6. explanatur. ca. fin. 5. p. §. 13. nu. 19. 387.
Lex. 4. titul. 21. lib. 4. Recopil. elucidatur. cap. fin. 5. p. §. 15. nu. 5. 390.
Lex finalis. C. de iure dominio impetrando. illustratur. cap. fin. 5. parte. §. 16. numero. 1. 392.
Lex finalis. C. de iure dominij impetrando in desuetudinem abijt. ibid. eodem numero.
Lex. 1. & 6. titul. 11. libr. 5. & l. 20. titul. 7. libro 9. Recopilationis elucidantur ibidem nu. 11. 395.
Lex si quis aliam. ff. de solutio. elucidatur ibidem nu. 21. 397.
Lex si quis cū sciret. ff. de vsucapione pro emptore nouè exponitur. c. 7. nu. 13.
Leges Regiæ quibus prohibetur ne contractibus iuramentū adijciatur an validæ sint. cap. 4. nu. 53.
Leges priores ad posteriores trahi debēt. cap. fin. 3. par. §. 4. nu. 10. 273.
Legis actio quid sit. c. fin. 5. p. §. 1. nu. 5. 300.
Leges Regiæ de leucis mentionem faciētes an sint intelligendæ de leucis ciuilibus an de vulgaribus. c. 19. per totum.
Leges de pluribus loquentes & in vno locum habent si diuersa non versetur ratio. cap. fin. 1. p. §. 2. nu. 11. 162.

Leges

Leges nouæ sine causa ferri non debent. cap. fin. 1. p. §. 4. nu. 3.
Leges in difficiliori casu loqui semper videntur. c. fin. 1. p. §. 11. nu. 7. 198.
Leges quæ eodem sunt volumine neque priores neque posteriores censentur. cap. fin. 5. p. §. 11. nu. 5. 362.
Lex etsi dura sit sufficit ita scriptum esse. cap. fin. 5. p. §. 11. nu. 8. 363.
Legatum an paratam habeat executionē. cap. fin. 1. p. §. 9. nu. 2. 191.
Legitima est quota bonorum non quota hæreditatis. c. fin. 1. p. §. 9, nu. 11. 194.
Legatarius ꝓ debito sibi legato rectè executionē intendit. c. fi. 3. p. §. 3. nu. 9. 270.
Legitimum id dicitur quod lege recipitur. c. fin. 5. p. §. 11. nu. 4. 362.
Legitimatio personæ in quouis iudicio quantumuis summario necessaria est. cap. fin. 3. p. §. 1. nu. 8. 261.
Liberatio facta à minore curatori suo rata an sit. cap. 4. nu. 13.
Litigiosa res quando dicatur. cap. fin. 4. p. §. 5. nu. 7. 289.
Libelli cōclusione colligitur qua actione quis vti velit. cap. fin. 5. p. §. 1. nu. 17. 303.
Libellus quid proprie sit. cap. fin. 5. parte. §. 2. nume. 1. 307.
Libellus procuratori an notificari sufficiat. c. fin. 5. p. §. 9. nu. 31. 351.
Licentiari (quos vulgus vocat) priuilegijs doctorum funguntur. cap. fin. 5. parte. §. 6. nume. 21. 338.
Lite mota super iurisdictione inter duos magnates necesse non est vt populus ad causam citetur. cap. fin. 5. parte. §. 9. nume. 21. 349.
Lite super re dotali mota satis est ad causam maritum citari ibid. nu. 23. 350.
Lite pendente aduersus vnū ex reis debēdi an aduersus alterū creditor regressum habeat. ca. fin. 5. p. §. 11. nu. 21. 367.
Leucæ nomen Gallicum est. c. 19. nu. 6.
Leuca nostrati Regio iure tribus millibus passuum constat ibi. nu. 6.
Leuca habet nostrarum perticarum Castellanarū millia quinque. ca. 19. nu. 7.
Leucarum dimensio quæ funiculo fit vetustissima est. c. 19. nu. 10.
Leucarum dimensio in mari astronomica ratione deprehenditur. ibid. nu. 11.
Locus fori est spectandus in ijs quæ ad iudiciarium ordinem pertinent. cap. fin. 1. p. §. 11. nu. 13. 210.
Locus substātialis in instrumento quis dicatur. cap. fin. 1. p. §. 12. nu. 61. 228.
Ludi omnes liciti sunt qui modo virtutis causa fiant. cap. 7. nu. 1.
Ludi omnes liciti sunt qui arte magis & ingenio quàm fortunæ calculo reguntur. cap. 7. nu. 4.
Ludi liciti etiā clericis permissi sunt modo honestatē non transiliant ibi. nu. 5.
Ludis permissis ludere licet iure Regio ad tricenos vsq; aureos vna eodemq; die ibi. num. 6.
Ludi omnes illiciti sunt qui aut in totum à fortuna aut partim à fortuna partim ab arte reguntur. cap. 7. nu. 7.
Ludus tesserarū seu talorū quid sit ibi. n. 8.
Ludos ludendo prohibitos laici mortale non peccant peccatum mox fraus cesset ac dolus ibid. nu. 10.
Ludo ꝓhibito quod quis lucratus fuerit restituere non tenetur in foro cęli tum mox fraus cesset, eodem loco. nu. 12.
Ludenti pecuniā qui credidit actionem habet ad repetendum. cap. 7. nu. 14.

M

MAgnatibus æris alieni mole prægrauatis redditus maioratus creditoribus addici solēt habita tū ratione ne egeant. cap. fin. 5. p. §. 3. nu. 32. 320.
Maritus petens executionē pro dote probare prius debet matrimonium esse secutum. c. fin. 1. p. §. 12. nu. 40. 220.
Maritꝰ an sine vxoris mādato debita vxoris exigere possit. c. fin. 3. p. §. 1. n. 7. 261.
Maritus sine vxoris mandato dotem exigere potest ibi. nu. 6.
Maritus retrahente rem venditā, nomine vxoris debet mandatum habere intra diem à lege præfinitam. cap. fin. 3. par. §. 2. nu. 15. 267.
Maritus bonis cedens traditur vxori sine torque ferreo. c. fin. 5. p. §. 7. nu. 5. 340.

Mãdatũ in ſcriptis eſſe debet ad ſolutionẽ recipiendam.c.fina.3.p.§.2,nu.3.265.
Mandati tenor in iudicijs ad verbum eſt edendus ibidem nu.4.
Maioratus bona ſi quis promittat nõ obligatur.cap.3.nu.51.48.
Maioratus ſucceſſor eſt legitimus contradictor ad impediendam poſſeſſionem legis finalis & legis Sorianæ.c.5.nu.16.
Maioratus ſucceſſor eſt legitimus contradictor etſi non conſtet de titulo maioratus qñ vltimus poſſeſſor habebat bona tanquã bona maioratus.ibi nu.19.
Maioratus ſucceſſor præferri debet hæredi qñ bona poſsidebantur titulo ducatus,aut comitatus etſi aliter non appareat bona maioratus eſſe.c.5.nu.21.
Maioratus bona eſſe cenſentur eo ipſo, q̃ titulo ducatus aut marchionatus poſſidentur.ibi.nu.23.
Maioratus bona capi ad executionem an poſsint.c.fin.5.p.§.3.nu.31.320.
Maioratus poſſeſſorẽ ſatis eſt ad cauſam citari.c.fin.5.p.§.9.nu.22.349.
Melioratus in triente & quincunce habetur loco hæredis.c.fi.1.p.§.9.nu.9.193.
Minor læſus reſtituitur aduerſus cõfeſsionem quam adiuratus in iudicio fecerit.cap.4.nu.36.
Minori ludenti, mutuans pecuniã actionẽ non habet ad repetendũ.c.7.nu.16.
Minor detrudi in carcerẽ pro debito non poteſt.cap.fin.4.par.§.4.nu.5. & dicto cap.fin 5.p.§.6.nu.15.336.
Minori datur in integrũ reſtitutio aduerſus bonorum addictionem.capit. fina. 5.par.§.16.nu.9.394.
Mentis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium quàm qualitas inſpecta verborum.cap.3.nu.58.
Mobilium immobiliumq̃ appellatione quid cõtineaĩ.c.fin.5.p.§.3.n.7.314.
Mobile dicitur quod moueri ſecundum ſuam naturam poteſt, immobile autẽ quod ſuapte non poteſt natura moueri ibidem nu.8.
Molendinorum molæ rotæq̃ immobiles ſunt ibi nu.13.316.
Munera publica in cauſam executionis capi an valeant.c.fi.5.p.§.3.nu.41.322.
Mulieres pro debito pecuniario in carcerem detrudi non debent.capit.fin.5.p.§.6.nu.13.336.
Mulieri res iudicata de dote nocet quãdo non ignorauit cum marito litem agitari alias non. c.fi.5.p.§.9.nu.24.350.
Mulier prægnans ſi mortua fuerit humari haud debet priuſquam partus excidatur.cap.7.nu.3.
Mulier conſtante matrimonio de dote actionem non habet.capit.fin.3.parte.§.1.nu.6.261.
Murus hodie obligatur ſi de eius cõſenſu nutu conſtet.c.3.nu.24.
Mundus initium cœpit à die dominico. cap.fin.5.p.§.4.nu.7.327.

N

NObiles pro debito in carcerem detrudi non debent.cap.fin.5.par.§.6.nu.9.335.
Nobilis an ſuo valeat renunciare priuilegio.ibi nu.11.
Nobilis renuntiatio iureiurando confirmata valet ibi nu.12.336.
Nobilibus neque equus nec mula quibus vtũtur neq; arma domuſve quas inhabitant capi ad executionem poſſunt.c. fin.5.par.§.3.nu.30.319.
Notariorum error circa annos Domini notatur.cap.20.nu.8.139.
Notarius ſi per errorem aut obliuionem inſcribere omiſerit aliquid inſtrumento de his quæ inter partes conuenire fraudi id partibus eſſe non debet. dict. cap.20.nu.12.141.
Notari⁹ omittẽs aliquid inſcribere inſtrumento præſumendũ eſt errore potius quam dolo feciſſe.dict.c.20.nu.13.
Notarius extendere non poteſt inſtrumẽtum protocolli deceſſoris etiam quod attinet ad ſolennes ſeu ordinarias clauſulas.dict. cap.20.nu.22.144.
Notarius an poſsit inſtrumentum pro ſe vel aduerſus ſe conficere & an pro filio vel vxore ibi nu. 23.
Notarium quem eſſe quemadmodum pro-

probetur. cap.fin.1.p.§.11.nu.16.201.
Notarij imperiales aut Apoſtolici inter ſeculares perſonas conficere inſtrumenta non poſſunt.cap.fi.1.p.§.12.n.9.208.
Notorium quod eſt ſi allegetur releuat ab onere probandi. cap. fin.3.par.§.1. num.15.263.
Nouatione facta hypothecæ liberantur & pignora,vſuræq; non currunt. cap. fin.1.par.§.12.nu.42.221.
Nouationem fieri quando intelligẽdum ſit.ibi num.43.
Nouatio nunquam hodie ſit niſi expreſſim ſit à cõtrahentibus dictũ. ibid.n.44.
Nouatio etiam hodie non fit ope exceptionis niſi ſit dictum. eodem loci numer.45.222.
Nouatio hodie nunquam ſit niſi expreſſum ſit dictũ quantum vis manifeſtis id colligatur argumentis.ibi num.46.
Nouatio non fit quando poſterior obligatio contraria eſt priori, ſed vna obligatio accedit alteri.ibi nu.47.223.
Nouatio an per delegationem fieri intelligatur ibi num.48.
Nouatio non fit die ſolutionis prorogata niſi aliud dictum ſit. eodem loco nu. 53.225.
Nullitas ſententiæ iure regio intra ſexaginta dies allegari debet. cap.fin.1.par. §.1.nu.13.153.

O

OBligatio ad tempus ipſo quidem iure conſtitui non poteſt.cap.2. numero.17.
Obligationes ex contractu deſcendentes quatuor modis contrahuntur. c.3.n.1.
Obligatio hodie naſcitur ex ſimplici conſenſu modo conſtet quem ſe obligare voluiſſe.ibi nu.14.
Obligatur Rex ac Papa ex promiſsione quin Deus ipſe Opt.Max.ſeruare tenetur quod promiſit. cap.3.nu.15.
Obligatio naturalis non eſt propriè obligatio ſed abuſiuè.ibi nu.20.
Obligatio hodie nutu cõtrahitur.ibi.n.23.
Obligatio hodie etiam inter abſentes contrahitur.ibi nu.25.
Obligatur hodie qui aliter reſpondeat quam interrogatus eſt. ibid. nu.26.37.
Obligatio verborum etiam hodie non cõtrahitur ab his perſonis quæ veteri iure inhabiles erant ad contrahedum. cap. 3.nu.49.48.
Obligatio non contrahitur etiam hodie ex verbis imperſonalibus. ibi.n.54.50.
Obligatio verborũ vt valeat cauſam non requirit.ibi num.56.52.
Obligatio in carcere facta quando valeat. cap.fin.5.par.§.11.nu.38.372.
Obligatio multiplex eſſe poteſt debitum autem vnum. cap.fina. 6.par. numero 26.411.
Opinionibus duabus inter ſe certantibus præfertur illa pro qua conſuetudo calculum tulerit.cap.fin.1.par.§.9.num.3. 152.cap.fin.5.par.§.10.nu.5.352.
Opinio vulgaris ſeu communis præiudicare non debet cum de veritate cõſtat. cap. fin.5.par.§.5.nu.12.338.
Oppoſitio aduerſus executionem fieri debet intra tres dies poſtquam reus ad addictionem fuerit citatus. cap.fina.5. par.§.9.num.3.345.
Oppoſitio aduerſus executionem fieri poteſt elapſis tribus diebus citationis quandocunque ante ſententiam addictionis fiat.ibi num.5.
Oppoſitionis dies non computatur in termino decem dierum. cap. fina. 5. par. §.10.nu.6.353.
Oppoſitionis termino examinandi ſunt teſtes.ibi nu.7.
Oppoſitionis termino elapſo nõ poſſunt inſtrumenta produci.ibi nu.9.354.

P

PActum non exiſtente cauſa factum an valeat.cap.3.per totum.
Pacti definitio.cap.3.nu.3.
Pactũ à pollicitatione quid diſtet. c.3.n.5.
Pacto nudo ſimpliciq; cõſenſu hodie patrio iure omnia tranſigũtur. c.3. nu.12.
Pacto nudo oritur actio iure Pontificio. cap.3.num.16.
Pactum nudum iure Regio parit actionẽ & exceptionem.cap.3.nu.17.

Pactis hodie perinde ac olim in ſtipulationibus ius verſatur non factum. ibid. num.18.& 19.
Pactum valet hodie, etſi incertum quid contineat.c.3.nu.31.
Pactum adiectum à donatore in fauorẽ tertij reuocari non poteſt.ibi.nu.37.
Pactum non producit actionẽ quando cõſenſus ad obligandũ defuit. c.3. nu.40.
Pacta recipiunt hodie exceptiones omnes quæ olim aduerſus ſtipulationem admittebantur.ibi nu.52.
Pacta conuentionesq; facta ab hęredibus cũ creditoribus hæreditarijs intra nouẽ dies quam debitor vita functus eſt nullius ſunt momẽti. c.fi.5.p.5.1.n.29.306.
Pactum factum à creditore cum executore ſuper decima debitori prodeſt. cap. fin.6.par.nu.20.409.
Pactum vt ſuper eo quod intereſt ſtetur iuramento partis valet.cap.fin.1.par.5. 12.limit.4.nu.37.219.
Paſchalibus iuſtitijs carere debitores relaxari debent.c.fi.5.p.§.6.nu.8.335.
Patruus præfertur fratribus patruelibus quos vulgo primos appellamus. ca. 15. num.2.121.
Paraſanga cõtinet ſtadia triginta.c.19.n.2.
Paſſus quinq; pedũ menſura eſt.ibi.nu.6.
Pes eſt tertia pars noſtratis Caſtellanę virgulæ.cap.19.nu.7.
Pes digitos quindecim tranſuerſos habet. ibidem nu.8.
Peritis in arte non creditur niſi prius iuramento rogatis. cap.fin.1.p.§.6.n.2.183.
Pragmatica recens de ſummiſſionibus explanatur.cap.fin.2.par.§.1.nu.7.231.
Prætori rerum capitaliũ cùm ſibi vni cauſa à Rege cognoſcenda cõmittitur iuriſdictione delegata vtitur non ordinaria.cap.fin.2.p.§.3.nu.8.237.
Pretium quod p̃ ceſſione datur oportet re vera numerẽt. c.fi.3.p.§.4.n.13.274.
Pretij ſolutio non ſolum probationibus, ſed etiam argumẽtis & cõiecturis probari poteſt.ibi nu.14.&.c.14.nu.3.
Portugalliæ regnũ an ſubſit imperio.cap. 21.per totum.
Portugalliæ regnum intra Hiſpaniæ limites continetur.ibi.nu.4.
Portugalliæ regnum feudum erat Legionenſis Regis.ibi num.5.
Portugalliæ regnũ hodie iuſto Marte iuſtiſsimisq; titulis Caſtellæ regno ceſſit.ibi nu.6.
Probatio quãtumcunq; liquidiſsima parata executionem non habet. cap.fina. 1.par.§.5.nu.15.180.
Pollicitationis definitio.cap.3.nu.4.
Pollicitatio regio iure producit actionẽ. ibi num.33.
Pollicitatio vt valeat cauſam requirit.ibidem num.55.
Poſſeſsio nõ transfertur in hæredem niſi apprehendatur.cap.5.nu.1.
Poſſeſsio quæ ex lege Taurina. 45. transfertur in maioratus ſucceſſorem vera non ficta eſt poſſeſsio.cap.5.nu.17.
Poſſeſsio non citato poſſeſſore data an cõfirmari debeat.cap.6.per totum.
Poſſeſsio data à iudice poſſeſſore non citato nulla eſt.ibi nu.6.
Poſſeſſor qui non fuit citatus etiam armis poſſeſsionem ſuam defendere poteſt. ibidem nu.6.
Procurator generalis executionem rectè intendit.cap.fin.3.par.§.2.nu.1.264.
Procurator generalis non poteſt debiti ſolutionem recipere. ibidem nu.2.
Procurator in rem ſuam executionem rectè intendit. cap.fin.3.par.§.4.n.1.270.
Procurator qui in rem domini obligatus eſt an finito officio teneantur. cap.fi.4. par.§.3.nu.4.285.
Plus debito petens in expenſis damnari debet.cap.fin.5.par.§.1.nu.26.305.
Promittens obligaturum ſe per inſtrumẽtum iam tum obligatus remanet. capfin.1.par.§.11.nu.27.205.
Protocolum ab ſcheda quid diſtet.c.fina. 1.par.§.12.nu.16.211.
Protocolum paratam executionem non habet.ibidem nu.17.
Pupillus maioratum facere non poteſt. cap.3.num.43.
Pupillo non poteſt princeps concedere facultatem ad teſtandum.ibi.nu.44.
Pecunia etiam ad prædiorum comparationem deſtinata mobilis eſt.cap.fina. 5.par.§.3.nu.13.316.
Peculium profectitium aut aduentitium capi quando ad executionem poſsit. ibi.nu.34.321.
Perſona priuata pro debito vniuerſitatis ad executionem capi non poteſt. ibid. nu.40.322.
Pignorum quatuor ſunt genera.cap.fina. 5.par.§.3.nu.1.313.
Pignora ad executionem nominatim capi debent.ibidem nu.52.325.
Pignora ad executionem ſecundum mẽſurã debiti capi debent. eod.loci. n.53.
Pignora in cauſam executionis capta in publica ſunt ſubhaſtatione vendenda. cap.fin.5.par.§.8.nu.1.341.
Pignora in executionem capta intra quot dies licere debeant.ibi.nu.2.&.3.342.
Pignorum in addictione cognatus debitoris præfertur extraneo, creditor vero cognato. c.fin.5.par.§.13.nu.10.385.
Pignùra cum ſoluendo non ſunt detrudendus eſt debitor illiusque fideiuſſores in carcerem.ibi num.11.
Pignora cũ emptorem nõ inueniunt neq; fideiuſſor eſt datus conſulere ſibi quẽadmodũ creditor valeat. ibi.n.12.385.
Piſces in ſtagno an inter immobilia computentur. cap.fin.5.p.§.3.nu.13.510.
Procurator ad exigendum neq; acceptũ ferre neque nouare poteſt. c.fin.5.par. §.17.nu.12.400.
Procurator habẽs mandatũ cũ libera põt confeſsionẽ de recepto facere.ibi.n.13.
Procurator cui datum eſt mandatũ ad debitũ recipiendũ & confeſsionẽ de recepto faciẽdã accepto ferre põt.ibi.n.14.
Pœnæ pecuniariæ diuidi quemadmodũ debeãt inter ſucceſſorem iudicẽ & deceſſorem.c.fin.6.par.nu.35.413.
Poſitionibus tenetur reſpondere actor in via executiua etiã decẽ diebus oppoſitionis elapſis.c.fin.5.par.§.10.n.25.358.
Poſitionibus an creditor abſens ad reſpondendum venire debeat.ibi.nu.27.
Poſitionibus vt reſpondeatur cuius impẽſis fieri debeat.ibi.nu.28.
Principe debiti dilationẽ proroganti relaxãdus eſt debitor. c.fi.5.p.§.7. n.9.341.
Princeps quando vni præſidi reſcribit & cæteris reſcriptum videtur. cap.fina.5. par.§.10.nu.26.
Proclama deſiderato præcone, fieri ſufficit per iudicẽ ſolito more aut per tabellionẽ apparitorẽmve. c.fi.5.p.§.8.342.
Proclama primũ debet fieri in loco debitoris reliqua in foro vbi lis agitatur. ibi num.6.
Proclamata ſi fiant breuiori tẽpori quã lege eſt præſcriptũ circũduceda erit ſubhaſtatio,& ex integro repetẽda.ibi.n.7.
Prouincia quid ſit. c.fi.5.p.§.9.n.14.347.
Promiſſum in venditione quis poſsit promittere.cap.fin.5.par.§.13.nu.3.384.
Promiſſum promittere poſſunt hæredes hæreditaria bona diſtrahentes.ibi.n.4.
Promiſſum concedere poteſt decurionũ ordo.ibi nu.5.
Promiſſum promittere poſſunt comites ſacrarum largitionum quos vulgo,cõtadores mayores, appellamus. ibi.n.5.
Promiſſum ,pmittere poſsũt omnes quot quot generalis ſiue libera data eſt bonorum adminiſtratio.ibi.nu.6.384.
Promiſſum concedere poſſunt tutores & curatores modo id bona fide fiat.ibi.
Promiſſum concedere poſſunt teſtamentarij executores. eodem loco nu.8.
Promiſſum non poteſt concedere iudex vel apparitor.ibidem nu.9.

Q

Qualitas ſatis eſt ſi ſemiplene probetur.c.fin.5.par.§.6.nu.10.335.
Quæ facto non iure fiunt facto itidem reſcindenda ſunt.cap.fina.5.par.§.15 nu. 7.309.
Quæ remedia dentur debitori ad redimẽda bona ab executore iam omni Marte addicta.c.fin.5.par.§.16.per tot.391.

R

Rationes ſeu ratiocinia paratam executionem an habeant.cap.fina.1. par.§.6.num.1.

Rationes propter calculi errorem retractari solent.dict.c.fin.1.par.§.6.nu.3.
Rationes peti non possunt intra annum initæ societatis.ibi nu.4.
Rationes vt reddantur citari debitor debet.ibidem nu.5.
Ratum haberi non potest quod à falso procuratore gestum est si à principio litis fuerit obiecta falsi procuratoris exceptio.c.fin.3.par.§.2.nu.10.266.
Ratihabitio falsi procuratoris an post causæ conclusionem fieri valeat.ibid.n.11.
Ratihabitio fieri debet intra diem à lege præfinitam.eodem loci.nu.12.
Reconuentio locum non habet in causis executiuis.c.fin 5.par.§.11.nu.31.370.
Remedium legis fin. C.de edict.D.Adri. tollen. quemadmodum discernatur à remedio legis Sorianæ. cap.5.nu.3.
Remedium legis Sorianæ non admittit dominij exceptionem.cap.5.nu.6.
Remedium adipiscendæ possessionis dominij exceptionem admittit. ibi nu.7.
Remedium competens successori in maioratu ex remedio Taurinę legis datur contra titulo possidentem. ibi num. 8.
Remedium vltra dimidiam iusti pretij, an locum habeat in publica subhastatione.cap.fin.5.par.§.16.nu.10.394.
Remediū legis Sorianę admittit exceptionem quæ constet aut re iudicata aut confessione partis, seu guarentigio instrumento.cap.5.nu.9.
Remedium legis Sorianæ non impedit exceptio collationis,ibi nu.24.
Remedium legis finalis & legis Sorianæ anno non excluditur.ibi num.28.
Remediū ex enormissima læsione intra 30.annos datur.c.fi.5.p.§.16.n.14.396.
Regia progenie deficiente populus Regem eligit.cap.1.nu.9.
Regia suprema potestas Regis ossibus ita adhæret vt à Regis solio nullo possit modo euelli. ibidem.nu.16.
Rex ex suprema sua potestate potest mittere per quisitorem iudicem in territoria magnatum.ibidem nu.22.
Regi concessum est necessitate suadente assumere sibi magnatis arcē. c.1. n.25.
Regiæ potestatis proprium est vt vbicunque magnates eorumque iudices in iure reddendo negligentes fuerint Rex ipse partes suas interponat. ibid. nu.26.
Rex si pupillus sit testamentum facere nō potest.cap.3.nu.45.
Rex cum est socors & ignauus dādus est illi curator.cap.21.nu.1.
Regium præceptum paratam habet executionem modo iustum illud fuerit. cap.fin.1.par.§.7.nu.1.185.
Regium præceptum quod iniustum sit exequendum non est.ibid.nu.2.
Regis præceptum quo occidi quispiam iuuetur nisi demum post triginta dies exequendum non est.ibi nu.3.
Regi aliquid contra conscientiam præcipienti non est obediendum neque in bello neque in pace.ibid.nu.8.187.
Regis causa iusta non præsumitur in his quæ pugnant contra ius diuinum aut naturale.ibi num.9.
Regis absoluta potestas tyrannidi magis est affinis quam regio imperio. ibi nu. 10.188.
Regis rescriptum quod iniustum sit sto, exequendum non sit vituperandum non est.ibidem nu.12.
Rex Alphonsus qui cognomento sapiens appellatur decimus eius nominis fuit, non nonus.c.fin.5.par.§.1.nu.2.299.
Remissio non habet locum in contractibus.cap.fin.2.par.§.1.nu.3.230.
Renuntiatio legis si conuenerit cū renuntiatione fori efficit vt reus vbiuis inuentus conueniri valeat.ibi nu.6.
Rescripta principum non videntur leges abrogare nisi id expresse dicatur. capfin.1.par.§.12.nu.3.207.
Reductio ad arbitrium boni viri personalis est actio.cap.fin.1.par.§.2.nu.9.162.
Res iudicata quemadmodum exequēda sit.cap.fin.1.par.§.1.per totum.149.
Res iudicata de non ente facit ens de albo nigrum, de nigro album. ibidem numero.1.
Res iudicata quid sit. eodē loco & num.
Res iudicata quidà sententia distet.ibi numero.2.
Rei iudicatæ noua oritur actio.eodem loco & numero.
Res iudicata propriè dicitur à qua appellari non potest. ibi nu. 4.
Rebus quæ vsui futuræ sunt studendum est nobis.cap.fin.1.par.§.5.nu.3.178.
Res mobiles prius capiendæ sunt ad executionem quam immobiles.cap. fina. q.5.par.§.3.nu.2.313.
Res sacræ & ad diuinū cultum cōsecratæ capi ad executionē nō debent, etsi alia bona non extent.ibid.nu.27.319.
Renuntiatio cedendarum actionum fide iussoribus per multum nocet. cap. fin. 4.par.§.6.nu.6.297.
Reseruatio etsi nihil noui iuris tribuat cō seruat tamen ius reseruatum. cap. fina. 5.par.§.12.nu.5.381.
Repræsentatio non datur post fratres fratrumque filios.cap.15.nu.1.
Retractu rei familiaris idem iuris est seruandum quod in successione hæreditatis.cap.15.nu.3.
Retractus rei familiaris à falso procuratore factus intra diem à lege præfinitam ratificari debet.ibidem nu.14.
Requisitorijs literis inseri debet exemplū actorum saltim summatim.cap.fina.2. par.§.2.nu.4.234.
Reus vnus debendi cum fit non soluendo periculum inter omnes partiri debet. cap.fin.4.par.§.6.nu.5.297.
Reus in quem fit executio satisdare tenetur res ad executionē captas saluas soluendoque fore.c.fin.5.p.§.5.nu.1.329.
Reus in carcere ita obseruari debet vt tamen cōmuni aura luceque vegetetur. cap.fin.5.par.§.6.nu.3.334.
Reus petens vt suis impensis agatur aduersus alterū cui tota accesit vtilitas nō auditur in via executiua.c.fi.5.p.§.11.375.
Rustici tempore messiū aut vindemiarū pro debito in carcerē detrudendi non sunt quod iure sanctissimè cōstitutum moribus minus obseruatur.c.fin.5.par. §.6.nu.25.339.

S

SAcerdoti beneficij redditus ad executionem capiendi non sunt.cap.fin. 5.par.§.3.nu.19.317.
Sacellum seu capella in executionem capi non potest, etsi alia bona desiderentur.ibidem nu.28.319.
Satisdatio de iudicio sisti post sententiā extinguitur. cap.fin. 5.par.§.5.nu.10.332.
Satisdatio iudicio sisti dicitur apud nos fiança de la haz.c.fi.5.par.§.6.n.7.335.
Sententia vltima in causa status non fertur nisi Rege prius consulto.c.1.nu.21.
Sententia nulla non transit in rem iudicatam, etsi fuerit appellatio deserta. cap. fin.1.par.§.11.nu.12.153.
Sententia mandari executioni non debet quando aduersus eā in integrū postulata fuit restitutio.c.fi.1. p.§.1.nu.14.154.
Sentētia ex falsis instrumētis vel testibꝰ lata mādari executioni nō debet.ibi.n.15
Sententia quæ à iudice per sordes lata fuit mādari executioni nō debet.ibi nu.16.
Sententia quæ per aduocati præuaricationem lata est mandari executioni non debet.eodem loci nu.18.155.
Sentētia nō est mādāda executioni qñ victor se iniustè obtinuisse fatet. ibi. n.19.
Sentētia nō est mādanda executioni quādo fuit nouata.ibi nu.20.156.
Sententia quibus in causis in rem nō transeat iudicatam.ibidem nu.21.
Sententia in via executiua non parat exceptionē rei iudicatæ agenti via ordinaria.c.fin.5.par.§.12.nu.4.381.
Sētētia addictionis quę partim p creditore partim aduersus eū lata fuit an eo appellāte ad effectū pduci debet. ibi.n.6.
Secretum factum de debito an executionem impediat. c.fi.5.par.§.17.n.9.399.
Socius qui pecuniam in societatem confert aduersus cōscientiam agit si ad suī indemnitatem faciat, vt scriptura de mutuo sonet.cap.2.n.13.
Septem partitæ iuris opus (quod vulgo, partidas,appellamus) promulgatū fuit anno Domini 1251. cap.20.nu.5.
Scriptura quam notarius in forma priuata con-

Vestes lectum & cætera supellectilia ad vsum quotidianum capi ad executionem nō debent. c.fin.5.p.§.3.n.18.317.
Vestes mundusque muliebris vxoris esse præsumuntur.c.fin.5.p.§.3.nu.42.322.
Veredis aut paraueredis (vulgo, postas appellamus)iure communi prohibitū est iter facere.cap.19.nu.4.131.
Vocabula non saluant conscientiam. cap. 2.num.10.
Vocabula noua docendi gratia confingere improbatum nō est. c.fi.§.2.n.3.160.
Vlna vtriusque brachij intercapedo est. cap.19.nu.14.
Vnitas non est numerus sed principium numeri. cap.fin.1.par.§.12.nu.7.208.
Vniuersitatis res ad executionem quādo capi possint. c.fin.5.p.§.3.nu.35.321.
Viæ publicæ,theatra, aliaq; id genus quæ ad vsum publicum necessaria sunt capi ad executionem pro debito vniuersitatis non possunt.ibidem nu.38.
Viam ordinariam ingresso non est dādus regressus ad viam executiuam.cap.fin. 5.par.§.11.nu.20.367.
Vitæ tam breuis spatio importunum est superuacuis terere tempus. cap.fina.5. par.§.9.nu.19.348.
Vsura est vsus improprius arq; ita dicitur de ijs rebus quibus vti nō possumus salua rerum substantia.cap.2.nu.1.
Vsuræ crimen locum duntaxat sortitur in contractibus quibus mutuum aut expressim aut tacitè cōtrahitur. ibi. nu.2.
Vsuræ definitio.ibidem nu.3.
Vsura quamobrem locum magis habeat in mutuo quam in cæteris contractibus illic.nu.4.&.5.
Vsuræ etymologia.ibidem nu.6.
Vsura in societate quemadmodum contrahatur.cap.2.per totum.
Vsura est quando conuenit vt Titius accipiat à me pecuniam in certos annos ea lege vt mihi quotannis censum pendere debeat.cap.2.nu.16.
Vsurarios leges punientes non comprehendunt contractum qui etsi reuera sit vsurarius vulgo tamen licitus putabatur.cap.2.nu.19.
Vsus seu praxis qua hodie superiores vtūtur in executione rescindenda.cap.fin. 5.par.§.16.nu.8.394.
Vsufructuarius quando teneatur soluere æs alienū defuncti.c.fi.4.p.§.2.n.6.283
Vsufructuarius retinere potest hæreditaria bona donec restituat sibi æs alienū quod pro hæreditate soluit. ibid. nu.8.
Vxoris res p debito mariti capi ad executionem non possunt. cap.fin.5.par.§.3. nu.42.322.

FINIS.

etrari ab alio corpe ē ignobilitaſ q̄ olo a
ſis aberit:g° nō poterī eē duo corpa glo
ſ° dō:q̄ corp° glorioſuſ rōe ſue ꝑpetatis
oſſit eē cū alio corpe glorioſo i eoꝺ lo°: ſic nec
ul cū corpe ñ glorioſo: dina ār vtute fieri posset
uo corpa cēnt ſil: vel duo ñ glorioſa:ſtē glorioſuſ
lorioſm. Dz tū nō ē ꝓuenies q̄ corp° glorioſū ſit ſi
cū alio corpe glorioſo:tū q: i eis ſnabik debitus
q̄ diſtinctōem regrit:tū q: vnū corp° glorioſuſ
ꝓm:t alteri:ꝛ ſic nūſ duo corpa gloriosa eſſent
ſ̄d p̄m g° dō:q̄ rō illa ꝓcedit ac ſi corpi glorioſo
rōe ſue ſubtilitaſ:q̄ posset eē ſimul in eoꝺ loco
uo corpe qꝺ falſū eſt: ꝛ ſimilit dō ad 2m. Ad 3m
corp° celi ꝛ alia corpa eguoce dicūt gloriosa in
ticipabūt alqd glorie:ꝛ nō q̄ eis ꝓueniāt dotes
glorificatoꝝ.

Ad 5m ſic ꝓcedit: vſ q̄ ex ſua ſubtilitate ſmo
neaſ a corpe glorificato neĉitas exūdi in eſſi
loco. Cor a.n.gloriosa erūt ꝑformia corpi rōi:
phil.3.ſz cor° rōi ñ coarct:ſ hac neĉitate vt ſit i
ſſi:timo ꝓtinct totū ſub puncto vel magnis dimē
ibus hoſtie ꝓſēte:g° ꝛ h° idē erit i corpib° glorioſ
ibūs ꝑhat i.4.phy.q̄ ſi duo cor a ſūt i eoꝺ loco:
ꝑmari m corp° optineat mimū locū:q: diuerſe p
poterī eē i eaꝺē pte loci. Nō.n.differt vtrum
or a vel quocūq; ſint i eoꝺē loco:ſz cor° glorioſū
nt i eoꝺē loco cū alio corpe. vt dē cōiter:g° pōt
ſdem puncto loco. Ad 5m.ſic corp° rōe ſuī coloris vi:
neſuraſ loco rōe ſue ĝſtitaſ: ſz cor° glorioſum
z erit ſpūi:q: potēt videri ꝛ ñ videri:ꝛ ꝑ e ab
i glorioſo ꝑ ſuo libito volūtaſ vt i rēꝑ patuit.
ĝſtitas ſubiectē nutui ſpūs:q̄ potēt eē i puncto l
o loco:ꝛ hoc ꝓnā vel magnā ĝſtitatē ad libitu
z ē q̄ phūs dic i.4.phy.q̄ oē q̄ ē in loco eſſi ſi
corp° glorioſū ēt i loco:g° erit i loco eſſi ſibi.
ecē ſūt diuiſiones loci ꝛ locati: vt ꝓbatur i.4.
° ſi loc° cēt maior locato cēt idem in minus ꝛ mi
ipſo:q̄ eſt inconueniēs. Ad 6m dō: q̄ corp° nō cō
loeū niſi dimēſiōatus ꝓprijs:ſm q̄s corp° lo
circū cribik ex ꝓtactu corpis locāt: vñ q̄ corp°
ſit in maiori loco ĝ ſit ſua quātitas:h° nō pōt eē
hoc q̄ quātitas corpis pōa efficiat aliquo° mi
ipſo:q̄ q̄dez nō poteſt itelligi niſi dupr. Uno°
ratiōe quātitatis circa eādez mām: vt.ſ. mā q̄
eſt magne quātitati:postea ſubſit pue:ꝛ h°q̄ui
erūt in corpib° glorioſ dicēt:q̄ quātitas co
eſt ad nutū:ita q̄ cū voluerit ꝓſit hīe magnaz
tātē:ꝛ cū voluerit ꝓnā. Dz h° nō pōt eē q: nulli°
ſit ſm aliq̄d intrinſecū rei pōt eē ſine paſſiōe
ete a ſubz:ꝛ iō in corpib° icorruptibilib°. ſi cele
t ſolus mot° lōtis:q nō ē ſm aliq̄d itrinſecum
q̄ mutatio ĝſtitaſ circa māz ꝛpugnaret ipaſſi
corpis glōſi ꝛ icorruptibilitati. Et ꝓ ſequēs q̄
glōſū q̄ſz cēt rari° ꝛ q̄ſz ſpiſſi°: q: cū nihil dici
ab eo ō mā ſua:q̄ſz eaꝺē mā cēt ſub puncto diſti
ꝛ q̄ſz ſub magnis:ꝛ ita rarefiēt ꝛ oēſaref q̄
eē. Alio° pōt itelli q̄ ĝſtitas corpis glōſi efficia
or ſeipa ꝑ variatōem ſit°: ita.ſ. q̄ ptes corpis
ibitēt ſe ūnēē:ꝛ ſic ē deat ad ĝſtitatē q̄ ĝſtitatē
ꝑdā posuerūt dicētes q̄ rōe ſue ſubtilitaſ cor°
bēbit q̄ poſſ:t eē ſil'cū alio corpe ñ glōſo i eoꝺ
ēt ſil'r pōt vna ps eē intra aliā ī trīa q̄ to m cor°
pōſit ſtrare ꝑ minū poꝛ vni° corpis:ꝛ ſic po
cor° q̄ erimt ō vto ꝛgiali:ſtrauit tanuis clau
diſcipſos. Dz h° ñ ꝓt eē:tū q: cor° glōſuz ñ ha
q̄ ſit ū alio corpe ſil'rōe ſubtilitaſ: tuz q: eſ ſic
vt cēt cū alio corpe: vt multi dicūt: tuz q: ꝛpu
t recte diſpōni corpis hūani q̄ regrit deīmiatū
diſtāt ā ptū. Uñ nec ꝑ miraculū h° vnāz ficti:ꝛ
q̄ corp° ſp erit i loco ſibi cōſli. Ad 7m g° dō. q̄

corpus rīi in altaris ſacro nō est localiſ vt dictum ē
Ad 1m dō:q̄ ꝓbatio phī ꝓcedit ex h°q̄ vna ps ea
dē rōe ſubitraret alīā:ſz talis ſubitratio corpis glori
oſi iuicē ñ pōt eē vt dein ē:ꝛ iō rō nō ſeq̄t. Ad 3m dō
q̄ corpus vſ ex h° q̄ agit in viſū:q̄ āt agat in viſus l'
nō agat vel variat in ipo corpe:ꝛ iō nō est inconueniēs
ſi poſſ:t q̄ſ vult videri ꝛ q̄ſ nō vult nō videri:ſz eē in
loco nō est actio aliq̄ ꝓcedēs ab eo rōe ſue ĝſtitaſ ſic
videri rōne ſui coloris:ꝛ ideo non est ſimile.

Ad 6m ſic ꝓcedit. vſ q̄ corp° glorioſuz rōe ſue
ſubtilitaſ ſit ipalpabile. Greg.n. die i hmil.
in oct. paſche. Corrūpi necē ē q̄ palpaſ:ſed
corp° glōſū erit incorruptibile:g° erit ipalpabile. Ad
oē q̄ palpaſ reſiſtit palpāti:ſz q̄ pōt ſil'cē cū aliquo
nō reſiſtit ei:cū g° corp° glōſuz poſſit eſſe ſimil cuz alio
corpe nō erit palpabile. Ad p. oē corp° palpabile ē tan
gibile:ſz oē tāgibile corpus hz ĝlitates tāgibiles ex
cedētes ĝlitates tāgent:cū g° ĝlitates tāgibiles non
ſint in exceſſu:ſed reducte in mediaz eĝlitatē in corpi
bus glorioſ: vſ q̄ nō ſint palpabilia. Dz ꝺē q̄ de
in corpe glorioſo refrenti: ꝛ tū corp° palpabile būt
vt pz Jo.20. palpate ꝛ videte q: ſpūs carnē ꝛ oſſa nō
hz:g° ꝛ corpa erūt palpabilia. Ad 2m dō:q̄ oē corpus
palpabile ē tāgibile:ſz ñ ouerſ:oñe.n. corp° gō hz
ĝlitates gb° natū ē imutari ſenſus tact°: vt aer ignis
ꝛ hi°:ſūt corpa tāgibilia:ſz oē palpabile vlterius ad
dit q̄ ſiſtit tāgenti:vñ aer q̄ nunq̄z reſiſtit trāſeunti p
eū:ſz ē facilliſſime diuiſibilis:tāgibilis q̄dē est:ſz ñ pal
pabilis:ſic g° pz q̄ palpabile dī aliq̄s corpus ex duo
bus.ſ.er ĝlitatib° tāgibilibus:ꝛ ex hoc q̄ reſiſtit tan
genti vt nō ꝑtrāſcāt:ꝛ q: ĝlitates tāgibiles ſūt cal ō
ꝛ frigidū ꝛ hi° q̄ nō inueniunt niſi in corpibus grauib°
ꝛ leuibus:q̄ hūt ꝓpietatem ad mutē ac ꝑ hoc ſūt cor
palia:iō corpa celeſtia q̄ ſunt ſm nām icorruptibilia
ſunt ſenſibilia qdē viſi:ſz non tangibilia: ꝛ ſic eē nec
palpabilia. Et h° ē q̄ Greg. dic:q̄ corrūpi neceſſe ē
oſſe q̄ palpaſ. Corpus g° glōſuz hz a nā ſua ĝlita
tes q̄ ſūt nate immutare tactū: iz tanū q: corpus ē oio
ſubm ſpūi m ꝓtare eius ē: vt ſm eas imutet ta tum:
vel nō imutet. Sīl' eē ſm nāz ſibi ꝓpetit: vt reſiſtat
cuiz alteri corpi trāſeunti: ta q̄ nō poſſ:t eē cū eo ſil'
in eoꝺē loco: ſz miraculoſe h° ꝓt ꝺīna vtute ꝓtingē
ad nutū ipius q̄ ſit cū alio corpe in eoꝺē loco:ꝛ ſic nō
reſiſtet ei trāſeūti: vñ ſm naz ſuā palpabile ē corp° glo
rioſuz:ſed ñ ex vtute ſupnāli h° ei ꝓpetit: vt cū vult
ñ palpeſ a corpe ñ glorioſo:ꝛ iō Greg. dic q̄ dñs pal
pādā carnē ꝓbit quā clauſ ianuis introduxit: vt ꝑ ſa
cto oñderet poſt reſrrectōem corp° ſuū eē ꝛ eiuſdem
nāe ꝛ alteri° glē. Ad p m g° dō: q̄ icorruptibilitas
glōſi corpis ñ est ex nā ꝓpnētiū: ſm quā oē q̄ palpa
tur neĉe ē corrūpi: vt ex dictis pz:ꝛ iō rō ñ ſeq̄t. Ad
2m dō:q̄ ĝſtis aliquo° poſſit fieri q̄ corp° glorioſum
ſit cū alio corpe in eoꝺē loco:tū cor° glorioſuz hz ī ptā
te ſua reſiſtē cuiz tāgēti cū voluēit:ꝛ ſic palpari pōt.

Ad 3m dō: q̄ ĝlitates tāgibiles in corpib° glorioſ
ñ erūt reducte ad mediū rei ſm eqdiſtātā ab extrēis
acceptū:ſed ad mediū ꝓportōis ſm q̄ optīe ꝓpetit
ꝓpleriōi hūane in ſingulis ptib°:ꝛ iō tact° corpoꝝ est
delectabiliſſimus:q: potētia ſemp delectat in cōue
nienti:ꝛ triſtat in exceſſu.

De agilitate corpoꝝ btōꝝ. Queſtio. 84.

Deinde cōſiderādū ē ō agilitate btōꝝ cor
poꝝ ſſgētiū. Circa q̄ ĝrūt tria. p° vtz
cor a gloriosa ſint futura agilia. 2° vtrū
mouebūt. 3° vtz mouebūt in inſtāti.

Ad p m ſic ꝓcedit: vſ q̄ corpa gloriosa nō ſint
futura agilia. Illō q̄ de ſe agile ē ad motū ñ
indiget aliq° deſerēte:ſed cor a glorificata de
ferēt poſt reſrrectōem in nubib° obuiā xpo in aera ab
ăgelis: vt dic glo.i.the.4.g° cor a glosa ñ erūt agilia.

ꝑ nullū corpus qđ mouet cū labore ⁊ pena ꝑt dici agile: ſz corpa gloriosa h⁹ mō mouebūt cuz motor cor. ſ. ala moueat in ꝑiū nāe cor: al' mouerēt semp in. vna pte: g⁹ nō erūt agilia. ℂ D. inf oēs opatōes vialis: sensus ē nobilior ⁊ ꝓpor ꝗz mot⁹: ſz ñ assignat corpib⁹ glōsis aliq̄ ꝓpetas q̄ ꝓficiat eas ad sentiēdū: g⁹ nec oz eis attribui agilitas ꝓ quā ꝓficiūt ad motū ℂ D. nā dat diuersis instra diſpōis diuerse ſm diuersas vtutes ipox: vñ ñ eiusdē diſpōis dat instra alacritatē ⁊ velocitatē de⁹ multo ordinatiꝰ opat ꝗz nā: cū g⁹ corpus glosuz hēat ñbra eiusdē diſpōis i figura ⁊ ꝗtitate ſic mō vr q hēat agilitatē quā mō hz. ℂ Oz ꝫ est qđ dr. i. cor. 15. seminat i infirmitate surgz in virtute. gl. i. mobile ⁊ viuū: ſz mobilitas ñ pōt dici nisi agilitatē ad motū: g⁹ cor⁹ glosa erūt agilia. ℂ D. claritas marie vr spūalitati ꝛpugnare: ſz corpa gloriosa marie erūt spūalia. vt dr. i. cor. 15. g⁹ erūt agilia.

ℂ R⁹ dō: ꝙ corp⁹ gloriosuz erit oio subz aie glorificate ñ solū vt nihil i eo sit qđ ſtristat volūtati sps: quia hoc fuit ex i corpe Adę: ſz ex vt sit i eo aliq̄ ꝓfectio effluēs ab alia glorificata in corp⁹: ꝙ quā habile redditur ad pdcām subiectiōem: q̄ qdē ꝓfectio dos glorificati corpis dr: ala ät ꝓiungit corpi ñ solū vt for⁹ ſz ex vt motor: vtroq̄ mō oz ꝙ corp⁹ glosū aie glorificate sit fūme subm. Ult ſic ꝓ dotē subtilitat subiicit ei tōtū i ꝗtū est for⁹ corpis dās esse specificuz: ita ꝓ dotē agilitatis subiicit ei inꝗtū ē motor: vt. ſ. sit expeditum ⁊ habē ad obediendū spūi i oibus motib⁹ ⁊ actōib⁹ aie Quidā tū cām agilitat attribuūt gntē ēentie: q̄ tē in corpib⁹ gloriosis dñabit: ſz de hoc ſrēq̄nt deū est qđ ñ dr ꝓuenire. Ult melius est vt attribuat aie a q̄ glā in corp⁹ emanat. ℂ Ad ꝑm⁹ g⁹ dō: ꝙ corpa gloriosa dr ferri bajulis. ägelis: ⁊ ex in mobib⁹ ñ q̄si indigēt: sed ad fuerētiā designādā q̄ corpib⁹ gloriosis ex ab ägelis ⁊ ab oibus creaturis deserī. Ad 2⁹⁹ dō: ꝙ ꝗto vtus aie mouent dñat magis sup corp⁹ tāto minor ē labor in motu q ex fit ꝫ nām corpis. Ult illi: i qb⁹ motiua ē fortior illis: q hñt exercitū corp⁹ magis habilitatum ad obediendū spūi mouēti: min⁹ laborāt i motu: ⁊ ga post refrectōem aia ꝓcē dñabit corpi: tuz pp ꝓfectōez ꝓpe vtut: tuz pp habilitatē corpis glosi exrdundantia glorie ab aia i ipm: ñ erit aliqs labor i motu seōz ⁊ sic dici potest corpa seōz agilia. Ad 3⁹⁹ dō: ꝙ p dotē agilitat corp⁹ gloriosū rēdit habile ñ solū ad motū: ſz ad sensū ⁊ oēs alias aie opatōes exeūndas. Ad 4⁹⁹ dō: ꝙ ſic nā dat velociorib⁹ aialibus instra diuerse diſpōis in ſi⁹ ⁊ ꝗtitate: ita de⁹ dabit corpibus seō rū aliā diſpōem q̄s nē hēant ñ qdē in figura ⁊ ꝗtitate sed in ꝓprietate glorie: q̄ dicit agilitas.

AD 2⁹⁹ sic ꝓcedit: vr ꝙ sci agilitate sua nnnq̄z vtāt ita ꝙ moueāt. Q: ſm phm mot⁹ ē act⁹ impfci: ſz in illis corpib⁹ nulla erit impfectio g⁹ nec aliqs motus. ℂ D. ois motus ē pp indigentiā q: de qđ mouet: mouet ꝓ adeptiōem alicuius finis: sed cor⁹ gloriosa ñ hēbūt aliqua icigentiā: q: vt aug. dic ibi erit qcqd voles ñ erit qcqd noles: g⁹ ñ mouebūt ℂ D. ſm phm de ce. ⁊ mu. qđ ꝓticipat dinā bonitatē sine motu nobilius ꝓticipat illā: ꝗz qđ ꝓticipat illā cuz motu: ſz corpus glosuz nobilius ꝓticipat dinā bonitatez ꝗz aliud corpus: cū q⁹ ädā alia corpa oio sine motu rimāeant sic corpa celestia: vr ꝙ multo fortiora corpa hūana. ℂ D. aug. dic ꝙ aia stabilita in deo stabiliet corpus ꝫm: ſz aia ita erit in deo stabilita: ꝙ nullo⁹ ab eo mouebit: g⁹ nec in corpe erit aliqs motus ab aia. ℂ D. ꝗto corpus ē nobilius tāto debet ei locus nobilior: vñ corpus rpi qđ ē nobilissim⁹ hz locū eminētiorē inter cēta loca: vt patet heb. 1. excelsior ecelis fcūs. alo. loco ⁊ dignitate: ⁊ similit vnūqq̄s q̄z cor⁹ glosuz hēbit eaď rōe locū sibi ꝓpriente ſm mēsurā sue dignitat: ſz locus ē de ꝓtinētib⁹ ad glām: cū g⁹ p⁹ resurrectōem glā scōz nūquā variet ſz ꝙ nus: q: erūt oio tē in ēmio: vr ꝙ cor⁹ eoz cosibi deteriato fceđēt: ⁊ it ñ mouebūt; qđ dr Isa. 40. currēt ⁊ ñ labor: abūt; volabūt ciēt: ⁊ sap. 3. tāq̄ scintille ⁊ arundinetū discurrēt. erit aliqs mot⁹ corpoz gloriosoz ℂ R⁹ dō: ꝙ corpora glosa aliq̄ moueri necessariū ē ponē: q: ipm pus xpi motuz ē in ascēsiōe: ⁊ sili corpa scōz q̄ de flurgēt ad celū empireuz ascendēt: ſz ex post q̄ secēderint visile est ꝙ aliq̄ moneāt ꝓ suo libito lūtat: vt illud qđ hñt i vtute actu exerceātes dīna pietiā ꝫmēdabile osīdāt: ⁊ vt visus eoz reficiat pclibitudie creatura ꝫ diuersaz: in qbus dei sapia nent lucebit. Dēus. n. non pōt cē nisi ꝑfectū magis a lōginquo possint sentire corpa glosa q̄ gloriosa: nec tū ꝓ motū aliqd deperiet cor⁹ brilitudi sistit in visiōe dei: quē vbiq̄s ꝓsētē hēbūt: sic' ꝗ dic Greg. ꝙ itra deū currūt quocūz mittār. ℂ R⁹ dō: ꝙ lōlis motus ñ variat aliqd eoz q̄ ſt itra rei: ſz ē ſm id qđ est ex rez. ſ. locū: vñ illud qđ mo motu lōli ē ꝑfectū ꝗtū ad ea q̄ sūt itra rez: vt dr phy. ꝗuis hēat ipfectōem rspectu loci: q: duz ē in loco ē in po⁹ ad aliū locuz: q: nō pōt cē actu in plu locis sil: h⁹. n. soli⁹ dei ē. Idcirc ät defectus ñ ꝛpugnat ciōi glorie: sic nec defectus ꝙ creatura ē de nihilo: mādebūt defectus hi⁹ i corpib⁹ gloriosis. Ad 3⁹⁹ dō liqs dr indigē aliquo⁹ simplr ⁊ ſm qd: simp⁹ qđ diget aliqs fine q⁹ ñ pōt ꝓhiari esse vel in sua ꝙ ⁊ sic mot⁹ in corpibus gloriosis ñ erit pp aliquā idigtiā: q: ad h⁹ oia sufficiet eis sua btitudo: ſz ſm qd get qs illo fine q⁹ nō pōt aliquē finē itentū hēre: vel ita dū vel tali mō: ⁊ sic mot⁹ erit in btis pp idigtiā. Nō. n. potest mālestare vtutez motiuā i sensitis rumto nisi moueāt. hi⁹. n. indigētias nihil phibz pib⁹ gloriosis est. Ad 3⁹⁹ dō: ꝙ rō illa ꝓcedit ſ corruptōem: qđ nō ꝓpetit illi statui: ⁊ iō rō nō ꝓ dit. Ad 4⁹⁹ dō: ꝙ localis mot⁹ nihil diminuit bilitate ab aia stabilita in deo cū nō sit ſm aliqd secūs rei vt dcīs ē. Ad 5⁹⁹ dō: ꝙ locus ꝓgru ꝗz glorioso corpi deputatus ſm gradū sue dignitatis ad ꝑmiū acēntale: nō tamē oz ꝙ diminuat de ꝑmio qñcunq̄ est cē loco suo: q: locus ille nō net ad ꝑmiū ſm ꝙ actu ꝓtinet corpus locatū cū ſtituat in cor⁹ glosuz: ſz magis ꝛcipiat splendo ab eo: ſz ſm ꝙ est debitus ꝓ meritis: vñ gaudium tali loco manet etiā ci q est extra locum suum.

AD 3⁹⁹ sic ꝓcedit: vr ꝙs moneāt in instāti gusti⁹ dic ꝙ vbicūq̄z voluerit spūs ibi et corpus: ſz motus voluntat ſm quez spū alicubi ē in istāti: g⁹ ⁊ mot⁹ corpis ē in instāti phus in. 4. phy. ꝓbat ꝙ nō sit motus ꝓ vacuū tēt aliqd moueri i instāti: q: vacuū nō resistit mobili: rēsistit ät plenū ⁊ sic nulla ꝓportio ēt q sit i vacuo ad motuz q fit i velocitate ſm ꝓ rēsistētie: q̄ ē i medio. ōinz ät duoz motuū q fiūt oz ēē ꝓportiōales velocitates: q: oēs tēs oi ꝛp tiōale ē: ſz simili nullū spaciū plenū pōt resist gloriosoq̄ pōt ēē cū alio corpe i eōs⁹ locū quocū fiat: sic nec vacuū alii corpi: g⁹ si mouet i instā uebit. ℂ D. vtus aie glorificate q̄ ꝛporiō dit vtutē aie nō glorificate: ſz aia ñ glorificata corpus i tpe: g⁹ aia glificata mouet corpus i oēs qđ mouet ieqlit cito ad ꝓpiqū ⁊ distās istāti: ſz motus corpis glosi ē talis: q: ad